ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XXVIII - SERIES II - VOL. III

ROMAE .

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XXXVI

An. et vol. XXVIII 2 Iunuarii 1936 (Ser. II, v. III) - Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

acta *m* PP. XI

LITTERAE ENCYCLICAE

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS, PRIMATIBUS, ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS: « DE SACERDOTIO CATHOLICO».

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Ad catholici sacerdotii fastigium vixdum Nos arcano Providentis Dei consilio evecti, actuosam voluntatem Nostram ad eos con vertere numquam desti timus, qui, in multis quos habemus in Christo filiis, sacerdotali dignitate aucti, id muneris susceperunt, ut « sal terrae et lux mundi »[1] evaderent; ac peculiari modo ad eam iuventutem Nobis sane carissimam curas adiicere non praetermisimus, quae, intra sacrarum aedium saepta, ad pernobile eiusmodi officium obeundum animum praeparat atque componit.

Quin immo, paucis exactis mensibus ab inito Pontificatu, antequam universum catholicum orbem, datis ex more litteris, alloqueremur,[2] per Epistulam Apostolicam « Officiorum omnium »,[3] quam ad Dilectum Filium Nostrum misimus, qui sacro Consilio praeest Seminariis studiorumque Universitati-

[1] MATTH., V, 13, 14.

[2] Litt. Encycl. *VU aroano* d. d. 23 dec. 1922.

[3] *A. A. S.,* vol. XIV (d. 1 aug. 1922), pp. 449 sqq.

bus praeposito, eas normas decernere curavimus, quibus sacrorum alumni instituendi conformandique essent. Quotiescumque autem eo pastoralis sollicitudo Nos admovet, ut Ecclesiae rationes necessitatesque intentiore animo reputemus, eadem sacerdotes et levitas prae primis complectitur, quos, uti nostis, in oculis f erimus.

Quam quidem de sacri ordinis viris pastoralem sollicitudinem Nostram ea luculenter testantur Seminaria non pauca, quae, vel ubi deerant, inibi excitavimus, vel angustiora —ingentibus impensis sumptibus — novis amplioribusque sedibus ditavimus, itaque omni ope instruximus, ut dignius aptiusque, id quod conantur, assequi possent.

Quodsi Nobis, quinquagesimo sacerdotii Nostri exeunte anno, istiusmodi faustitatem sollemniter celebrari libuit; eaque filiorum studia placuit, quae ex universo terrarum orbe in Nos deferebantur, paterna prosequi voluntate; id eo consilio fecimus, quod potiusquam privatam personam Nostram, sacerdotalem ipsam dignitatem ipsumque munus iure meritoque dilaudari cernebamus. Atque itidem, per Apostolicam Constitutionem « Deus scientiarum Dominus » die xxiv mensis Maii, anno mdccccxxxi datam, Ecclesiasticas studiorum Universitates in meliorem esse ordinem. redigendas ea ratione decrevimus, ut cleri culturam sacramque disciplinam etiam atque etiam proveheremus. [1]

Iamvero id, quod in praesens Nobis propositum est, tanti est ponderis tantaeque gravitatis, ut hac de re per has Litteras ex consulto agere opportunum Nobis videatur; ita quidem ut non modo qui pretiosissimum christianae fidei donum retinent, sed qui etiam recta sinceraque mente veritatem expetunt, excelsam catholici sacerdotii maiestatem eiusque — ex Divinae Providentiae consilio — omnibus perutile munus agnoscant: quod sane ut ii potissimum intento animo reputent optamus, qui caelesti quodam instinctu ac nutu ducti ad sacra capessenda munia vocantur.

[1] *A. A. S.*, vol. XXIII (1931), pp. 241 sqq.

Id porro peculiari modo consentaneum sub huius anni exitu ducimus, qui Lapurdi — coram nivea eademque radianti Immaculatae imagine — per continenter in triduum actam Eucharisticam supplicationem, sacri ordinis homines ex omni lingua ex omnique ritu vidit superna luce circumfusos, cum extremos ederet caelestis gratiae fulgores ad occasum vergens humanae Redemptionis Iubilaeum, ad universum catholicum orbem prorogatum; illius dicimus Redemptionis, cuius administri habentur venerandi carissimique Nobis sacerdotes, numquam sane operosiores satiusque de re christiana merentes, quam per huius Anni Sancti decursum, quo quidem fuit, ut in Apostolicis Litteris « Quod nuper » animadvertimus, undevicesimum ab instituto divinitus catholico sacerdotio commemoratum saeculum.[1]

Ac profecto ut cum ceteris Encyclicis Litteris, a Nobis pro opportunitate superiore tempore datis — per quas utique graviores causas, quae huius aetatis homines exercent sollicitosque tenent, catholicae doctrinae luce collustravimus — apte haec Epistula concinneque congruit, ita eadem etiam videtur Nobis sollemnia edita praecepta perficere, iisdemque veluti coronam imponere.

Est enimvero sacerdos, ex divino afflatu mandatoque suscepto, praecipuus christianae iuvenum educationis apostolus idemque indefatigabilis adsertor;[2] ipse maritale vinculum Ecclesiae nomine auctoritateque ratum habens, bene eidem a Deo precatur, eiusque perpetuitatem sanctitatemque adversus libidinis cupidinisque nisus erroresque tutatur;[3] ipse, ut fraternam hominum necessitudinem praedicat, ut mutua omnibus iustitiae caritatisque evangelicae officia inculcat, ut denique — divitibus ac proletariae plebi aiïectanda omni ope veri nominis bona quasi digito demonstrans — animos, ob rei oeconomicae discrimen morumque demutationem exulceratos, pacare nititur, ita eo adiu-

[1] *A. A. S.*, vol. XXV (1933), pp. 5-10.
[2] Litt. Encycl. *Divini illius Magistri* d. d. 31 dec. 1929.
[3] Litt. Encycl. *Casti connubii* d. d. 31 dec. 1930.

tricem operam confert, ut civilis Societatis ordinum conflictationes vel componantur feliciter, vel saltem mitigen tur.[1] Est praeterea sacerdos illius paenitentiae sanctae expiationisque praeco atque excitator praestantissimus, ad quam quidem Nos bonos omnes adhortati sumus, ut impietates, turpitudines, flagitia, quae humanum genus in praesens tantopere temerant atque dedecorant, pro viribus resarcían tur ; quandoquidem hodie — si umquam alias — divini Redemptoris misericordia indigemus eiusque venia.[2]

Procul dubio Ecclesiae hostes efficientem sacerdotalis muneris vim non ignorant; atque adeo — quemadmodum ad dilectissimum Nobis Mexicanum populum scribentes conquesti sumus —[3] adversus illud potissimum dimicant, ut ex hominum societate stirpitus evellatur, ac tandem aliquando ad catholicum nomen penitus delendum viam sibi sternant : quod utique discupiunt vehementer, at procul dubio numquam assecuturi sunt.

I

Nullo non tempore genus humanum sacerdotum necessitatem expertum est, virorum scilicet, qui, ex officio legitime concredito, Dei hominumque conciliatores essent, quorum totius vitae munus illas complecteretur rationes, quae ad aeternum Numen pertineant, quique preces, piacula, sacrificia, societatis nomine offerrent, quae ipsamet revera publice religionem colere iubetur, Deum ut supremum dominum ac primum principium agnoscere, ut finem ultimum sibi proponere, immortales eidem grates agere, eumdemque propitium reddere. Siquidem penes omnes populos, quorum mores in comperto sunt, modo contra sanctissimas humanae naturae leges facere ne cogantur, sacrorum administri habentur, quamvis saepenumero vanis superstitionibus serviant; itemque ubicumque aliquam profitentur

[1] **Litt. Encycl. *Quadragesimo anno* d. d. 15 maii 1931.**
[2] **Litt. Encycl. *Caritate Christi* d. d. 3 maii 1932.**
[3] **Litt. Encycl. *Acerba animi* d. d. 29 sept. 1932.**

'homines religionem, ubicumque aras erigunt, nedum ibi sacerdotibus careant, peculiari eos honore veneran tur.

Attamen, cum divina affulsit Revelatio, multo equidem, maiore dignitate insignitum est sacerdotale munus ; quam profecto dignitatem arcano quodam modo praenuntiat Melchisedech [1] sacerdos ac rex, cuius exemplum Paulus Apostolus ad Iesu Christi personam ac sacerdotium refert. [2]

Quodsi est sacrorum administer, secundum praeclaram eiusdem Pauli sententiam, « ex hominibus assumptus », at ((pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum » : [3] illius nempe officium non res spectat humanas ac fluxas, quantumvis aestimatione laudeque dignae videantur, sed divinas easdemque aeternas; res porro, quae etsi ob hominum ignorationem despicatui atque irrisili haberi possunt, quaeque — ut non semel vel in praesens experiendo summa cum aegritudine vidimus --^ quamquam callida malignitate impioque furore praepediri possunt, primum tamen locum sibi vindicant in privatis ac publicis hominum votis, qui ut acriter se sentiunt Deo natos, ita numquam se posse nisi in eo con quiescere revera fateri iubentur.

In sacris Veteris Testamenti litteris sacerdotio per normas constituto, quas Moyses Dei instinctu ac nutu ductus promulgavit, peculiaria officia, munera, ritus attribuuntur. Videtur nempe ipsemet, pro suae providentiae consilio, hoc maximum in rudibus Hebraeorum animis, quasi insculpere voluisse praeceptum, cuius lumine eventa, leges, dignitates atque instituta collustrarentur: sacrificium scilicet unaque simul sacerdotium eo potissimum spectare ut — ad messianicam expectationem omnium excitatis animis — spei, gloriae, virtutis liberationisque causae ac veluti fontes evaderent. [4] Salomonis templum, mirabile illud tam divitiarum splendore, quam institutionibus ac

[1] **Cfr. *Gen.,* XIV, 18.**

[2] **Cfr. *Hebr.,* V, 10; VI, 20; VII, 1-11, 15.**

[3] ***Hebr..* V, 1.**

[4] **Cfr. *Hebr,, c.* XI.**

ritibus monumentum, non idcirco dumtaxat excitatum est, ut divinae maiestatis in terris tabernaculum esset, sed ^tiam ut altissimum illius sacerdotii ac sacrificii haberetur praeconium, quae, etsi imagines erant atque indices, tantum nihilominus praeferebant arcani, ut Alexander Magnus ipse, coram sacra Summi Sacerdotis persona, victricem frontem reverenter inclinaret; [1] ac caeleste ipsum Numen, in impium Bai tassar regem veluti iracundia incitatum est quod liturgicis abusus vasibus sceleste comissatus esset. [2]

Atqui Veteris Testamenti sacerdotium maiestatem gloriamque suam non aliunde sumebat, nisi quod illud praenuntiabat novi aeternique Testamenti a Iesu Christo datum, veri scilicet Dei verique hominis sanguine constitutum.

Gentium Apostolus, de christiani sacerdotii amplitudine, dignitate ac munere summatim presseque agens, hisce verbis sententiam suam veluti scalpro exprimit: « Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei».. [3]

Minister Christi sacerdos: divini igitur Redemptoris quasi instrumentum est, ut mirabilem eius operam, quae superna efficacitate universum hominum convictum redintegrans, eum ad excellentiorem cultum traduxit, per tempora persequi valeat. Quin immo ipse, quod iure meritoque dicere sollemne habemus, « alter est Christus », cum eius gerat personam secunrdum illud: « Sicut misit me Pater, et ego mitto vos »; [4] eodemque modo ac per angelorum vocem Magister eius, « gloriam in excelsis Deo » concinat pacemque « hominibus bonae voluntatis » [5] suadeat.

Iamvero quemadmodum sacra Tridentina Synodus [6] docet, Iesus Christus in novissima Coena sacerdotium ac sacrificium Novi foederis instituit: « Is igitur Deus et Dominus noster, etsi

[1] **Cfr. Ios. FJLAV., *Antig.*, lib. XI, c. 8, n. 5 (edit. Teubner, III, 61, § 831).**
[2] **Cfr. DAN., V, 1-30.**
[3] ***/ Cor.*, IV, 1.**
[4] **Io, XX, 21.**
[5] **Luc, II, 14,**
[6] **Sess. XXII, c. 1.**

semel se ipsum in ara Crucis morte intercedente Deo Patri oblaturus erat, ut aeternam illic redemptionem operaretur, quia tamen, per mortem, sacerdotium eius extinguendum non erat, [1] in Coena novissima, qua nocte tradebatur, [2] ut dilectae sponsae suae Ecclesiae visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificium, quo cruentum illud semel in cruce peragendum repraesentaretur, eiusque memoria in finem usque saeculi permaneret, [3] atque illius virtus in remissionem eorum, quae a,nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur, sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in aeternum [4] constitutum declarans, corpus et sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit ac sub earumdem rerum symbolis Apostolis, quos tunc Novi Testamenti sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit, et eisdem eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, praecipit per haec verba : « Hoc tacite in meam commemorationem ». [5]

Hoc ex tempore Apostoli eorumque in sacerdotio successores illam, quam Malachia Propheta vaticinatus est, « oblationem mundam » caelesti Numini offerre instituerunt, qua quidem divinum nomen magnum est in gentibus: [6] quaeque- iam, in quavis terrarum orbis parte ac qualibet diei noctisque hora, caelo admota, ad interitum usque humani aevi perpetuo peragetur.

Vera divinae hostiae sacrificàtio haec est, non meracum signum; quae proinde ad humanum genus cum peccatis laesa sempiterna Dei maiestate reconciliandum efficacem vim habet : ((hac quippe oblatione placatus Dominus, gratiam et donum paenitentiae concedens, crimina et peccata etiam ingentia dimittit ». [7]

[1] ***Hebr.,*** **VII, 24.**
[2] ***/ Cor.,*** **XI, 23.**
[3] ***I Cor.,*** **XI, 24 sqq.**
[4] ***Ps. CIX,*** **4.**
[5] **Luc., XXII, 19;** ***I Cor.,*** **XI, 24.**
[6] Cfr. MALACH., I, 11.
[7] **S. Conc. Trid., sess. XXII, cap. 2**

Cuius rei causam enucleando explicat eadem sacra Tridentina Synodus hisce verbis: « Una enim eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa ».[1] Ex quo inenarrabilis perspicuo apparet catholici sacerdotis excelsitas, qui in idem Iesu Christi Corpus potestate praeditus, in aris illud prodigialiter praesens facit ac, Divini Redemptoris nomine, aeternae Dei Maiestati gratissimam hostiam offert. « Admiranda sunt haec — iure meritoque inquit Chrysostomus — admiranda et omni stupore plena !»[2]

At praeterea, hanc non modo in verum Iesu Christi corpus potestatem assecutus est sacerdos, sed in mysticum etiam eius corpus, hoc est Ecclesia, excelsam amplissimamque auctoritatem. Opus non est, Venerabiles Fratres, multis morari in hac pulcherrima mystici Iesu Christi corporis doctrina enucleanda, quae tantopere Paulo Apostolo cordi erat; quaeque nos docet divinam Incarnati Verbi personam itemque omnes, quos veluti fratres complexus est et ad quos supernus afflatus pertinet ab eodem manans, unam efficere membrorum compagem, cuius Christus est caput. Iamvero sacerdos — ut ordinarius est fere omnium sacramentorum administer, quae quodammodo rivuli exstant, per quos Redemptoris gratia ad universam hominum communitatem defluit — idcirco « dispensator mysteriorum Dei »[3] constituitur, ut eadem mystici Iesu Christi corporis membris impertiat. Itaque christifidelibus, in graviore qualibet mortalis suae vitae hora, sacerdos assidet, ut hanc eamdem gratiam, quae supernum est caelestis vitae principium, ex divinitus accepta potestate vel iisdem praebeat, vel praebitam augeat. Ubi primum in lucem editur homo, sacrorum administer ad lustralis aquae fontem eum expiât ac renovat, eidem nobiliorem ac pretiosiorem vitam impertiens, supernaturalem nempe, quae illum Dei Ecclesiaeque filium efficit; ut ad certanda spiritualia

[1] **S. Conc. Trid., sess. XXII, cap. 2.**

[2] ***De sacerdotio,* lib. III, 4 (MIGNE, *P. G.,* XLVIII, 642).**

[3] **Cfr. / *Cor.,* IV, 1.**

certamina strenuum magis eum reddat, sacerdos itidem, peculiari dignitate auctus, per Confirmationis Sacramentum in Iesu Christi militiam adsciscit; cum vero puer Angelorum Panem e caelo datum discernere magnique pendere potest, eum hoc viventi vitamque communicanti pabulo nutrit ac reiicit. Quodsi misere labitur, eum sacrorum administer per paenitentiae sacramentum erigit ac Dei nomine auctoritateque corroborat; si autem, per coniugii munia ad Creatori suo quasi adiutricem operam praestandam deligitur, ut humanae vitae donum ad posteritatem propagetur atque adeo cum in terris christifidelium multitudo tum in sempiterna caelorum beatitate electorum numerus augeatur, tunc etiam, qua legitimus Ecclesiae testis, ei adest sacerdos, qui nuptiis eius castoque amori bene a Deo precatur. Cum denique, mortalis huius vitae exitu adventante, indigent homines virtute, indigent auxilio ut divini Tudicis praesentiam sustineant, etiam atque etiam Iesu Christi minister in perdolentia emorientium membra reclinatus, eosdem illitos sacro chrismate expiât ac sublevat. Itaque, postquam
4 christifidelibus sacerdos per omnem terrenae huius peregrinationis decursum ad aeternitatis usque ianuam comitatus est, sacrorum rituum precibus, quae immortalem spem redolent, eorum exuvias ad sepulcrum effert; sed necdum sempiterni aevi compotes relinquit; quin immo, si piamine indigeant ac levamento, precum eosdem solacio adiuvat. Quapropter recti itineris ductor, levaminis salutisque administer ac caelestium donorum largitor, christianis nullo non tempore adest, ab incunabulis nempe, ad humationem, ad caelorum gaudia.

Attamen in variis potestatis suae muneribus, quae sacri ordinis vir obtinet in mystici Iesu Christi corporis utilitatem, hoc praesertim, quod supra attigimus, volumus heic enucleatius persequi; auctoritatem dicimus, « quam — ut S. Ioannis Chrysostomi sententiam mutuemur — neque Angelis, neque Archangelis dedit Deus »,[1] scilicet remittendi peccata auctoritatem: « Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum reti-

[1] **S. Io.** CHRYSOST., ***De sacerdotio,*** **lib. III, 5.**

nueritis, retenta sunt ».[1] Reformidanda sane potestas haec est, ac tam Deo propria, ut elatus ipse hominum animus impertiri posse mortalibus infitiari cogeretur : « Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? »[2]

Ac profecto, quoniam hominem sacerdotali dignitate auctum vidimus hac eadem uti facultate, temperare Nobis non possumus quin, non Pharisaeorum more, sed venerabunda, admiratione permoti, illa geminemus verba: « Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? »[3] Atqui homo Deusque Christus, qui quidem « potestatem in terra dimittendi peccata »[4] obtinuerat et obtinet, eo consilio cum sacerdotibus eam communicare voluit, ut, divinae misericordiae largitate, expiatiqnis necessitati succurreret, quae omnium animos sollicitat.

Maximum sane inde oritur solacium sonti cuique, qui, conscientiae stimulis anxius at paenitens, illam Dei nomine prolatam sibi sententiam audit: « Ego te absolvo a peccatis tuis ». Cum vero hoc ab eo audiat, qui ipsemet officio tenetur eamdem sententiam ab alio sacerdote impetrandi, non idcirco miserentis Dei beneficium evilescit, sed excelsius effici videtur; quandoquidem Dei potius quam hominis manus inspicitur, quae rem prorsus mirandam operatur. Quapropter — ut scriptoris praeclarissimi verbis utamur, qui ea mentis acie, quam vix in laicorum ordine inveneris, de rebus etiam sacris agere sollemne habet — <(ubi sacerdos, commotus vehementer animo ob indignitatem suam suorumque munerum granditatem, ad reclinatimi caput nostrum sacr atas manus extulerit; ubi, mente demissus quod sacri foederis sanguinis largiter effectus sit, itemque mirabundus quotiescumque vitae effectricia verba ediderit, peccator ipsemet admissis absolverit peccatorem, nos quidem ex eius pedibus erecti, rem haud indignarci nos egisse reapse experimur... Siquidem ad hominis pedes provoluti sumus, qui Iesu

[1] **Io-, XX, 23.**

[2] MAIÌC, II, 7.

[3] **Lue, VII,** 49.

[4] **Luc, V, 24.**

Christi personam gerit... idque fecimus ut pretiosissimum liberorum filiorumque Dei munus adipisceremur ».[1]

Istiusmodi potestates, peculiari sacramento sacerdoti collatae, cum ex indelebili forma oriantur eius animo impressa, qua, illius instar, cuius sacerdotium participat, « sacerdos in aeternum »[2] factus est, non caducae sunt ac fluxae, sed stabiles atque perpetuae. Etiamsi, ob humanam infirmitatem, in errores sit et in dehonestamenta prolapsus, numquam tamen sacerdotalem hanc formam suo ex animo delere poterit. Ac praeterea, non hanc dumtaxat sacerdotalem formam, non has tantummodo, de quibus diximus, excelsas potestates per Ordinis sacramentum adipiscitur sacerdos, sed nova etiam peculiarique gratia, peculiarique ope adaugetur, per quas quidem — si modo divinitus efficienti caelestium donorum virtuti, adiutrici liberaque opera sua, fideliter obsecundaverit — digne profecto nec deiectus animo poterit arduis suscepti ministerii officiis respondere, et gravissima ea munera absolvere, quae vel ipsi christiani sacerdotii athletae, ut Chrysostomus, Ambrosius, Gregorius Magnus, Carolus Borromaeus ceterique non pauci, tantopere reformi dabant.

Huc accedit quod sacerdos minister est Christi ac dispensator mysteriorum Dei,[3] eo etiam « ministerio verbi »,[4] iure nempe, quod abalienari non potest, itemque demandato sibi ab Redemptore officio, quod praetermitti nequit: « Euntes docete omnes gentes..., docentes eos servare quaecumque mandavi vobis ».[5] Iesu Christi Ecclesia, divinae Revelationis custos ac magistra falli nescia, caelestium veritatum thesauros quacumque per sacrorum administros propagat, illum praedicans, qui est « lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum » ;[6] ac semen illud divina largitate profundit, parvulum

[1] MANZONI, *Osservazioni sulla morale cattolica,* c. XVIII.
[2] Cfr. *Ps. CIX,* 4.
[3] Cfr. *I Cor.,* IV, 1.
[4] Cfr. *Act.,* VI, 4.
[5] MATTH., XXVIII, 19-20.
[6] Io., I, 9.

equidem humanaeque sapientiae despectum, quod tamen, sinapis grani instar, validas altissimasque radices in eorum animos agens qui sincero studio veritati inhient, ita firma ac robusta arbor erigitur, ut ne vehementium quidem procellarum vi evelli queat. [1]

In variis erroribus, quos hominum mens peperit, exlege effrenataque licentia tumens, in profligatis moribus, quos miserrime humana nequitia invexit, tamquam turris nocturnis ignibus cursum navium regens erigitur Ecclesia Dei; quae porro omnem hinc illinc a veritate declinationem reprobat, quaeque singulis universis sequendam recto itinere viam indicat. Ac vae nobis, si haec veluti Pharos, nedum restingueretur — quod procul dubio ex non deficientibus Iesu Christi pollicitationibus umquam fieri nequit — suam tamen radiantem lucem usque quaque ne diffunderet praepediatur! Omnium iam obversatur oculis quo sit hominum genus ea de causa prolapsum, quod divinam revelationem superbe abiecerit, quodque fallacia de re philosophica ac morali commenta, quamquam fucata veri specie, sit perperam secutum. Quodsi per praeruptam errorum vitiorumque declivitatem nondum ima petiit, id profecto christianae veritatis doctrina fecit, quae ubique gentium diffunditur. Iamvero Ecclesia sibi concreditum « ministerium verbi » per sacrorum administros perficit, quos quidem, in variis ecclesiasticae hierarchiae ordinibus constitutos, quocumque gentium mittit, ut indefatigabiles illius veritatis praecones exstent, quae una potest civilem humanitatis cultum invehere, atque experrectum incolumemque servare.

Sacerdotis alloquium in omnium animos demittitur, iisdemque lucem, solacium affert; sacerdotis alloquium, vel in medio illecebrarum vortice, serenum emergit, ad virtutem adhortatur, veritatemque impavide nuntiat: illam dicimus veritatem, quae dubias humanae vitae res omnes collustrat suoque ordine componit; illam inquimus virtutem, quam nullus adversus casus

[1] Cfr. MATTH., XIII, 31-32

'auferre potest, ne mors quidem, quae eam potius tutam immortalemque reddit.

Si vero praecepta ex ordine reputandus, quae saepenumero sacerdos, ut sui muneris officio fideliter respondeat, inculcare debet, iisdemque vim insitam perpendimus, procul dubio perspicimus quam magnus quamque sit beneficiorum plenus ad redintegrationem morum populorumque tranquillitatem assequendam eius afflatus atque appulsus. Idque tum praesertim, cum primores tenuióresque de fugaci huius vitae cursu admonet, eosdemque docet quam fluxa sint terrena bona, quam pretiosa immortali animo spiritualium munerum adeptio, quam denique severa aeterni Iudicis sententia, qui incorrupto suo certissimoque oculorum obtutu omnium corda scrutatur « et reddet unicuique secundum opera eius ».[1] Nihil sane opportunius, quam haec aliaque id genus praecepta ad aestuantem voluptatum cupidinem mitigandam, itemque ad efïrenatam coercendam externarum rerum aviditatem, quae profecto in praesens cum tot homines corrumpant atque dehonestent, varios civitatis ordines eo compellunt ut, nedum sibi adiutricem operam praestent, inter se hostili animo dimicent. Cum vero passim nimium sui ipsius studium invalescat, cum tantae fere ubique oonflagrent simultates, tantaque teterrima emergant ulciscendi consilia, nihil sane aptius magisque consentaneum, quam Iesu Christi « mandatum novum »[2] praedicare atque efferre; praeceptum nempe caritatis, quae ad omnes pertineat, non nationum populorumque finibus contineatur, ne hostem quidem excipiat atque arceat.

Siquidem per viginti fere saecula illustri praeclaroque modo experti sumus quantopere sacerdotum praecepta valeant, quibus ut « sermo Dei vivus... et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti » fideliter remittitur ac quodammodo reverberatur, ita « usque ad divisionem animi et spiritus »[3] pertingitur,

[1] MATTH., XVI, 27.
[2] Cfr. Io., XIII, 34.
[3] Cfr. *Hebr.,* IV, 12.

ad egregia facinora ubique animi excitantur, ac nobilissimi spiritus omnibus iniiciuntur.

Quaelibet beneficia, quae civilis christiani nominis cultus in hominum societatem induxit, ex catholici sacerdotii institutione atque opera, tamquam ex remoto saltem eorum principio proficiscuntur. Id igitur bene in posterum sperare iubet, praeterquam quod « firmiorem sermonem » [1] habemus ex non deficientibus Iesu Christi promissionibus.

Atque etiam Missionalium opera, quae eam tam luculenter se dilatandi facultatem ostendit, qua ex divina virtute Ecclesia praedita est, provehitur maxime et ad felicem exitum deducitur a sacrorum administris, qui, fidei praecones caritatisque séquestres, innumeris exan elatis laboribus, divini Hegni fines usque quaque proferunt atque propagant.

Sacerdos denique, hac etiam in re Iesu Christi munus persequens, qui « erat pernoctans in oratione Dei » [2] et « semper vivit ad interpellandum pro nobis », [3] publicus ex officio exstat ad Deum pro omnibus deprecator: eidem in mandatis est non modo proprium verumque altaris sacrificium Ecclesiae nomine caelesti Numini offerre, sed etiam « sacrificium laudis » [4] communesque preces; is nempe psalmis, supplicationibus et canticis, quae magna ex parte a sacris Litteris mutuatur, cotidie iterum atque iterum debitum Deo adorationis munus persolvit, atque necessarium eiusmodi impetrationis officium pro hominibus perficit, anxiis sollicitisque hodie, si umquam alias, divinoque auxilio egentibus. Ecquis poenas enumerando dixerit, quas sacerdotales preces e praevaricantium hominum capite arceant; et quot quantaque beneficia iisdem impetrent atque impertiant?

Si vel privata supplicatio tam sollemnibus pollet magnisque a Iesu Christo datis pollicitationibus, [5] at preces, quae Ecclesiae

[1] Cfr. ***II Petr.,*** **I,** 19.
[2] Cfr Luc, **VI,** 12.
* Cfr. ***Hebr.,*** **VII,** 25.
[4] Cfr. ***Ps. XLIX,*** 14.
* Cfr. **MATTH., VII,** 7-11; **MARC., XI,** 24; Luc, **XI,** 9-13.

' nomine, dilectae nempe Redemptoris sponsae, ex officio funduntur, maiore procul dubio vi virtù teque fruuntur. Quapropter christiani homines, quamvis in prosperis rebus nimio saepius sint Dei immemores, naturali tamen instinctu ducti, admotas Numini preces omnia posse fidenti animo sentiunt, atque adeo in omnibus huius vitae adiunctis ad eas confugiunt, easdemque a sacris administris in publico privatoque discrimine adhibendas impetrant: a precanti sacerdote omne genus infortunati solacium flagitant; ad eumdemque, in terrenae huius peregrinationis exsilio, caelestem opem imploraturi, adeunt. Reapse «medius stat sacerdos inter Deum et humanam naturam : illinc venientia beneficia ad nos deferens, nostras preces illuc per ferens, Dominum iratum reconcilians ». [1]

Ceterum, quod supra attigimus, ipsi Ecclesiae adversarii magnam catholici sacerdotii dignitatem ac vim idcirco percipere atque perpendere videntur, quod illud primis vehementioribusque nisibus lacessunt, probe noscentes quam arctissimis vinculis Ecclesia sacrorumque administri contineantur. Ac praeterea qui acrius hodie in sacerdotium dimicant, caeleste iidem Numen infitiantes hostili animo impugnant : quod profecto honore maximo maximaque aestimatione dignos sacri ordinis homines efficit.

II

Amplissima igitur est, Venerabiles Fratres, sacerdotalis dignitas ; neque huius altissimae dignitatis splendori officiunt quorumdam, etsi lamentabilia ac miseranda, ob humanam infirmitatem admissa; eodemque modo haec ipsa paucorum admissa praeclaras tot sacerdotum laudes — virtute, doctrina, religionis studio martyrioque facto insignium — in oblivionem adducere non possunt. Idque eo vel magis quod hominis indignitas ministerii sui operam non irritam reddit: siquidem exploratum omnino est administri indignitatem sacramentorum vim non

[1] **S. Io.** CHRYSOST., ***Homil. 5 in Isaiam.***

attingere, quae ex sacratissimo Iesu Christi sanguine, non ëx sacerdotum sanctitate, suam repetunt efficacitatem; ea scilicet aeternae salutis instrumenta, ut theologicae disciplinae verbis utamur, « ex opere operato » actionem suam exserunt.

Perspicuum tamen est eiusmodi dignitatem, in iis omnibus qui eadem insigniti sunt, illam excelsitatem mentis, animi munditiam morumque integritatem postulare, quae sacerdotalis muneris maiestati sanctitatique respondeant. Hoc, ut diximus, sacerdotem constituit Deum inter hominesque conciliatorem, ex illius nempe persona ac mandato, qui est « unus mediator Dei et hominis, homo Christus Iesus ».[1]

Eum igitur oportet ad eius perfectionem propius pro facultate accedere, cuius partes gerit; seseque vitae operumque probitate gratiorem cotidie Deo reddere; quandoquidem plusquam suave turis effluvium, plusquam sacrarum aedium nitorem, virtutem Deus aestimat ac diligit. « -Quia (ordinati) efficiuntur medii inter Deum et plebem — ut ait S. Thomas — ideo debent bona conscientia nitere quoad Deum et bona fama quoad homines ».[2]

At contra, si quis res sacras agit atque administrat, vitamque improbandam gerit, is profanum facit, ac sacrilegus efficitur : « Qui sancti non sunt, sancta tractare non debent ».[3]

Quamobrem iam in Veteris Testamenti litteris sacerdotibus ac levitis suis Deus praeceperat : « Sint ergo sancti, quia et ego sanctus sum, Dominus qui sanctifico eos »,[4] Ac sapientissimus rex Salomon, in dedicandi templi cantico, hoc nominatim filiis Aaron a Deo impetrat : « Sacerdotes tui induant iustitiam, et sancti tui exsultent ».[5] Iamvero, Venerabiles Fratres — S. Roberti Bellarmini verbis utimur — « si tanta iustitia et sanctitas et alacritas requirebatur in sacerdotibus illis, qui sacrificabant oves et boves et laudabant Deum pro temporalibus be-

[1] **Cfr. *I Tim.*, II, 5.**

[2] ***Summm. Theol., Suppl.*, q. 36, a. I, ad 2"». '**

[3] ***Decret.*, dist. 88, can. 6.**

[4] ***Lernt.*, XXI, 8.**

[5] ***Ps. CXXXI*, 9.**

neficiis; quid, quaeso, requiritur in sacerdotibus illis, qui sacrificant divinum Agnum, et gratias agunt pro beneficiis sempiternis? **w**[1] « Magna quippe Praelatorum dignitas — S. Laurentius Iustinianus inquit — sed maius est pondus: in alto gradu ante oculos hominum positi sunt, oportet quoque ut in sublimi virtutum culmine sint erecti coram oculis cuncta cernentis; alioquin non ad meritum, sed ad proprium praesunt iudicium ».[2]

At reapse, rationes omnes, quas, ut catholici sacerdotii excelsitatem demonstraremus, iam breviter attigimus, nunc iterum Nostro obversantur animo, ut ad absolutae sanctimoniae officium, quo sacrorum administri tenentur, vehementer eosdem adhortemur. Etenim, quemadmodum Angelicus Doctor edocet: « ad idoneam exsecutionem ordinum non sufficit bonitas qualiscumque, sed requiritur bonitas excellens; ut sicut illi, qui ordinem suscipiunt, super plebem constituuntur gradu ordinis, ita et superiores sint merito sanctitatis ».[3] Siquidem Eucharisticum sacrificium, quo innocens victima immolatur, hominum peccata delens, peculiari quodam modo postulat, ut sacerdos, per vitae sanctitudinem morumque integritatem, digniorem pro viribus se Deo impertiat, cui cotidie adorandam illam colendamque hostiam offert, quae ipsum est Dei Verbum, caritate nostrum homo factum. « Agnosci te quid agitis, imitamini quod tractatis »[4] Ecclesia verbis Episcopi consecrantis diaconum admonet, qui mox sacerdotali honore augendus est.

Est praeterea sacri ordinis vir divinarum gratiarum largiter, quarum sacramenta sunt veluti fontes; at profecto istiusmodi largitorem vel pretiosa illa carere gratia, vel mancum illius esse aestimatorem segnemque custodem, summopere dedecet. Accedit quod fidei veritas est ab eodem docenda; atque numquam religionis disciplinae digne efficienterque traduntur, nisi cum

[1] *Explanat, in Psalmos,* **Ps. CXXXI, 9.**
[2] ***De instit. et regim. Prael.,*** **c. 11.**
[3] ***Summ. Theol., Supplem.,*** **q. 35, a. I, ad 3m.**
[4] ***Pontif. Rom.,*** **de ordinat, presbyt.**

virtus huius institutionis dux est atque magistra, secundum illud « verba movent, exempla trahunt ». Ab eo itidem est evangelica lex praedicanda; attamen, si optat ipsemet ut hanc eamdem legem qui audiant amplectantur, nihil aptius, nihil validius, divina gratia aspirante, hoc obtinet, quam si christiana plebs sacrae veritatis praeconem cernat, tradita ab se praecepta suae ipsius vitae probitate diligenter observare. Cuius causae ratio perspicue a S. Gregorio Magno hisce verbis explanatur: « Illa vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat, quia quod loquendo praecipit, ostendendo adiuvat ut fiat ».[1] Ita profecto Sacrae Litterae nos docent divinum egisse Redemptorem, qui «coepit facere et docere»;[2] atque eidem multitudines laetis vocibus acclamavisse, non modo quod « numquam sic locutus fuisset homo, sicut hic homo »,[3] sed idcirco potissimum quod « bene omnia fecisset ».[4] Contra vero, « qui dicunt et non faciunt » cum scribis et pharisaeis comparari possunt, quos Christus redarguens —incolumi divini verbi, quod legitime nunciabant, auctoritate — eiusmodi sententia audientem populum admonuit : « Super cathedram Moysi sederunt scribae et pharisaei; omnia ergo quaecumque dixerint vobis servate et tacite; secundum opera vero eorum nolite facere ».[5] Quisquis suo ipsius vitae exemplo veritatem, quam impertit, non commendat, is procul dubio quod hinc excitat, inde miserrime destruit. At Deus, contra, eorum Evangelii praeconum laboribus obsecundat benigneque aspirat, qui primum, data opera sollerter, ad suam ipsorum sanctimoniam assequendam toto pectore incumbant : ita enim affatim emergunt ac dehiscunt flores eorum irrigati sudore; turgent ac pubescunt fructus : atque adeo, maturatis messibus, « venientes venient cum exsultatione portantes manipulos suos ».[6]

[1] *Epist.*, lib. I, ep. 25.
[2] *Act.*, I, 1.
[3] Cfr. Io., VII, 46.
[4] Cfr MARC, VII, 37.
[5] MATTH., XXIII, 2-3.
[6] *Ps. CXXV*, 6.

Animadvertendum tamen est sacrorum administrum in gravissimum erroris discrimen incidere, si haud recto studio illectus atque compulsus, propriam sui ipsius sanctimoniam praetermittens, externis, etsi probandis, sui muneris inceptis nimio ardore se dedat. Hac etenim si ratione agat, non modo aeternam sui salutem ancipitem incertamque reddat — quemadmodum, hisce verbis usus, gentium Apostolus sibi metuebat: « Castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar »[1] — sed etiam, ut divinae gratiae iacturam non faciat, procul dubio tamen illum bene suadentis Spiritus Sancti impulsum amiserit, qui mirabilem prorsus vim atque efficacitatem externis attribuit apostolatus operibus.

Ceterum, si christianis omnibus illud praeceptum est: « Estote perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est »,[2] eo magis sacrorum administri haec eadem divini Magistri verba ut sibi potissimum impertita reputent iubentur, qui peculiari Numinis instinctu ad arctiorem Iesu Christi imitationem vocati sunt. Quamobrem Ecclesia omnibus e cleri ordine gravissimum eiusmodi severe inculcat officium, quod suis legibus inseruit: « Clerici debent sanctiorem prae laicis vitam interiorem et exteriorem ducere eisque virtute et recte factis in exemplum excellere ».[3] Et quoniam sacerdos « pro Christo legatione fungitur »,[4] ita vivat necesse est, ut ea Apostoli verba ad se referat: « Imitatores mei estote, sicut et ego Christi »;[5] ita vivat ut alter Christus, qui virtutis suae fulgore hominum universitatem collustrabat atque collustrat.

At si omnium virtutum chorus in sacerdotali animo virescat oportet, sunt tamen quaedam, quae peculiari modo sacros administros addeceant. Imprimisque pietas, secundum illud Apostoli gentium, carissimum sibi Timotheum adhortantis:

[1] ***I Cor.,*** **IX, 27.**

[2] MATTH., V, 48.

[3] ***Cod. Iur. Can.,*** **can. 124.**

[4] **Cfr. *II Cor.,* V, 20.**

[5] ***I Cor.,*** **IV, 16; XI, 1.**

« Exerce... te ipsum ad pietatem »[1] Etenim, cum rationes illae necessitudinesque, quae cum caelesti Numine sacerdoti intercedunt, tam arctae tamque intimae crebraeque sint, liquido patet easdem suavi pietatis effluvio coniungi ac veluti perfundi omnino oportere; ac quoniam pietas « ad omnia utilis est»,[2] eadem est potissimum ad sacerdotale munus necessaria. Pietate posthabita vel neglecta, actiones, etsi sanctissimae, augustioresque ritus ex more assuetoque modo fient; quandoquidem iisdem procul dubio spiritus vitaeque afflatus deerit. Quamquam, Venerabiles Fratres, pietas, de qua loquimur, non levis illa est atque externa, quae, etsi collibet atque blanditur animo, non eum tamen nutrit neque ad sanctimoniam assequendam compellit; at solidam illam potius intellegi volumus, quae, sensuum aestibus non obnoxia, ita certissimae doctrinae principiis firmoque animi iudicio innititur, ut, qui ea polleat, ingruentibus illecebrarum motibus obsistere queat.

Quae profecto, tametsi ad caelestem Patrem potissimum erigenda est, nihilo secius in Deiparam etiam Virginem feratur; eam enim sacrorum administri incensiore quodam caritatis studio, quam laicorum ordinis homines, idcirco adamare debent, quod, ut rationum vincula, quibus sacerdos cum Iesu Christo coniungitur, arctiora sunt, ita necessitudines, quae Mariae cum Divino Redemptore intercedunt, impensiores quidem exstant.

Praeclarissimum aliud, pietatique coniunctissimum, catholici sacerdotii ornamentum est ea morum castimonia, quam ut omnino diligenterque observent Latinae Ecclesiae clerici, maioribus Ordinibus initiati, tam gravi iubentur "officio, ut, si deliquerint, sacrilegii rei eo ipso evadant.[3] Quodsi eiusmodi lex Orientalis Ecclesiae administros non omnino tenet, iisdem tamen etiam ecclesiasticus caelibatus honori ducitur; atque in-

[1] *I Tim.,* **IV, 8.**

[2] **Ibid., IV, 8.**

[3] ***Cod. Iur. Can.,* c. 132, § 1.**

terdum — cum praesertim de summis agitur hierarchiae gradibus—necessario requiritur atque praecipitur.

Cum sacerdotali ministerio hanc virtutem congruere vel humanae tantummodo rationis ppe evincitur; quandoquidem enim « spiritus est Deus », [1] consentaneum prorsus videtur qui divino famulatui addicatur, eum quodammodo « corpore se exuere ». Iam Romani veteres id decorum esse inspexerant; siquidem antiquissimam hanc legem : « Ad divos adeunto caste » maxi mus eorum orator proferens, hisce verbis interpretatur : « Caste iubet lex adire ad deos, animo videlicet, in quo sunt omnia; nec tollit castimoniam corporis, sed hoc oportet intellegi, cum multum animus corpori praestet observe tur que, ut casta corpora adhibeantur, multo esse in animis id servandum magis ». [2] Atque in Veteris Testamenti codicibus Aaron filiisque eius Dei nomine a Moyse praeceptum erat ut per hebdomadam, qua eorum consecratio perficeretur, e Tabernaculo ne exirent, ideoque continentiam per eos dies servarent. [3]

Atqui ab Novae Legis administro, qui Veteris Legis sacerdoti tantopere praestat, maior castitatis mundities procul dubio requiritur. Prima sacri caelibatus lineamenta in tricesimo tertio Eliberitani Concilii canone describuntur, [4] saeculo videlicet ineunte quarto habiti, cum adhuc saeviret christiani nominis insectatio; quod profecto rem iamdudum in more fuisse testatur. Hoc autem legis praescriptum nihil aliud facit nisi ut cuidam, ut ita dicamus, postulato, quod ex Evangelio Apostolorumque praedicatione oritur, vim praebeat atque addat. Quod Divinus Magister, quem « florem Matris Virginis » [5] canimus, castitatis donum tanta aestimatione prosecutus est, ut id supra communem hominum virtutem efferret; [6] quod inde a teneris unguiculis in Nazarethana domo cum Maria et Iosepho, virgi-

[1] **Io., IV, 24.**

[2] M. T. CICERO, *De leg.*, lib. II, c. 8 et 10.

[3] **Cfr. *Lev.*, VIII, 33-35.**

[4] **Conc. Eliberit., can. 33** (MANSI, **t. II, col. 11).**

[5] **Cfr. *Brev. Rom.*, Hymn. ad Laudes in festo SS. Nom. Iesu.**

[6] Cfr. MATTH., XIX, 11.

nibus utrisque, educari voluit; quod integros castosque animos, Ioannis nempe Baptistae et Evangelistae, peculiari caritate dilexit; quod denique gentium Apostolus, fidelis ille evangelicae legis doctrinaeque Christi interpres, inaestimabiles virginitatis laudes praedicat — ad sollertiorem praesertim Dei famulatum quod attinet — : « Qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo » ;[1] haec omnia, Venerabiles Fratres, non efficere non poterant, ut Novi foederis administri et caeleste lectissimae virtutis huius invitamentum experirentur, et eorum numero eniterentur adscisci « quibus datum est capere verbum istud »,[2] et observantem huic instituto obtemperationem sibi sponte imponerent, quod deinceps, in universa Latina Ecclesia, gravissimo ecclesiasticae auctoritatis praecepto sancitum est. Siquidem, quarto exeunte saeculo, Carthaginiense Concilium adhortatur : « ut quod Apostoli docuerunt, et ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus ».[3]

Neque vel praeclarissimorum orientalium Patrum documenta desunt, quae ecclesiastici caelibatus praestantiam efferant, quaeque testentur, hac etiam de re inter Latinam Orientalemque Ecclesiam tunc temporis consensionem iis in locis viguisse, in quibus severiori disciplinae obtemperaretur. Itaque — ut illustriora exempla adhibeamus — S. Epiphanius, quarto item exeunte saeculo, asseverat caelibatum ad subdiaconos usque pertinere : « Eum qui adhuc in matrimonio degit ac liberis dat operam, tametsi unius sit uxoris vir, nequaquam tamen ad diaconi, presbyteri, episcopi aut hypodiaconi ordinem admittit (Ecclesia), sed eum dumtaxat qui ab unius uxoris consuetudine sese continuent, aut ea sit orbatus; quod in illis locis praecipue fit, ubi ecclesiastici canones accurate servantur ».[4] At disertus prae omnibus videtur hac super causa S. Ephraemus Syrus, Diaconus Edessenus universaeque Ecclesiae Doctor, qui « Spiritus Sancti

[1] *I Cor.,* VII, 32.

[2] Cfr. MATTH., XIX, 11.

[3] Conc. Carthag. II, can. 2; cfr. MANSI, *Collect. Conc.,* tom. III, col. 191.

[4] S. EPIPHAN., *Adversus haeres. Panar.,* 59, 4 (MIGNE, *P. C,* XLI, col. 1024).

cithara merito appellatur ».[1] Is nimirum Abraham Episcopum, amicum suum, per haec numeris adstricta verba, alloquitur : « Respondes nomini tuo, Abraham, quia tu quoque factus es pater multorum; sed quia tibi non est uxor, sicut Sara Abraham, ecce grex tuus est uxor tua. Educa filios eius in veritate tua, fiant tibi liberi spiritus et filii promissionis ut fiant heredes in Eden. O fructus pulcher castitatis, in quo sacerdotium complacuit, ... cornu efferbuit et unxit te, manus incubuit tibi et elegit te, Ecclesia optavit et dilexit te ».[2] Atque iterum: « Non sufficit sacerdoti et nomini eius, offerenti vivum corpus, purgare animum et mundare linguam et expurgare manus et clarum reddere totum corpus, sed omnino purus esse debet omni tempore, quia positus est sicut mediator inter Deum et genus humanum. Laudetur ille, qui mundavit ministros suos ! »[3] Hoc pariter Chrysostomus asseverat : « sacerdotium obeuntem ita purum esse debere, ac si in caelis inter Potestates illas collocatus esset ».[4]

Ceterum ipsa christiani sacerdotii excelsitas, itemque, ut S. Epiphanii sententia utamur, eius « incredibilis honor et dignitas »,[5] quam supra breviter presseque attigimus, summum evincit caelibatus decus illiusque legis opportunitatem, qua eiusmodi institutum sacris altaris administris praecipitur : qui officio fungitur, quod muneri quodammodo praestat supernorum spiri tuum « qui astant ante Dominum »,[6] nonne omnino consentaneum est eum caelestem pro viribus vitam agere? Qui « in iis, quae Domini sunt »[7] totus esse debet, nonne eum a terrenis rebus abhorrere, eiusque « conversationem in caelis esse »[8] addecet? Qui ad aeternam hominum salutem ita sedulo continenterque contendat oportet, ut divinam Redemptoris ope-

[1] *Brev. Rom.,* **d. 18 iun., lect. VI.**
[2] ***Carmina Nisibaena,*** **cann. 19,**
[3] **Ibid., carm. 18.**
[4] ***De sacerd.,*** **lib. III, c. 4 (MIGNE, *P. G.,* XLVIII, 642).**
[5] ***Advers. haeres. Panar.,*** **59, 4 (MIGNE, *P. G.,* XLI, col. 1024).**
[6] **Cfr. TOB., XII, 15.**
[7] **Cfr. Luc, II, 49; / *Cor.,* VII, 32.**
[8] **Cfr. *Philipp.,* III, 20.**

ram pro sua parte persequatur, nonne eum opportunum est a propriae familiae curis animum vacuum solutumque habere, quae non mediocrem navitatis suae partem abstraherent ac distinerent?

Grande sane spectaculum est incensaque admiratione dignum, quod tam crebro in catholica Ecclesia evenit, iuvenes nempe levitas cernere, qui, antequam Subdiaconatus ordini initientur, antequam scilicet divino famulatui ac cultui se omnino dedant, ultro libenterque polliceantur sese gaudiis atque solaciis esse abdicaturos, quae in alio vitae instituto honeste capessere possent. Ultro libenterque dicimus; namque, si, sacro ordine suscepto, iam non integrum iisdem neque liberum est terrenas nuptias inire, ad sacra tamen amplectenda munia nulla lege nullave persona coacti accedunt, sed propria cuiusque sua permoti voluntate. [1]

Nihilo secius quae adhuc, ecclesiasticum caelibatum commendantes, verba fecimus non idcirco intellegi volumus, ac si Nobis in mente esset absimilem illam disciplinam quodammodo improbare ac redarguere, quae in Orientalem Ecclesiam legitime invecta est; sed revera animus Noster eo unice spectat, ut eam veritatem efferamus, quam et praeclarissimam ducimus catholici sacerdotii gloriam, et quae videtur Nobis Sacratissimi Iesu Cordis consiliis ac votis, ad sacerdotum animos quod attinet, dignius aptiusque respondere.

Ac praeterea terrenarum rerum continentia, haud minus quam castitatis amore, sacrorum administri excellant. Cum homines cernere est omnia pecunia vendere, omnia pretio mercari, per vitiorum illecebras gradiantur illi nimio sui ipsius studio expertes; atque indignam quaestuum cupiditatem sancte respuentes, non rei nummariae sed animarum emolumenta quaerant, non suam ipsorum, sed Dei gloriam affectent atque expetant. Non mercenarii sunto, qui idcirco laborant, ut sui operis

[1] **Cfr.. *Cod. Iur. Can.*, can. 971.**

mercedem assequantur; non eorum instar, qui, quamquam ex officio vacant demandato sibi muneri, suae tamen privatae etiam utilitati inhiant et ad altiora contendunt. Sint « boni milites Christi », qui « non implicant se negotiis saecularibus, ut ei placeant, cui se probarunt » ;[1] sint Dei administri animarumque patres ; ac mente reputent quam impendunt operam, quibus aestu ant sollicitudinum studiis, non eadem posse hominum thesauris honoribusque compensari ac redimi. Quodsi iisdem haud vetitum est ea percipere, quae ad semet ipsos alendos ac sustentandos necessaria sunt, secundum illud Apostoli : « Qui altari deserviunt, cum altari participant, ... et Dominus ordinavit iis qui evangelium annuntiant, de evangelio vivere » ;[2] attamen, « in sortem Domini vocati », quemadmodum ipsum « clericorum » nomen sonat, nullam aliam appetant mercedem, nisi eam, quam Christus suis Apostolis spopondit : « Merces vestra copiosa est in caelis ».[3] Vae sacerdoti, si divinarum pollicitationum immemor, « turpis lucri cupidum »[4] se proferat, et in profanum hominum vulgus se trudat atque immisceat, de quibus Ecclesia Apostoli verbis conqueritur : « Omnes quae sua sunt quaerunt, non quae Iesu Christi! »[5] Ita enim non modo demandato *fiïbi* muneri deesset, sed etiam concreditae plebi despicatui haberetur, quae procul dubio eius agendi rationem animadverteret evangelicis praeceptis repugnare, quae et divinus Magister luculenter edidit, et ipsemet populo suo nunciare debet : ((Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi aerugo et tinea demolitur et ubi fures efïodiunt et fur an tur. Thesaurizate autem vobis thesauros in caelo ».[6] Si animo perpendimus ludam, unum ex Christi Apostolis, « unum ex duodecim », ut summa cum maestitia Evangelistae referunt, ob unquam terre-

[1] **Cfr. *II Tim.*, II, 3-4.**
[2] ***/ Cor.*, IX, 13, 14.**
[3] MATTH., V, 12.
[4] ***Tit.*, I, 7.**
[5] ***Philipp.*, II, 21.**
[6] MATTH., **VI, 19-20.**

narum rerum cupidinem ad interitum esse ruinamque prolapsum, facile intellegitur hoc idem aviditatis studium per saeculorum decursum tot tantaque peperisse Ecclesiae detrimenta. Cupiditas etenim, quae a Spiritu Sancto « radix omnium maiorum » [1] vocatur, ad quodlibet flagitium rapere hominem potest; quodsi eatenus non processerit, sacerdos tamen, eiusmodi vitii contagione infectus, consulto inconsulte, Dei Ecclesiaeque inimicis adsciscitur, eorumque improbis consiliis adiutricem dat operam.

At contra, germana illa atque sincera ab externis bonis continentia omnium animos sacerdoti conciliat; idque eo vel magis quod cum animo ab terrenis rebus alieno, qui intima christianae fidei virtute enutriatur, incensa illa nullo non tempore coniungitur erga omne genus calamitatum miseratio, quae Dei administrum miserorum patrem efficit; quos ille, Iesu Christi sententiae memor: « quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis », [2] veluti Redemptorem ipsum singulari caritate colit atque complectitur.

Itaque sacri ordinis vir, ab eiusmodi vinculis expeditus, quae eum nimio arctius cum terrenis rebus devincirent — ab propriae nempe familiae vinculis suarumque utilitatum nexibus — satius profecto caelesti illo amoris igne inflammabitur, animarum dicimus amorem, qui e penetralibus Iesu Christi Cordis erumpit, quique nihil aliud nititur, nisi ut apostolicos animos attingat hominumque universitatem incendat. [3] Hunc divinae gloriae hominumque salutis ardorem — ut de Redemptore evenisse Sacris Litteris edocemur — [4] Ecclesiae administrum urere ac veluti consumere oportet, ita quidem ut, se suisque commodis posthabitis, semet ipse excelso suo muneri omnino dedat, omniaque cotidie impensius experiatur, ut demandati officii partes satius in dies latiusque expleat.

[1] *I Tim.*, VI, 10.
[2] MATTH., XXV, 40.
[3] Cfr. Luc, XII, 49.
[4] Cfr. *Ps. LXVIII*, 10; Io., II, 17.

Ecquid potest sacerdos evangelii praecepta meditari, bonique Pastoris questum percipere dicentis : « Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere » ;[1] itemque cernere « regiones quia albae sunt iam ad messem »,[2] quin ((Domino messis » indefatigabilem se operarium impertiat, incensoque studio ita excitetur, ut errantes eiusmodi oves ad rectum iter adducat? Numquid potest tot tamque frequentes multitudines videre « iacentes sicut oves non habentes pastorem »[3] — non modo in longinquis ab Missionalibus excolendis regionibus, sed, proh dolor, in urbibus et in pagis etiam in quibus iam diu viget christianum nomen— quin ipse vehementem commiserationem illam participet, quae divinum Iesu Christi animum tantopere continenterque afïecit?[4] Sacerdotem dicimus, qui probe novit se « verba vitae aeternae habere » suisque e manibus regenerationis salutisque opes oriri posse? Utique caelesti Numini immortales grates agimus, quod eiusmodi apostolici ardoris lux, praeclarum veluti ornamentum, sacrorum administrorum frontem illuminat; quodque cernere Nobis licet, haud mediocri cum paterni animi solacio, Nostros Venerabiles Fratres ac dilectos filios — Episcopos nempe ac sacerdotes — quasi in confertum lectissimumque agmen coëuntes, ita Summi Ecclesiae Moderatoris invitamento respondere, ut citatiore cotidie gradu ad ultimos usque terrarum orbis fines eo consilio procedant, quo pacifera et aspera veritatis adversus errorem, lucis adversus tenebras, Divini Regni contra Satanae regnum, certamina certent.

At vero ex hoc ipso quod catholicus sacerdos promptus est strenuusque miles, necessitate consequitur ut is disciplinae spiritu, immo etiam — ut christiano more loquamur — oboedientiae studio imbuatur; illius dicimus oboedientiae, qua ut varii ecclesiasticae hierarchiae ordines concinne congruenterque con-

[1] **Io.,** X, 16.
[2] **Io., IV, 35.**
[3] MATTH., IX, 36.
[4] **Cfr.** MATTH., **IX, 36; XIV,** 14; **XV, 32;** MARC, **VI, 34; VIII, 2, etc.**

tinentur, ita « certe mira varietate Ecclesia sancta circumdato, ornatur et regitur, cum alii in ea Pontifices, alii minoris ordinis sacerdotes... consecrantur, et ex multis et alternae dignitatis membris unum corpus Christi efficitur ».[1] Hanc eamdem oboedientiam sacrorum administri, adhuc a sacerdotio recentes, suo cuiusque Episcopo spoponderunt; atque itidem Episcopi, quo die ad sacerdotii culmen evecti sunt, eo die supremo adspectabilique rei catholicae rectori, beati Petri successori ac Iesu Christi Vicario, sanctissimis verbis adiuraverunt.

Istiusmodi igitur obtemperationis officium varios hierarchiae ordines eiusque membra cotidie arctius inter se et cum Pontifice Summo ita coniungat, ut reapse militantem Ecclesiam Dei osoribus terribilem reddat « ut castrorum aciem ordinatam » :[2] idemque eorum studio moderetur, qui nimio concitentur ardore; iis, qui languore vel inertia laborent, stimulos adiiciat; suas cuiusque partes, propria cuiusque munera unicuique tribuat; in eademque exsequenda ita quilibet se impendat, legitimae ut numquam auctoritati obsistat; quod profecto non alio pertineret, nisi ut amplissimam Ecclesiae operam praepediret. Accipiat quisque suorum moderatorum normas ut ipsius Iesu Christi praecepta; qui vere unus est, cui omnes obtemperemus, catholicae religionis dux et auctor, quique pro nobis « factus est oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis ».[3]

Divinus enim summusque sacerdos absolutissimam suam Aeterno Patri oboedientiam nobis singulari quodam modo patefieri voluit; cuius quidem oboedientiae frequentissima sunt in prophetarum evangelistarumque codicibus testimonia: « Ingrediens mundum dicit: hostiam et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi... tunc dixi: ecce venio; in capite libri scriptum est de me, ut faciam, Deus, voluntatem tuam ».[4]

[1] *Pont. Rom.*, de ordinat, presbyt.
[8] Cfr. *Cant.*, VI, 3, 9.
[3] Cfr. *Philipp.*, II, S.
[4] *Hebr.*, X, 5-7.

<< Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me ***n*.**[1] Itemque e cruce pendens, non antea caelestis Patris manibus animam suam tradidit, quam sollemniter asseveraret ea omnia, quae Sacrae Litterae de semet ipso praenuntiavissent — hoc est munus sibi a Patre concreditum ad arcanum illum usque questum « sitio », quem « ut consummaretur scriptura »[2] edidit — omnino expleta esse.

Qua procul dubio in agendi ratione id nominatim declaratum voluit, vel incensissimum nempe animarum studium oportere divino nutui nullo non tempore omnino subiiciatur; semper nimirum ad eorum voluntatem idem conformetur, hierarchicos dicimus legitimosque moderatores, qui caelestis Patris personam gerunt, eiusque iussa nobiscum communicant.

Verumtamen catholici sacerdotis lineamenta, quae Nos in totius orbis luce collocare cupimus, haud omnino illustrata verbisque definita pateant, si aliud sacerdotalis animi ornamentum, doctrinam scilicet, praetermittamus quam Ecclesia in eo postulat. Ille nimirum, cum a Christo Iesu officium munusque acceperit docendi veritatem : « Docete... omnes gentes »;[3] « magister in Israel »[4] constituitur. Salutis praecepta tradere iubetur; quae quidem praecepta debet, ut gentium Apostolus admonet, « sapientibus et insipientibus »[5] impertire. Atqui, quomodo poterit doctrinam cum ceteris communicare, si eadem instructus ornatusque non sit? Per Malachiam prophetam Spiritus Sanctus praemonet: « Labia sacerdotis custodient scientiam et legem requirent ex ore eius » ;[6] ac nemo profecto, in sacerdotis sapientiae commendationem, graviora poterit, quam ea, admonita edere, quae caeleste ipsum Numen per Oseam edidit : « Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris

[1] Io., IV, 34.

[2] Io., XIX, 28.

[3] MATTH., XXVIII, 19.

[4] Io., III, 10.

[5] *Rom.*, I, 14.

[6] MALAH., II, 7.

aetas, valde revolutis saeculis praestans — ut in universum de scientiarum pervestigationibus loquamur — data diligenter opera provecta est.

Quodsi Deus interdum, « ludens in orbe terrarum », [1] homines, nostris etiam temporibus, voluit, harum, de quibus loquimur, disciplinarum copia fere omnino expertes, ad sacerdotalem dignitatem provehere, per eosdemque rerum mirabilia operari ; id eo consilio procul dubio evenit, ut pluris a nobis sanctimonia quam doctrina fiat, utque nos fidem nostram, potius quam in humana, in divina ope collocemus : imo etiam, hac de causa, nobis peropportunum est salutarem illam sententiam identidem repetere intentoque animo reputare: « Quae stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes... ut non glorietur omnis caro in conspectu eius ». [2] Attamen, quemadomodum in naturae ordine divina rerum miracula vim naturalium legum momento temporis intermittunt, sed easdem non abrogant; ita eiusmodi homines — in quibus vitae sanctitas cetera omnia quodammodo compensât atque explet — ut prorsus sunt superna virtute praediti, praeceptorum veritatem necessitatemque, quae Nos inculcando tradidimus, nedum demant, non minuunt.

Iamvero, quod sacrorum administri, ut diximus, virtutis sapientiaeque laudibus in exemplum eniteant oportet, ut ab iisdem « bonus odor Christi » [3] usque quaque effundatur, hoc in praesens idcirco magis magisque opportunum ducimus, quod catholioorum hominum Actio — illud nempe inceptum, quod Nos tantopere solatur ac reiicit, quodque animos ad excelsiora excitat perfectionis fastigia — laicorum ordinis homines arctius cum sacerdotibus coniungit, ut et hos adiutrici opera adiuvent, et doctrinae duces, christianae vitae studiique apostolici exempla omnino habeant.

[1] *Prov.,* VIII, 31.
[2] */ Cor.,* I, 27, 29.
[3] Cfr. *II Cor.,* II, 15.

III

At si tam grandis est catholici sacerdotii dignitas, si tam eximias postulat animi dotes, consequitur indidem, Venerabiles Fratres, necessarium omnino esse ut sacrorum alumni recta eonsentaneaque ratione instituantur. Necessitatis huius sibi conscia ac memor Ecclesia nihil fortasse magis, per saeculorum "decursum, actuosa maternaque sollicitudine provexit, quam idoneam suorum conformationem sacerdotum. Ea siquidem non ignorat, quemadmodum populorum mores eorumque christianae fidei professio e cleri opera pendent, ita eamdem operam ex accepta a sacrorum administris institutione vim haurire suam, cum in eos etiam illa Spiritus Sancti sententia cadat: « adolescent iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedei ab ea ».[1] Quamobrem ipsamet, Numinis instinctu ducta, Seminaria esse ubicumque gentium instituenda decernit, in quibus singulari cura sacri ordinis alumni educentur. Quotquot igitur, Venerabiles Fratres, gubernandae Ecclesiae munus Nobiscum participatis, Seminaria veluti in oculis f eratis oportet; eademque praecipuae sunto vestrarum curarum partes. Diligens imprimis esto moderatorum magistrorumque delectus atque illius, peculiari modo, cui gravissimum concredatur officium sacerdotalis animorum conformationis. Sacris eiusmodi conlegiis sacerdotes tribuite maxima virtute ornatos; neque gravemini eos e muneribus abstrahere, specie quidem maioris ponderis, quae tamen cum hac capitali re, cuius partes nulla alia susceperit, comparari nequeunt. Aliunde etiam eos exquirite, ubicumque ad pernobile hoc institutum aptos idoneosque inveniatis. Eiusmodi sunto, ut sacerdotales virtutes exemplo vel magis quam alloquio doceant; atque ita doctrinam impertiant, ut fortem, virilem et apostolicum animum in sacrorum alumnis effingant. Eorum opera, pietas, castimonia, morum studiorumque disciplina in Seminario efflorescant; atque instituendi iuvenes et in

[1] *Prov.*, XXII, 6.

praesens adversus vitiorum illecebras et in posterum contra ea quae ingruant, gravioris momenti discrimina, —quibus quidem obsistant oportet, « ut omnes faciant salvos » —[1] sedulo praemuniantur.

Utque qui futuri sunt sacerdotes, illam, ut diximus, quam tempora postulant, doctrinam assequi valeant, id gravissimum officium est, ut, posteaquam classicas, quas vocant, disciplinas calluerint, *scholasticam* philosophiam affatim imbibant, recteque in eadem se exerceant « ad Angelici nempe Doctoris rationem, doctrinam et principia ».[2] Haec « philosophia perennis », quemadmodum Decessor Noster immortalis memoriae Leo XIII eam vocabat, non dumtaxat iisdem necessaria est ut altius christianae veritatis capita speeulentur, sed etiam ut, adversus quaslibet nostrae huius aetatis fallacias, communiai!tur, et in quavis, quam insti tu turi sint, studiorum pervestigatione eorum mentis acies ita exacuatur, ut vera dispicere magis aptiusque possint quam ii, qui huius philosophicae sint institutionis expertes, quantumvis ampliore eruditione praediti.

Quodsi, ut alicubi contingit, vel angustiores Dioecesis fines, vel exigua eademque lamentabilis alumnorum copia, vel denique idoneorum hominum rerumque penuria non concedant ut Episcopus quisque proprium optimeque instructum Seminarium habeat — ad normas nempe Codicis Iuris Canonici,[3] ceterasque Ecclesiae praescriptiones — tum summopere opportunum est ut sacri eiusdem regionis Antistites vires fraterno animo coniungant, easque in commune Seminarium conferant, quod nobilissimo demandato muneri omnino respondeat.

Haud mediocres, quae inde orientur, utilitates procul dubio suscepta incommoda atque impensas resarcient; ac vel id, quod Episcoporum animos nonnumquam maestitia afficit — suos nimirum sacrorum alumnos cernere ab Pastore per temporis spatium abstractos, qui apostolicum, quo flagrat, studium in suos

[1] **Cfr. / *Cor.* IX, 22.**

[2] ***Cod. Iur. Can.,* c. 1366, § 2.**

[3] ***Cod. Iur. Can., tit.* XXI, cc. 1352-1371**

laboris socios transfundere percuperet, itemque a locorum finibus abductos, ubi aliquando ipsimet suam navabunt operam —± id etiam, dicimus, satis superque idcirco compensabitur quod eos stato tempore excipient illa spiritualium rerum copia institutos conformatosque, quam maiore cum Dioecesis suae profectu, ceteris impertient. Quapropter id genus incepta non modo Nos provehere atque fovere numquam intermisimus, sed eadem etiam, occasione data, suasimus ac vehementer commendavimus. Ac pro Nostra parte, ut omnes norunt, magnis impensis curis grandique pecunia, haud pauca istiusmodi Seminaria, ubi necessitas hoc postulare videbatur, aut e solo excitavimus, aut amplificata voluimus, aut aptiora denique reddidimus; idque, quod in Ecclesiae utilitatem, si unquam aliud, cessurum esse reputamus, et in posterum, iuvante Deo, accuraturi sumus.

Hoc veruntamen, quod laudabiliter eo nititur, ut sacrorum alumni quam rectissime instituantur, parum sane profectus pepererit, si eorum delectus, quorum causa Seminaria exstant, haud consentanea diligentia fiat. Ad quem quidem delectum omnes, pro virili cuiusque parte, adiutricem operam conferant, quotquot cleri conformationi praeponuntur. Moderatores nempe, animorum disciplinae rector, ac confessarii — ad sui tamen cuiusque muneris fines ac terminos — quemadmodum hanc, divino instinctu inditam, ad ineundum sacerdotium inclinationem omni ope fovere ac roborare debent, ita eos eodem diligentiae studio opportunoque tempore a sacuo Ordine arceant, quos non idoneos perspexerint atque adeo inutiles ad digne sacerdotalia officia sustinenda. Ac quamvis aptius sit haud nimio serius ad hanc eiectionem devenire, quod mora soleat hisce de rebus et errores inducere et detrimenta afferre, attamen, quaelibet remorandi causa fuerit, cum primum e recto itinere deerratum esse aperte patuerit, tum, nullo habito hominum respectu, vitio medendum est. Quibus vero hanc ineundi deliberationem officium est, eos non falsi nominis misericordia moveat, quae non modo in Ecclesiam, cui quidem iners vel indignus administer praeberetur, sed in iuvenem ipsum crimen evaderet, qui

via deceptus, summo cum aeternae salutis discrimine, sibi ceterisque offensioni esset.

Neque is, qui prudenti vigilan tique cura Seminario praeest, quique concreditos sibi iuvenes, alium ex alio, studiosa sollicitudine prosequitur, eorumque mentis dotes impulsionesque diligenter rimatur, per difficulter dispexerit atque compererit quisnam ex iis ad suscipiendum sacerdotium superno nutu advocetur. Quae quidem ad sacra capessenda munia proclivis inclinatio, uti probe nostis, Venerabiles Fratres, potiusquam ex intimo conscientiae invitamento sensuumque motu, quae interdum deesse possunt, ex recta eorum propensione eruitur intentioneque mentis qui sacerdotio inhiant, cum iis corporis animique virtutum ornamentis coniuncta, quae eosdem ad hoc officium amplectendum idoneos reddant. Qui ad sacrum huiusmodi institutum ea una nobilique de causa contendat, ut divino famulatui animarumque saluti se dedat, simulque et solidam pietatem et probatam vitae eastimoniam, et consentaneam, ut diximus, doctrinam assecutus sit vel assequi nitatur, is profecto, ut perspicuo patet, ad sacerdotale ministerium a Deo vocatur. At qui, contra, ab improvidis forsan parentibus compulsus, hoc idem eo consilio complecti velit, ut terrena, quae captanda prospexerit, emolumenta ac commoda potiatur — quod quidem elapso tempore crebrius contingere poterat —; qui ab disciplina obtemperationeque plerumque abhorreat, parum sit ad pietatem proclivis, nec satis laboris animarumque salutis studiosus; qui, peculiari modo, ad libidinis illecebras sese pronum impertiat, neque iam diu experiendo ostenderit illius dehonestamenta einigere posse; qui denique ad disciplinarum studia ita haud idoneus evadat, ut portendi liceat praescriptum eorum curriculum non posse eum, satis moderatoribus facientem, perficere; hi omnes ad sacrum hoc munus ineundum non nati aptique sunt : atque adeo si ab Seminarii aedibus opportuno tempore non arceantur, difficilius in posterum inde se abducere poterunt, ac forsitan, quamquam non divino instinctu neque sacerdotalis animi studio ducti, gravissimi tamen huius officii vinculis se obstrin-

gerit. Perpendant igitur Seminariorum rectores, animadvertant ii qui in id genus domiciliis vel iuvenum animis moderantur vel sacras confessiones excipiunt, quam magni periculi — ad Deum, ad Ecclesiam et ad ipsos iuvenes quod attinet — auctores fiant, si suas cuiusque partes omni ope non expleant, ne eiusmodi erratum perpetretur. Quod vero diximus spiritualis etiam disciplinae moderatores itemque sacros confessarios hoc discrimen, pro concredito officio, in se recipere; hoc ita intellegendum est non quasi iidem possint extrinsecus quoque ac publice operam proferre suam — quod immo vel ex religiose suscepto munere, vel ex inviolabili sacramenti secreto iisdem vetitum est — sed ita potius, ut in cuiusque iuvenis animum efficacem vim exserant, eosque firma paternaque constantia regant, prout assequenda sempiternae salutis bona postulent. Quamobrem ipsi — tum praesertim, cum externae rei moderatores vel neutiquam, vel enervate ac langui de; suas partes peragant — non aptos aeque atque indignos, humano nullo habito respectu, pro officio iubeant e sacris Seminarii saeptis, dum tempus est, recedere; eaque in causa pertractanda tutiorem semper sententiam amplectantur, quae quidem, ad rem quod attinet, multo magis sacrorum alumnis favet, cum eos ex itinere avertat, per quod ad aeternam ruinam adduci possent.

Quodsi interdum non luculenter satis huiusmodi officium pateat, eam saltem iidem auctoritatem adhibeant quae ex sibi credito munere paternaque in alumnos caritate oritur, ut eos ad sponte sua ab instituto recedendum inducant, quos non ita, ut oportet, animatos noverint. Habeant alte confessarii illa in animis insculpta, quae S. Alphonsus de Ligorio haud absimili de causa docet: « Ut plurimum, quo severius (hac in re) confessarius cum paenitentibus agit, eo tutius ipsorum saluti consulit; ac contra, eo se duriorem paenitentibus praestat, quo ipsis se faciliorem impertit. S. Thomas a Villanova confessarios id genus, aequo nempe leniores *impie pios* vocabat. Huiusmodi caritas contra caritatem repugnat ». [1]

[1] S. ALF. M. DE' LIGUORI, *Opere asc.*, vol. III (ed. Marietti, 1847), pag. 122.

At rei, de qua dicimus, periculum in Episcopum, uti perspicuum est, potissimum recidit, cui ex districto Ecclesiae iure imperatur ut « sacros ordines nemini conferat, quin ex positivis argumentis moraliter certus sit de eius canonica idoneitate ; secus non solum gravissime peccat, sed etiam periculo sese committit alienis communicandi peccatis ». [1] Quod legis praescriptum hanc S. Pauli ad Timotheum sententiam quodammodo refert : « Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis ». [2] « Quid est cito manus imponere — quemadmodum S. Leo Magnus, Decessor Noster, commentatur — nisi ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum oboedientiae, ante experientiam disciplinae, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis nisi et talem effici ordinantem, qualis est ille qui non meruit ordinari? » [3] quandoquidem, ut Chrysostomus, Episcopum alloquens, dicit: « Peccatorum eius tam praeteritorum quam futurorum tu quoque poenam dabis, qui illi dignitatem dedisti ». [4]

Gravissima hac sententia, Venerabiles Fratres, maximopere formidolosum significatur onus, quo perterritus insignis Mediolanensium Episcopus S. Carolus Borromaeus aiebat: « Qua in re modica etiam negligentia mea maximam irrogare mihi potest culpam »,. [5] Saluberrimum igitur S. Ioannis Chrysostomi monitum amplectamini : « Non post primam probationem, nec post secundam, vel tertiam, sed postquam circumspexeris et accurate examinaveris, tunc impone manus ». [6] Quod quidem de candidatorum sanctimonia in primis intellegatur oportet. Auctore enim piissimo Episcopo et Doctore, Alphonso nempe Maria de Ligorio : « Non sufficit quod Episcopus nihil mali no-

[1] *Cod. Iur. Can.,* c. 973, 3.

[2] */ Tim.* V, 22.

[3] S. LEO MAGNUVS, *Epist.,* 12 (MIGNE, *P. L.,* LIV, 647).

[4] S. Io. CHRYSOST., *Hom. 16 in Tim.* (MIGNE, *P. G.,* LXII, 587).

[5] S. CAKOL. BOBROM., *Hom. ad ordinandos,* die 1 iunii 1577 *(Homiliae,* ed. bibl. Ambros. Mediolani, 1747, t. IV, pag. 270).

[6] S. Io. CHRYSOST., *Hom. 16 in Tim.* (MIGNE, JP. *G.,* LXII, 587).

veri t de ordinando, sed debet fieri certus de eius positiva probitate ».[1] Hac in causa, nimiae austeritatis invidiam, quae facile inde oritur, posthaben tes, ita concredito vobis iure officioque utamini, ut hanc experimentis cognoscendam probitatem in antecessum expostuletis, ac, si quid dubii relictum fuerit, ad aliud tempus sacrorum ordinum collationem prolatetis. « Apta namque — ut S. Gregorius Magnus egregie docet — aedificationibus de silvis succiduntur, nec tamen adhuc viridibus aedificii pondus imponitur, nisi eorum viriditatem multorum dierum mora siccaverit et apta ad necessarium usum efïecerit; quae observantia si forte negligatur, citius superimposita mole franguntur » ;[2] cui comparationi haec Angelici Doctoris dilucida verba apprime resonare videntur: « Ordines sacri praeexigunt sanctitatem...; unde pondus ordinum imponendum est parietibus iam per sanctitatem desiccatis... ab humore vitiorum ».[3]

Ceterum si, quoad suae cuiusque sunt partes, ecclesiasticis praescriptis plene perfecteque fuerit satisfactum itemque normis obtemperatum, quas hac super re per Sacrum Consilium Sacramentorum disciplinae praepositum paucos abhinc annos edidimus,[4] causae profecto magnam partem demovebuntur, cur catholica Ecclesia lacrimas fundat simulque christianus populus in sacerdotum moribus ofïendat. Ac verba Nostra hoc loco ad supremos moderatores Religiosorum Ordinum convertentes, eos monitos vehementer volumus, ut in instituendis ad sacerdotium alumnis, si quos forte habeant, non modo legibus obsequantur, non secus ad eos[5] atque ad saecularem clerum a Nobis datis, sed ad se etiam ea omnia spectare arbitrentur, quae hactenus de sacra iuventute colenda in universum perdocuimus; ea vel etiam de causa, quod Episcopus religiosos iuvenes sacris

[1] S. ALPH. M. DE LIGUORI, *Theol. mor. de Sacram. Ordin.*, n. 803.

[2] S. GREGOR. MAGN., *Epist.*, libr. IX, ep. 106 (MIGNE, *P. L.*, LXX, 1031).

[3] S. THOM. AQUIN., *Summ. Theol.*, 2ª-2ªᵉ, q. 189, a. 1, ad 3ᵐ.

[4] Instructio super scrutinio candidatorum instituendo antequam ad Ordines promo veantur, d. d. 27 dec. 1930 (*A. A. S.*, vol. XXIII, p. 120).

[5] Instructio ad supremos Religiosorum, etc. Moderatores de formatione clericali, etc., d. d. 1 dec. 1931 (*A. A. S.*, vol. XXIV, pp. 74-81).

ordinibus initiaturus, ad moderatorum suorum iudicium rem ut plurimum defert.

Nec quidquam de debita severitate vel Episcopi vel religiosarum sodalitatum rectores remittant, eo ducti, metu, ne aut in Dioecesi aut in religioso Instituto sacerdotum copia imminuatur. Hanc opinionis captionem S. Thomas Aquinas, ut iam occupaverat, ita, quo erat ingenii acumine sententiarumque planitate, reviceratu: « Deus numquam ita deserit Ecclesiam suam, quin inveniantur idonei sufficientes ad necessitatem plebis, si digni promoverentur et indigni expelieren tur ». [1] Ceteroqui praeclarissimus idem Doctor, verba Concilii Oecumenici Lateranensis IV [2] ex verbis propemodum reddens, peropportune monet: « Si non possent tot Ministri inveniri, quot modo sunt, mei ius esset habere paucos Ministros bonos quam multos malos ». [3] Qua quidem cum magni ponderis sententia id plane concinit, quod frequens Episcoporum ex Italia multitudo tum a Nobis excepit, cum undique gentium sacrorum alumni Romam convenerunt, iubilarem sacerdotii Nostri memoriam celebrandi causa; monuimus videlicet pluris esse procul dubio unum tantummodo sacerdotem haberi, qui sit omni ex parte ad sacerrimum officium suum institutus, quam plures, qui aut nihil aut parum sint ad idem conformati. In his enimvero nihil spei Ecclesia reponere potest, ut ei non sit potius horum causa effuse lugendum. [4] Reformidandae equidem aliquando, Venerabiles Fratres, a nobis reddendae erunt rationes Pastorum Principi [5] eidemque supremo animarum Episcopo, [6] si populos rectoribus inertibus imperi tasque magistris permiserimus !

At quamquam eorum qui probe sacrae iuventuti ungendae impendunt studia, nullo pacto oportet praecipuas curas de alumnorum copia esse, omnium tamen est conari ut, spirituali-

[1] S. THOM. AQUIN., *Summ. Theol., Supplem.*, q. 36, a. 4, ad l^m^.

[2] Conc. Later. IV, an. 1215, can 22.

[3] S, THOM. AQUIN., loc. cit.

[4] Cfr. *Osservatore Romano,* anno LXIX, n. 21.022 (an. 1929, n. 176; 29-30 luglio 1929).

[5] Cfr. / *Petr.,* V, 4.

[6] Cfr. / *Petr.,* II, 25.

bus publicae rei augescentibus necessitatibus, strenuae simul peritaeque in vinea Domini operae augeantur. Cuius quidem optimae rei assequendae rationem prae ceteris efficacem aditu-que omnibus facilem, precandi nimirum assiduitatem, ex Iesu Christi praecepto commendamus, qui dixit: « Messis quidem multa, operarii autem pauci.; rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam ».[1] Num qua vota sacratissimo Redemptoris Cordi his gratiora susceperimus? Quandonam citius copiosiusque nobis precantibus satis speremus fieri, quam cum haec rogamus, quae tantopere cum divinissimi illius Cordis studiis consentiunt? « Petite — igitur — et dabitur vobis » ;[2] precando videlicet, bonos sanctissimosque sacerdotes Ecclesiae suae a Deo excitari efflagitate. Non deerit profecto supplicationibus ille vestris, qui si tales nullo non tempore per saecula impertiit sacerdotes, vel frequentiores tunc largitus est, cum temporum morumque cursus magis videbatur sacrorum alumnis conscribendis inimicus; cuius rei, ut ceteros praetermittamus, testimonio sunt praestantissimi viri saeculo xix ex utroque clero exorti; in quibus, siderum praecipuae magnitudinis instar, tres illi sanctitatis héroes, ob egregia etsi absimilis generis facinora, eminent, quos Ipsimet, summo cum animi solacio, in Sanctorum album rettulimus : Sanctos dicimus Ioannem Mariam Vianney, Iosephum Benedictum Cottolengo et Ioannem Bosco.

Nihilominus nullae ex homini permissis industriis enrisque neglegendae sunt, quae illuc in primis spectent, ut in generosis iuvenum animis divinitus acceptus afflatus quam diligentissime excitetur; quapropter et merita laude hoc loco extollimus, et, fausta cupientes, Nostra commendatione vehementer saluberrima illa praedicamus opera sedulaque incepta, Sancti quidem Spiritus instinctu exorta, quae, vel tuendis, vel provehendis iuvandisve ad sacerdotalia munia animorum propensionibus maxime conducant. Ita ut illud appareat a S. Vincentio a

[1] MATTH., IX, 37, 38.

[2] MATTH., VII, 7.

Paulo, insignis caritatis viro, verissime dictum: « .Quantumcumque Gogitatione effecerimus, semper utique experiemur ad maioris momenti institutum numquam nos conferre potuisse operam, quam si bonos sacerdotes excitaverimus ».[1] Re enim ipsa nihil sive summo Dei numini acceptius, sive catholicae Ecclesiae honestius, sive denique hominum animis muneri dari salubrius potest, quam sancti sacerdotes. Si qui igitur calicem aquae ex Christi discipulis minimo praebuerit « non perdet mercedem suam »,[2] quam mercedem pretiumque eos esse laturos arbitramini, qui sacrum Calicem, Redemptoris sanguine rubescentem, integris adulescentis levitae manibus quasi porrexerint, eidemque iuveni, in extollendo ad caelum tanto pacis ac prosperitatis pro hominibus pignore, veluti adiutores accesserint?

Atque heic iterum gratissimo animo Nostro Actio illa Catholica succurrit, tantopere a Nobis imperata, provecta atque propugnata, quae, ut laicos homines cum ecclesiastica hierarchia communione laborum coniungit, ita facere haudquaquam potest quin hoc tam magni ponderis negotium ad se potissimum pertinere putet. Enimvero pernobilem hanc militiam ut quovis christiane coeptorum genere, ita hoc maxime praecellere libentissime videmus; cui plane laudandae navitati id Deus praemii tribuere amplissime videtur, ut quam plurimos e iuvenum consociationibus ad utrumque clerum educat atque deligat. Quod praeterea argumento est quam recte Actio Catholica vel cum frugifero agro comparari possit, ubi virtutum omne genus semina contineantur, vel verius cum diligenter consaepta impigreque exculta areola, ubi fragrantiores suavioresque flosculi, a periculis remoti, dehiscant. Intellegant igitur sodales quanto hisce de causis honore Actio Catholica afficiatur; habeantque sibi omnes persuasum laicos homines nullo potius pacto quam augendis utriusque cleri ordinibus, illam « regalis sacerdotii »

[1] **Cfr. P.** KENAUDIN, ***St. Vincent de Paul,*** **chap.** V.

[2] MATTH., X, 42.

se dignitatem participaturos, quam Apostolorum Princeps universae redemptorum hominum multitudini asseruit.[1]

Verum enim vero, praecipuum nativumque viridarium, ubi propagandos in sacra ephebea flores germinare atque emergere oportet, est procul dubio habendus domesticus convictus, qui christiane quidem sapiat, christianaque agat. Re enim ipsa constat sacrorum Antistitum ac sacerdotum plerosque « quorum laudem nuntiat Ecclesia »[2] tum dignitatis tum sanctimoniae suae germina vel a patre accepisse christiana fide ac virtute spectato, vel a matre castimoniae ac pietati apprime dedita, vel a tota denique familia, cuius membra caritatis in Deum atque in proximos integre perfecteque formam referrent.

Quod contra minus saepe fit, clarius convincit quid sit ex communi providentissimi Dei ordine statutum. Ubi namque familia tam sancte sit informata ut parentes, Tobiae et Sarae progenitorum instar, frequentem a Deo deposcant posteritatem « in qua benedicatur nomen Domini in saecula saeculorum »[3] grateque coeleste donum carissimumque pignus divinitus acceptum, subolem nempe, a primis aetatulis ad Dei timorem, ad incensum erga Iesum eucharisticis velis delitescentem atque erga Deiparam Virginem amorem, ad sacrorum denique virorum locorumque observantiam effingant et alant; ubi liberis semetipsos parentes absolutum probitatis, laboris, ac pietatis exemplar proponant; ubi item liberi parentes suos videant inter sese amare, sacra saepe per annum participare, ac non modo statis ab Ecclesia diebus certo ciborum genere abstinere ac ieiunii legi obtemperare, sed voluntariae etiam corporis castigationis studio per m o veri ; ubi cunctam videant in unum congregatali! familiam communes Deoque gratas fundere preces; ubi iidem praeterea videant parentes, misericordia ductos, proximorum egestati pro potestate opitulari; tunc non con tingere non potest ut et omnes filii vitam cuiusque suam parentum

[1] **Cfr. *I Petr.*, Il, 9.**

[2] **Cfr. *Eceli.*, XLIV, 15.**

[3] **Cfr. TOB., VIII, 9.**

exemplis conforment, et unus saltem huic Divini Magistri assentiat vocatui : « Veni sequere me »[1] « et faciam te fieri piscatorem hominum ».[2] O fortunati coniuges qui, si ea animi excelsitate non sunt, ut, quod superioribus saeculis quam nunc crebrius fieri consueverat, divinos istiusmodi invitatus filiis suis precando a Deo concilient, cum tamen hi ad sacerdotalia munera vocantur, tantum abest ut iisdem obsistant, ut etiam insigni honore sese affectus, familiamque suam peculiari caritatis pignore donatam arbitrentur.

At vero, vel ex iis qui in catholica fide se iactant, parentes saepenumero non desunt — praesertim in sublimioribus atque eruditioribus Civitatis ordinibus — qui non modo aegre ferant Deo mancipari filios suos, verum etiam huic delectui eiusmodi fallaciis obniti non vereantur, quibus carissimae subolis simul divinitus facta selectio, simul fides aeternaque salus periclitentur. Quae pessima exempla, e quibus necessario proficiscitur ut populi primores nonnisi perpaucos sacerdotali cohorti suppeditent adulescentes, non minori nunc probro ipsis vertunt, quam, anteactis temporibus, ad ecclesiastica ministeria vel invitos vel ineptos adegisse filios.[3] Etenim, si hodiernae vitae oblectamenta, si innumerabiles corruptelarum illecebrae, quae in frequentioribus nominatim urbibus iuventuti struuntur, si discendi ludi multis locis praecipua in causa sunt, cur in nobilium atque opulentorum domibus Christo invitanti, ut plurimum, aures non dentur, diffitendum tamen non est id palam quoque facere quatenus in huiusmodi domibus catholicae fidei acies hebescere coeperit. Si namque christiani coniuges ad fidei praecepta res omnes referrent, quamnam iidem filiis suis ampliorem dignitatem, quodnam munus exoptarent excellentius illo, quod hominum angelorumque religione dignum esse declaravimus? Res ipsa antiquo ac peracerbo experimento confirmat multas lacrimas tum liberis suis, tum sibi nullius consilii parentes excüs-

[1] MATTH., XIV, 21.

[2] Cfr. MATTH., IV, 19.

[3] Cfr. *Cod. Iur. Can.,* c. 971.

sisse, qui proditione quadam — vocem hanc ne habeatis aequo duriorem — subolem suam a divino delectu abduxissent. Atque utinam eorum lacrimae ne adeo effundantur serius, ut in aeternitatis aevum eliciantur.

IV

Nunc autem vos, dilecti filii, patris animo compellamus, quotquot ex utroque clero ubique gentium versamini. Atque vobis « gloriae nostrae et gaudio »[1] qui « pondus diei et aestus »[2] viriliter animoque magno sustinentes, Nobis et Nostris in Episcopatu Fratribus adiutores in Christi pascendo grege vos impertimini, grata equidem cum voluntate de impensis actuose laboribus, stimulos, ut tempora postulant, admovemus. Quo enim inclinatior videtur aetatis cursus, eo a vobis, qui <(estis sal terrae, estis lux mundi »,[3] acriores animi viresque ad hominum salutem paratiores optimo iure deposcuntur.

Sed, ut quam confertis operam, aspirante iuvanteque Deo, optatorum fructuum copiam pariat, vitae sanctitate excellatis oportet. Hoc praecipuum catholici sacerdotis ornamentum adeo valet, ut, eo remoto, ceterae animi laudes nihil fere possint; eo vero praesente, etsi ceterae dotes non eminent, res tamen mirabiles peragi possint; quod — ut duo instar plurium sint — S. Iosephus a Copertilo ostendit, et recentiore aetate demississimi ille animi vir, Ioannes Maria Vianney, quem universis animarum curatoribus exemplum eumdemque caelestem patronum statuimus. Quam ob rem « videte — cohortatione ad vos utimur Doctoris gentium — videte vocationem vestram »;[4] quia si haec animo cogitationeque contemplati fueritis, facere neutiquam poteritis, quin cotidie pluris gratiam aestimetis, vobis sacros suscipientibus ordines collatam, atque spiritus

[1] / *Thessal,* II, 20.
[2] MATTH., XX, 12.
[3] Cfr. MATTH., V, 13-14.
[4] / *Cor.,* I, 26.

strenue sumatis ut « digne ambuletis vocatione, qua vocati estis ».[1]

Quod maxime salutare propositum ut ad effectum deducatis, uberi vobis fructui illud fore non dubitamus institutum, quod f. r. Decessor Noster Pius X in piissima ac saepe vobis persolvenda « Exhortatione ad clerum catholicum »[2] potioribus rationibus accenset quibus sacerdotalis gratia alatur atque augeatur; quodque Nosmet ipsi haud semel, opportunitate data, ac praesertim per Encyclicas Litteras « Mens Nostra »[3] et christifidelibus omnibus enixe, et sacerdotibus enixius praecepimus: Spiritualia dicimus Exercitia. Et quemadmodum quinquagesimum sacerdotii Nostri natalem exeuntem apud filios Nostros utilius atque salubrius commemorandum non putavimus, quam si per Encyclicas, de quibus diximus, Litteras, eis auctores vehementer essemus ut in vitam aeternam salientem aquam[4] ex hoc iugi fonte derivarent, qui providentis Dei consilio in Ecclesia scatet; eodem sane modo nunc vos,, dilecti filii, eo Nobis cariores quo Nobiscum elaboratis constantius ad Christi regnum inter homines stabiliendum, maximopere iterum vos hortandos putamus, viam hanc sanctimoniae adipiscendae ne praetermittatis. Immo vero meliore qua poteritis ratione, pro datis a Nobis normis, identidem secedite ad sacras animi meditationes instituendas, non per temporis dumtaxat spatia, ecclesiasticis legibus praescripta,[5] sed, quoad licuerit, saepius etiam atque diutius; ac praeterea singulis mensibus, ab cotidianis negotiis remoti, peculiari secessui diem destinate, ut semper fuit piorum sacerdotum in more.[6]

E sacris huiusmodi secessibus id etiam profluere utilitatis quandoque potest, ut qui « in sortem Domini » non a Christo ipso adscitus, sed terrenis suis consiliis ductus venerit, « re-

[1] *Ephes.*, IV, 1.

[2] *A. 8. 8.*, vol. XLI, pp. 555-577.

[8] *A. A. 8.*, vol. XXI, pp. 689-706.

* Cfr. Io., IV, 14.

[6] Cfr. *Cod. Iur. Can.*, cc. 126, 595, 1001, 1367.

[6] Cfr. *A. A.8.*, vol. XXI, p. 705.

suscitare gratiam Dei »[1] possit; nam cum et is iam sit Christo Ecclesiaeque perpetuo vinculo addictus, facere idcirco non potest quin illud S. Bernardi non amplectatur: « Bonas fac de cetero vias tuas et studia tua et ministerium sanctum : si vitae sanctitas non praecessit, sequatur saltem ».[2] Quae communiter a Deo datur gratia, daturque peculiari ratione sacramentum Ordinis suscipienti, haud dubie eidem, si modo reapse velit, opitulabitur non minus ad emendandum quod initio a se fuerit vitiose forte positum, quam ad sui muneris accuranda et exsequenda officia.

Omnes vero, cum e sacris hisce secessibus ac commentationibus abscedetis. fieri non potest quin incensior comitetur erga Deum caritas, de proximorum salute laboriosior sollicitudo, contra mundanas fallacias contentio vigilantior; quae omnia, si unquam alias, nostris potissimum temporibus, sacerdotes addecent, ubi si ex altera parte fides tam misere torpefc vitaeque mores ad mollitiem labuntur : ex altera tamen, late in populis recalescente in Deum pietate, Spiritus Sanctus terrarum orbem ideo afflare cernitur, ut illum effectrice virtute sua renovet sancteque redintegret.[3] Quo si Spiritus Sancti afflatu vos eritis ipsi perfusi, tum divini amoris flammam, veluti ineluctabile incendium, in tantopere agitatum humanum genus inferentes, christiano sensu penitus illud imbuetis, atque adeo illud ad salutem adducetis, quippe cui, praeter Christum, qui est « vere Salvator mundi »,[4] nulla iam salutis spes reliqua sit.

Sed ante quam scribendi finem facimus, ad vos iuvenes, qui ad sacerdotium adulescitis, mente cogitationeque Nos studiose convertimus, quamque maxime vos hortamur, ut ad praestantissimum, quod appetitis munus, diligenter digneque com ponatis animos. Vobis enimiomnes innituntur Catholicae Ecclesiae et populorum spes ; cum a vobis omnes salutis aeternae opes ra-

[1] **Cfr. *II Tim.,* I, 6.**

[2] **Cfr. *Epist. 27, ad Ardut.***

[3] **Cfr. *Ps. CUI,* 30.**

[4] **Io., IV, 42.**

tionesque expectentur, quarum caput est agens illa et efficax Dei ac Christi Iesu cognitio, in qua sempiterna hominum vita vertitur.[1] In eo igitur opera vestra nunc praecipue certet, ut vosmet ipsos pietate, castimonia, vestri despicientia, obtemperatione, disciplina doctrinarumque studiis ornantes, tales aliquando exsistatis sacerdotes, quales Christus vos esse iubet. Vobis nimirum omnino persuasum habeatis quantumvis constantiae ac diligentiae illuc intenderitis, ut ita vestros conformetis animos, numquam sane vos esse, praeter quod res postulat, allabora^ turos, quippe cum exploratum probe sit ex huiusmodi insti tu tione vestra frugiferam sacerdotalis muneris perfunctionem fore magnam partem manaturam. Quapropter, omni quo potestis studio et contentione, efficite, ut iam nunc iis animi ornamentis. fulgeatis, quae Ecclesia sacris vos initiatura ministeriis per haec verba a vobis postulabit : « Caelestis sapientia, probi mores et diuturna iustitiae observatio vos commendet », ut videlicet ((sit odor vitae vestrae oblectamentum Ecclesiae Christi, uTpraedicatione atque exemplo aedificetis domum, idest familiam Dei ».[2]

Tta solummodo catholici sacerdotii laudes per vos etiam in populorum admirationem usque florebunt, ac plurimum operics conferens et ipsi, ut quam primum dies ille auspicatissimus civili hominum convictui illucescat, quo « Pacis Christi in Regno Christi » beneficiis cumulatissime perfruemur.

Extremum, daturi publice vobis, Venerabiles in Episcopatu Fratres, universisque, per vos, ex utroque clero filiis grati ac benevolentis animi Nostri testimonium ob impigre idcirco collo catam operam, ut e celebrato divinae Redemptionis iubilari anno uberes perciperentur a fidelibus fructus; itemque facturi, ut perenni consignata monumento, diuturnior illius memoria et laus vigeat sacerdotii, cuius omnes Dei administri non intermissam communicant potestatem, opportunum duximus, adhibita in consilium Sacra Congregatione catholicis ritibus tuendis,

[1] **Cfr. Io., XVII, 3.**

[2] **Cfr. *Pont. Rom.*, de ordinat, presbyt.**

propriam summi et aeterni Sacerdotis Iesu Christi votivam Missam apparari, unaque cum hisce Litteris in lucem edi; quae quidem Missa, quavis feria quinta, ad liturgicas normas, celebrari poterit.

Iam nihil aliud restat, Venerabiles Fratres, quam ut Apostolicam ac paternam Benedictionem iis omnibus dilargiamur, qui eam a communi Patre expetunt ac praestolantur; quae sane, ut ex grato proficiscitur animo ob tot tantaque a superna largitate per iubilares divinae Redemptionis celebrationes impertita beneficia, ita mox exorienti anno sit felix faustumque omen.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xx mensis Decembris, anno MDCCCCXXXV, ab inito a Nobis sacerdotio exeunte LVI, Pontificatus Nostri decimo quarto.

PIUS PP. XI.

ACTA SS, CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO RITUM

MISSA YOTIVA D. N. JESU CHRISTI SUMMI ET JäTEBNI SACERDOTIS

QUIE IN LOCUM CONVENTUALIS DE FERIA V COMMUNI IN CHORO SUFFICI POTEST

Introitus *Ps. CI X, !¡.*

Jurávit Dominus, et non paenitébit eum : Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. *Ps. ibid. 1.* **Dixit Dominus Dómino meo : Sede a dextris meis. Gloria Patri.**

Oratio

Deus, qui ad maiestatis tuae gloriam et generis humani salutem, Unigenitum tuum summum atque aeternum constituisti Sacerdotem : praesta; ut quos ministros et mysteriorum suorum dispensatores elegit, in accepto ministerio adimplendo fideles inveniantur. Per eumdem Dominum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apóstoli ad Hebraeos.

Eebr. V, 1-11

Fratres : Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona, et sacrificia pro peccatis : qui condoleré possit iis, qui ignorant, et errant : quoniam et ipse circumdatus est infirmitate : et propterea debet, quemadmodum pro pópulo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron. Sic et Christus non semetipsum clarificávit ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum : Filius meus es tu; ego hodie génui te. Quemadmodum et in ALIO loco dicit : Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suae preces supplicationésque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamóre valido et lácrymis offerens, exaudita est pro sua reverentia. Et quidem cum esset Filius Dei didicit

ex iis, quae passus est obedientiam : et consummatus, factus est omnibus obtemperántibus sibi, causa salutis aeternae, appellatus a Deo pontifex juxta ordinem Melchisedech. De quo nobis grandis sermo, et ininterpretábilis ad dicendum.

Graduale. Luc. IV, 18. **Spiritus Domini super me, propter quod unxit me : f. Evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde.**

Alleluja, Alleluja, f. *Hebr. VII, 21\.* **Jesus autem eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium. Alleluja.**

Post Septuagesimam, omissis **Alleluja** *et* f. *seq., dicitur:*

Tractus. Ps. IX, 34-86. **Exúrge, Dómine Deus, exaltétur manus tua : ne obliviscáris pauperum. |. Vide quoniam tu laborem et dolorem consideras : t- Tibi derelictus est pauper : órphano tu eris adjutor.**

Tempore autem Paschali omittitur Graduale et ejus loco dicitur:

Alleluja, Alleluja, f. *Hebr. VII, 24-* **Jesus autem eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium. Alleluja,** f. ***Luc. IV, 18.*** **Spiritus Domini super me; propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde. Alleluja.**

£B Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

Lue. XXII, 14-20

In illo tempore : Discubuit Jesus, et duodecim Apóstoli cum eo. Et ait illis : Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducábo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto cálice, gratias egit, et dixit : Accipite, et divi dite inter vos. Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane, gratias egit, et fregit, et dedit eis, dicens : Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur : hoc tacite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam cœnávit, dicens : Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.

Offertorium. Hebr. X, 12-14- **Christus unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei : una enim oblatione consummavit in aeternum sanctificátos.**

Secreta

Haec munera, Dómine, mediator noster Jesus Christus Tibi reddat accepta; et nos, una secum, hostias tibi gratas exhibeat : Qui tecum,

Præfatio de Cruce.

Communio. 1 Cor. XI, 24-25. **Hoc Corpus, quod pro vobis tradetur : hic calix nbvi testaménti est in meo sanguine, dicit Dominus : hoc fácite, quotiescumque sumitis, in meam commemoratiónem.**

Postcommunio

Vivificet nos, quaesumus Dómine, divina quam obtúlimus et sumpsimus hostia; ut perpétua Tibi caritate conjuncti, fructum, qui semper maneat, afferamus. Per Dominum.

URBIS ET ORBIS

DECRETUM

Missam votivam D. N. I. C. summi et aeterni Sacerdotis, de mandato Ssmi D. N. Pii Papae XI ab hac Sacra Congregatione concinnatam, Eadem Sanctitas Sua iuxta praesens exemplar approbavit, atque inter missas votivas Missalis Romani inseri iussit.

Romae, die 24 Decembris 1935.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

An. et yol. XXYIII 31 Ianuarii 1936 (Ser. II, v. III) - Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP, XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE SIENHSIEN

NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE TAMING » ERIGITUR E PARTE TERRITORII VICARIATUS APOSTOLICI DE SIENHSIEN.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Catholicae fidei latius per orbem propagandae haud dubie valde iuvat latissima plerumque missionum territoria dividere aliasque condere missiones aliis committendas pastoribus. Iamvero quum amplissimum Vicariatus Apostolici de Sienhsien in Sinis territorium vix ab uno vel vigilantissimo Antistite administrari queat, venerabilis Frater Henricus Lécroart, Episcopus titularis Anchialitanus, qui Vicariatui illi modo praeest, enixe a Nobis expostulavit ut sui Vicariatus pars meridionalis seiungeretur et in novam erigeretur Missionem. Nos autem, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi *ûe* Propaganda Fide praepositorum consulto, et attento venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi titularis Traianopolitani in Rhodope -et Delegati Apostolici in Sinis, favorabili voto, omnibus mature perpensis, oblatis Nobis precibus libentissime annuere censuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, e

Vicariatus Apostolici de Sienhsien territorio partem illam separamus,, civiles subpraefecturas de *Taming, Nanlao, Tsingfeng,* et *Kaichow,* seu de *Puyang,* complectentem, necnon subpraefecturae de *Changyuan* partem, quae ad Flavi fluminis occidentem exstat. Territorium vero ita circumscriptum in novam erigimus Praefecturam Apostolicam *de Taming* nuncupandam eamque Societatis Iesu Sodalium curis, qui tanto-' in regione illa iam dudum apostolico zelo adlaborant, ad S. Sedis tamen beneplacitum, committimus. Novae igitur huic Praefecturae Apostolicae *de Taming* eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo cuiusvis viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam seiunctionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die undecima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Gard. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus..*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LIT, n. 89. - D. Prancini.

II

AIMERENSIS, ALL AHAB ADENSIS, NAGPORENSIS

EX DIOECESIBUS AIMERENSI, ALLAHABADENSI ET NAGPORENSI TERRITORII PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE INDORE » ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD'PERPETUAM REI MEMORIAM

Salutis animarum studio permoti, venerabiles Fratres Aimerensis, Allahabadensis et Nagporensis Antistites enixe ab Apostolica Sede iampridem expostulaverant, ut ex suarum dioecesium amplissimo territorio partes aliquae distraherentur, ex quibus nova sui iuris ecclesiastica circumscriptio erigeretur. Quas quidem preces venerabiles Fratres Nostri S. B. E. Cardinales Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositi perpendentes, regiones illas aptis interea excolendas evangelicis operariis concredere statuerunt, atque Societatis Verbi Divini Sodalibus, quorum christiani nominis inter infideles propagandi ardorem probe noverant, apostolicum munus istud Iubenti animo commiserunt. Illuc ergo missionariorum manus profecta ac magna cum laetitia ab Antistitibus, quos antea diximus, excepta, quum sufficienter aucta sit numero et apostolicum laborem fructuose ac laudabiliter duobus amplius annis navarit, iidem Purpurati Patres maturum advenisse tempus ecclesiasticam sui iuris circumscriptionem erigendi, eamque Societati Verbi Divini concredere rati sunt, atque Praefecturae Apostolicae gradum ipsi tribuendum esse. Quare Nos, de ipsorum Cardinalium consilio, omnibus mature perpensis, novam hanc Praefecturam suprema Nostra auctoritate constituere statuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, ex Aimerensi dioecesi territorium separamus, cunctam illam complectens Administrationis Indiae Centralis partem *(Central India Agency)*, quae ad meridiem posita est Administrationis Rajputanensis *(Rajputana Agency)*, Praefecturae *(tahsil) de Thandla*, districtuum *de Isaghar* et *Mandasor*, ac Status *de Sitaman;* ex dioecesi Allahabadensi, Statum *de Bhopal* et districtum *de Bhilsa;* e dioecesi vero Nagporensi districtum *de Eoshangabad*, territorio tamen *de Pachmari* excepto, districtum *de Nimar*, Statum *de Barwani et* eam Statuum *de Indore* et *Dhar* partem, quae ad meridiem iacet *Narbada* fluminis. Ex quo ita circumscripto territo-

rio novam erigimus Praefecturam Apostolicam eamque, ex urbe, in qua Praefecti Apostolici sedem constituimus, *de Indore* nuncupari volumus ac decernimus, sub Agraensis Ecclesiae metropolitico iure. Novam autem ita constitutam Apostolicam Praefecturam, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, Societati, quam supra memoravimus, Verbi Divini tenore praesentium concredimus. Huic insuper Praefecturae Apostolicae *de Indore* eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque suetis adstringimus obligationibus. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quinto, die undecima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Vincentius Bianchi-Cagliesi, ***Protonotarius Apostolicus.***
Hector Castelli, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco S Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LUI, n. 4- **~ Al. Trussardi.**

III

URBIS

CONSTITUTIO APOSTOLICA « NOSTRI PASTORALIS OFFICII)) DE ERECTIONE PAROECIAE S. BENEDICTI EXTRA PORTAM S. PAULI ALIQUANTUM IMMUTATUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter Paroecias in hac alma Urbe, quae, utpote Romani Pontificis dioecesis, Nostris peculiaribus curis est concredita, a Nobis erectas, illa quoque S. Benedicti Abbatis ad viam Ostiensem paroecia adnumeratur, quam Apostolicis sub plumbo Litteris *Nostri pastoralis officii,* anno millesimo nongentesimo vigesimo sexto, die Iunii mensis tertia datis, ex territorio a paroecia Patriarchalis Basilicae Ostiensis seiuncto ereximus eamque Piae Societati Mediolanensi S. Pauli *pleno iure* commisimus et in templo S. Benedicti Abbatis, a fel. rec. Benedicto XV, Praedecessore Nostro, exstructo, constituimus. Aliquot vero post annos cum templum hoc, sive ob subtus permanantes Tyberis fluminis aquas, quae forsan aedificii fundamenta exederant, sive ob alias causas, ruinam minaretur, illud solo aequari necesse fuit, atque ibidem, redemptis prius a Nobis ipsius templi area et paroeciali domo, nova ecclesia, sub eodem S. Benedicti Abbatis titulo, ampliori et elegantiori forma aedificari coepta est. Quae cum feliciter, Deo propitio, sit modo fere perfecta, ac proinde quam primum divino cultui aperienda, Nos, hanc nacti occasionem, collatis cum dilecto Filio Nostro Francisco, tituli S. Mariae Novae, S. R. E. Presbytero Cardinale Marchetti Selvaggiani, Nostro in Urbe in spiritualibus Vicario Generali, consiliis, matura deliberatione praehabita, iuridicam ipsius Paroeciae constitutionem paulisper immutare opportunum duximus. Suppleto, igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, derogantes in hoc praefatis Apostolicis Litteris *Nostri pastoralis officii,* suprema Nostra auctoritate statuimus ut S. Benedicti Abbatis paroecia sit in posterum paroecia saecularis, et iisdem propterea regatur legibus quibus ceterae saeculares Urbis paroeciae reguntur. Facultatem tamen facimus Nostro in Urbe pro tempore Cardinali Vicario Generali ut paroeciam ipsam quandoque alicui religiosae familiae, servatis servandis, ad tempus concredere possit,- quoties id expedire in Domino visum fue-

rit. Novae autem quam supra diximus Ecclesiae eiusque pro tempore Parochis omnia concedimus iura, privilegia et praerogativas, quibus ceterae in Urbe paroeciales ecclesiae earumque parochi iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent, illosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus; praecipue vero onus parocho imponamus duos saltem habendi coadiutores, qui in pastoralibus muneribus obeundis validum illi adiumentum praebere possint. Cetera vero omnia quae in praefatis Litteris a Nobis statuta fuerunt ut in suo maneant robore volumus ac decernimus, eaque propterea praesentibus Litteris iterum statuimus et confirmamus. Rebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda quem supra diximus dilectum Filium Nostrum Franciscum Cardinalem Marchetti Selvaggiani, Nostrum in Urbe Vicarium Generalem, deputamus, cui propterea necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum atque controversias dirimendi in exsecutionis actu quomodolibet orituras, eique onus imponimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar redigendi illudque in Urbis Vicariatus tabulario adservandi. Volumus quoque ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Quae autem per hanc Nostram Constitutionem statuimus, decrevimus, ediximus et mandavimus, rata omnia et firma permanere auctoritate Nostra volumus et iubemus, quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die vigesima prima mensis Martii, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. P. Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

F. Card. MARCHETTI SELVAGGIANI
Vicarius Ceneralis 8. 8.

Dominicus Jorio, ***Protonotarius Apostolicus.***
Alfonsus Carinci, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LH, n. fá. - **Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

B. V. MARIA SUB TITULO DB GUADALUPA INSULARUM PHILIPPINARUM COELESTIS PATRONA DECLARATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Romani Pontifices Decessores Nostri continenti iugiter studio christifidelium cultum erga Beatissimam Matrem Bedemptoris Nostri Iesu Christi magis magisque in dies excitandum fovendumque curarunt. Magnae propterea erga Deiparam Virginem pietatis populorum Dioecesium, quae in Insulis exstant Philippinis, imaginem non mediocrem laeto animo perspeximus supplicibus in libellis, quos iam nomine cleri suorumque fidelium Archiepiscopus Manilensem ceterique in Philippinis Insulis Episcopi, nec non Delegatus Apostolicus Noster communiter ad Nos miserunt. Ex ipsis quippe litteris compertum habemus in optatis esse valde eisdem gentibus insulanis ut Nos Beatissimam Virginem Mariam titulo de Guadalupa coelestem Insularum earundem Patronam declarare dignemur, cum ipsa Virgo Virginum humani generis mater sit benignissima, ac sub titulo eodem •de Guadalupa magna veneratione cultuque habita sit in illis Novae Hispaniae, nunc Americae Centralis, regionibus, e quibus ad Philippinas Insulas instituta missionaria una cum christianis legibus moribusque civilibus devenerunt. Cum proinde earundem Insularum christifideles, qui sub ipso titulo de Guadalupa Beatam Mariam quam maxime veneraturi Eiusdemque opem fidenter imploraturi sunt, atque eorundem Pastores de huiusmodi coelesti Patronatu Nos enixe rogent, hodieque votis memoratis annuendum censeamus, de praesentissima Deiparae Virginis ope et suffragio illis firmissime spondentes, audito quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, omnibusque de more sedulo studio perpensis, haec quae sequuntur decernimus : nimirum certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum *Beatam Virginem Mariam* sub enunciato titulo *de Guadalupa* Insularum Philippinarum coelestem apud Deum *Patronam* constituimus et declaramus. Mandamus propterea ut huic coelesti Patronatui omnia iura et privilegia liturgica competant, quae huiusmodi Patronatus sunt propria. Haec statuimus, edicimus, decer-

nentes praesentes Litteras firmas, validas atque efiicaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; dictisque Insularum dioecesibus populisque fidelibus nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI m. Iulii, an. MCMXXXV, Pontificatus Nostri decimoquarto.

- E . Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

NOVA NUNTIATURA APOSTOLICA « DE CUBA » CONSTITUITUR, COMPLECTENS CUBANAM REMPUBLICAM, E TERRITORIO DELEGATIONIS APOSTOLICAE ANTILLARUM SEIUNCTAM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Reipublicae Cubanae Gubernatores Nobis nuper enarrarunt admodum sibi esse in votis ut in Republica etiam sua constituere dignemur Apostolicam Nuntiaturam, quae diplomaticis inter Sanctam Sedem et Rempublicam ipsam rationibus consulat. Nos autem cum Gubernii eiusdem votis concedere velimus, ac propterea cum quoque expediat ab hodierno Delegationis Apostolicae Antillarum territorio Rempublicam Cubanam seiungere, ut in eadem condi possit huiusmodi Nuntiatura, rebus omnibus attento seduloque studio perpensis, ea quae sequuntur statuenda censemus. Nimirum motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore novam *de Cuba Legationem* sive *Nuntiaturam* erigimus, illiusque territorium distrahimus sive separamus ab Apostolica Antillarum Delegatione, ita ut, excepto Reipublicae Cubanae territorio, ad Delegationis Antillarum iurisdictionem-pertineant omnes aliae insulae, quae huc usque ad eandem pertinebant. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec, spe freti vinculis inter nationem Cubanam et Sanctam Sedem arctius obstringendis hoc voluntatis Nostrae consilium profuturum, in Domino statuimus; decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter extare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Nuntiaturae per Nos erectae in Republica

Cubana nunc et in posterum plenissime suffragari; sic rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Castri Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die II mensis Septembris, an. MCMXXXV, Pontificatus Nostri decimocuarto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. IOSEPHUM TIT. S. MARIAE DE ARACOELI S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM VAN ROEY, ARCHIEPISCOPUM MECHLINIENSEM, DE CONVENTU IUVENTUTIS OPERARIAE CHRISTIANAE BRUXELLIS HABENDO.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Cogitantibus Nobiscum Conventum Iuventutis operariae christianae, qui Bruxellis propediem fiet, ac praesagae mentis imagine prospicientibus conferta adolescentium agmina, quae regalis Belgarum urbs hospita excipiet, exsultat Nobis animus gaudio, atque gratus attollitur Deo, qui apostolici officii ita temperat curas, ut ei sicut crebrae non desunt angustiae, ita neque parca praebeantur solamina. Cuius laetitiae tu, Dilecte Fili Noster, admodum es particeps, qui intra patriae tuae fines secunda vidisti primordia Consociationis huiusmodi, prosperis nunc incrementis florentis, idemque cum lectissimo sacrorum Antistitum et sacerdotum numero coetui intereris, qui religióne et pietate praestantissimus, magnificentia apparatuque splendidus fore praevidetur. Hac voluntate affecti has tibi reddendas Litteras censuimus, quibus gratulationes et vota mandamus iis explicanda qui, te auspice, ad statum Conventum congredientur. Duo expleta sunt lustra, postquam originem duxit Iuventutis operariae christianae Consociatio, istic tam faustis orta auspiciis. Haec, cum modo sistens ferme gradum, emensa respicit spatia ac mire et magne acta contuetur, nequit Dei non agnoscere virtutem, qui coeptui propitio numine arrisit. Neque enim tantum in Belgarum regione pollet, ubi robur et sobolem catholico nomini parit, sed vestros adeo praetergressa est fines, ut eam latius in posterum se pro-

• laturam, ad varia locorum adiuncta flexibilem, episcoporum optatis obsequentem, id facile augurari fas sit. Secus enim contingere nequit, cum ipsa germana sit Actionis Catholicae forma, fluenti congrua aevo, eademque opificum ordini miseriarum saepe pondere attrito errorumque fallacia decepto, trepidis Matris Ecclesiae obsecuta consiliis, curas industriasque applicet. Quisnam, si non degeneri animo adhuc colit virtutem, has iuvenum non demiratur turbas, in quibus rei sacrae atque civilis tanta spei moles consistit? Fusa religionis notitia, solida fides, invicta caritas in sancta prosiliens molimina, numquam languens iucunditas, quam redolet lilialis integritas morum, iuncta cum modestia, pectoris constantia, hae sunt animi laudes quas sibi proponunt, ut actuose Actioni Catholicae deserviant, quae ecclesiasticae Hierarchiae in exercendo apostolatu opitulatur. Dat iis cotidianus labor unde piaculares hostiae Deo immolentur, campumque praetendit, ubi sollers excurrit cura, ut operis socii iidemque fratres ad christianae vitae instituta reducantur. Nos minime latet qua devotione, quibus precibus, qua Ecclesiae sacramentorum usura, qua lenitate ac diligentia Christo fratrum mentes acquirere nitantur, reapse satores luminis, adiutores Spiritus Sancti, auxiliares Ecclesiae velites. Faveat iis S. Ioseph, praeclarum opificum exemplar et custos; faveat B. Virgo Maria, quae, licet regio davidico genere orta, operosae ac demissae vitae aspera novit; propitio obtutu amplectatur eos Iesus, qui, siderum conditor, tractare non dubitavit fabrilia. Tanto tecta clypeo floreat iis avita fides, crescat instituti/operis gloria. Nos autem paterno hortatu Consociationi adlectos eiusdemque moderatores monemus, ut alacriores in dies propositis praeconio dignis insistant et uberius usque fotas caritatis lampades gerant, quae çanescenti mundo calo rem admoveant vitae; atque impenso studio optamus, ut Apostolica Benedictio, quae tibi imprimis accedit, per te omnes amplexetur, qui sollemni coetui aderunt : sit ipsa universis flagrantis amoris Nostri signum et ubertatem fructuum, divino arcessito auxilio, labori vestro acceleret.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die xix mensis Augusti, anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri decimo quarto.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. PETRUM TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM FUMASONI BIONDI, SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE PRAEFECTUM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONVENTUM EUCHARISTICUM INTERAMNAE PRAETUTIORUM EX TOTA ITALIA.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Praeclara studia apparatuumque labores ad Conventum Eucharisticum Interamnae Praetutiorum ex tota Italia proxime peragendum iam diu fervere plane libenterque didicimus. Quare, et ineunte ipso anno et recens quoque, litteris datis, egregia incepta pietatisque incitamenta, quibus fidelium animi ex optatis Theramensis Episcopi ad sollemnia sacra apparantur, Nostra quidem gratulatione hortatibusque paternis palam confirmavimus stimulosque ad maiora prosequenda adiecimus. Neque enim Aprutini tantummodo filii, qui cum firmitate corporis animique robore integritatem quoque christianae fidei et constantiam a maioribus acceperunt, sed quotquot sunt ex Italia Eucharistiae cultores aut sollemnibus coetibus ipsi intererunt, aut concordibus animis precibusque in unum conlatis, eosdem participabunt, magnificum sane spectaculum perspicuumque exemplum praebituri. Quid autem aptius cogitari potest, quid efficacius ad christianae fidei vigorem fervoremque augendum, quam studium ac veneratio Eucharistici Sacramenti, quod proprie « mysterium fidei » appellatur? Hoc enimvero uno, quaecumque supra naturam sunt, singulari quadam prodigiorum copia et varietate, universa continentur : « Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus, escam dedit timentibus se » (Ps. CX, 4-5). Hoc nimirum Sacramento christiana fides alitur, mens enutritur, impietatis commenta diluuntur, ordo rerum, quae supra exstant naturam, quam maxime illustratur. Quapropter Nos, quibus tantopere sunt cordi quum catholicae fidei integritas atque profectus, tum Augusti Sacramenti honor atque cultus, proximam Eucharistiae celebrationem non modo auctoritate Nostra adaugere percupimus, verum etiam per Apostolici Legati missionem veluti praesentes participare exoptamus. Te igitur, Dilecte Fili Noster, qui, Bomanae purpurae splendore insignitus, Consilio ipsi praees Patrum Cardinalium, quibus gravissimum fidei propagandae munus traditum est, Legatum Nostrum deligimus atque constituimus, ut proximo Eucharistico ex tota Italia Conventui Interamnae Praetutiorum celebrando Nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Minime

sane dubitamus, quin tu, et virtutum laudibus exornatus, et singulari erga Augustum Sacramentum pietate decorus, apostolicum mandatum sis libenti animo accepturus et studiose feliciterque obiturus. Maximi autem est momenti atque utilitatis argumentum in coetibus agendum propositum, videlicet '« Eucharistia in Sacris Litteris», quandoquidem ex fontibus ipsis haurienda est de altissimo fidei mysterio salutaris doctrina. Quid vero dicendum de sacris sollemnibus, quae coram frequenti populo celebranda apparantur? Christus ipse, humani generis Salvator, sub Eucharisticis speciebus benignissime abditus, tum in Cathedrali Ecclesia, in pristinam formam affabre restituta, adoranti populo magnifice ostendetur, tum per vias Theramensis urbis sollemni pompa ac peramplis honoribus circumferetur. Ipse Iesus, Eex regum et Dominus dominantium, in summo Apennini montis fastigio, media in Italia, ubi Ingens Saxum verticibus petit astra duobus, ubi prospectus inter Superum atque Inferum Italiae maria latissime patet, venerabundo po-^ pulo adstanti cunctaeque Italiae Benedictionem suam largietur. Quare periucundo animo, Dilecte Fili Noster, nobilissimum munus inito et sacris sollemnibus praeesto; ex hisce enim Eucharistiae triumphis exspectari profecto iuvat in bonum nationis huius perdilectae magnum fidei pietatisque incrementum. Interea, dum Nostram Legationem cunctis votis ominibusque prosequimur, in auspicium caelestis praesidii atque in Summae dilectionis Nostrae testimonium, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, sollerti Episcopo Theramensi iisque universis, qui Conventui Eucharistico intererunt aut quoquo modo favebunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die xx mensis Augusti, anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM P. D. IOSEPHUM TIT. S. IOANNIS AD PORTAM LATINAM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM MAC RORY, ARCHIEPISCOPUM ARMACHANUM, QUINQUAGESIMO APPETENTE NATALI SACERDOTII EIUS.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Qui proxime complebitur, quinquagesimus sacerdotii tui natalis, cum tibi haud intermissum coelestium munerum ordinem in memoriam reducat, quibus tibi hoc temporis spatio, Deo auctore, frui licuit, tum clero po-

puloque tuo praeclaram offert opportunitatem ut multa abs te accepta beneficia pie recolat et faustum eiusmodi eventum communibus laetitiis gratulationibusque concelebret. Quas quidem ut Nos participando au~ geamus, non modo paterna postulat, qua in te ferimur, voluntas, sed illa etiam, quibus sacerdotalis tuae vitae cursum nobilitasti, egregia promerita. Siquidem adhuc a sacro ordine recens, qua iam eras non minus doctrina praestans, quam communi existimatione conspicuus, ecclesiasticam iuventutem pro concredito munere instituendam suscepisti. Quodsi nihil sane gravius, nihil est cum Ecclesiae profectu utilitateque coniunctius, quam eos educere sacrisque disciplinis conformare, qui, divino quodam nutu vocati, in spem apostolici officii adolescunt, id ostendit omnino quam eximia sapientia praeclarisque animi dotibus enitueris, cum diuturnam aetatem, hac in obeunda nobilissima provincia, et in Anglia et in Hibernia tua, summa cum laude traduxeris. Quandoquidem vero apud omnes opinione et gratia florebas, proximus Decessor Noster episcopali te dignitate auxit, tibique Dunensem et Connorensem Dioeceses administrandas concredidit. Quo in latiore apostolatus campo « factus forma gregis ex animo » ita studiosa prudentia navitateque elaborasti, ut neutiquam miremur, si illius regionis fideles, tui haud immemores, pia quadam aemulatione cum iis quodammodo concertare gestiant, qui in Armachana Archidioecesi, tibi dein a Nobismet ipsis commissa, tua in praesens procuratione tuaque sollertia fruuntur. At si saepenumero Nos peculiari te sumus benevolentia prosecuti, id praestitimus potissimum cum te, in Cardinalium Patrum Collegium adscitum, romanae purpurae maistate honestavimus. Cuius quidem romanae purpurae splendore insignitum semel atque iterum te Nostrum ex latere Legatum creavimus, ut nimirum et Liverpolitanis sollemnibus novae Cathedralis Aedis auspicalem lapidem ponendi causa celebratis, et Eucharistico ex universa Australia Congressui Nostro nomine praesideres. Omnis igitur tuae vitae cursus tam egregia facinora praefert, in Dei gloriam animarumque salutem suscepta, ut habeas prorsus, Dilecte Fili Noster, cur et immortales Deo grates agas et a caelesti pastorum Principe tot laborum praemium fidenti animo impetres.

Nos vero, cum in tuae tuorumque laetitiae partes per hanc faustitatem venimus, non modo tibi paternam Nostram voluntatem testari cupimus, sed totius etiam Hibernicae Ecclesiae filiis, cuius praecipuum es decus atque ornamentum. Eorum novimus catholicam fidem, tantis per superiora saecula praesentem que aetatem periculis probatam, at tenacem cotidie magis, atque e rerum discrimine emergentem sospitem. Actuosissimum eorum novimus in Apostolicam hanc Sedem observantiae

studium, quo nulli prorsus populorum cedunt. Optamus igitur, dum gratulamur tibi, faustaque ferimus omina, universam tecum una « Sanctorum Insulam » paterno animo complecti. Pergant dilecti Hiberniae filii impensiore usque alacritate catholicam religionem colere, eiusque praeceptis totam conformare vitam; teque habeant quam diutissime bonorum omnium operum excitatorem.

Quo autem huius eventi faustitas augustior fiat atque uberius in animarum salutem vertat, libenter tibi damus, ut quo die huiusmodi sacerdotii tui sollemnia acturus es, eo die adstantibus nomine Nostro benedicas, proposita iisdem plena admissorum venia, statutis condicionibus lucranda. Divinorum interea munerum anspex paternaeque benevolentiae Nostrae testis Apostolica esto Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, universoque clero populoque tuo peramanter in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die xxvi mensis augusti, anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri decimo quarto.

PIUS PP. XI

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

Declaratur praedamnatum opusculum, cui titulus : *Pietre miliari nella, storia del Cristianesimo,* auctore Ernesto Buonaiuti.

Feria IV, die 15 Ianuarii 1936

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito Dominorum Consultorum voto, ipso iure damnatum, vi canonis 1399 C. I. C, declararunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt opusculum, cui titulus : *Pietre miliari nella storia del Cristianesimo* ab Ernesto Buonaiuti, excommunicato vitando, nuper editum.

Et sequenti Feria V, die 16 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii concessa, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 20 Ianuarii 1936.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PONTIFICIAE ADMINISTRATIONIS LAURETANAE

DECRETUM

Exacto iam anno ex quo Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI Pontificium Sanctuarium Almae Domus Lauretanae aedesque continentes Suae Ipsius iurisdictioni tam in spiritualibus quam in tem-

poralibus directo subiecit, feliciter expertum est haud pauca emolumenta beneñciaque obvenisse, quae inter commemoranda sunt et aucta, per Auctoritatem Pontificiam, Basilicae dignitas, et animarum bonum uberius provectum, ope Religiosorum, qui Basilicae modo deserviunt atque toti incumbunt spirituali curae et adsistentiae fidelium, praesertim peregrinorum, qui pie ac frequenter ad Sanctuarium accedunt.

Quo vero de his, quae supra memorata sunt, beneficiis ii plenius participent, qui Mariali Basilicae propiores exstant, idem Ssmus Dominus Noster, apostolicae potestatis plenitudine, suppleto quatenus opus sit interesse habentium vel habere praesumentium consensu, vi praesentis Consistorialis Decreti, benigne statuit ut iurisdictio Administratoris Pontificii Basilicae Lauretanae ad territorium Lauretanae civitatis eiusque districtus, iuxta praesentes fines civiles, quod ad dioecesim Recinetensem-Lauretanam pertinet, exstendatur, totaliter suspensa proinde, durante Administratione Pontificia, super eodem territorio, iurisdictione Ordinarii Recinetensis-Lauretani.

Ipsius igitur Pontificii Administratoris erit fideles omnes, qui praefatum territorium incolunt, regere eadem quidem potestate iisdemque facultatibus ac Episcopi residentiales; quin tamen legi residentiae, quousque praesentia adiuncta perduraverint, teneatur.

Vicario autem Administrationis Pontificiae, charactere episcopali insignito, munus competat ea omnia officia implendi quae Vicarii Generalis, ad normam iuris communis, sunt propria; necnon, absente Pontificio Administratore, functiones in Basilica peragendi, quibus Ordinarius tenetur.

Ad curam insuper animarum rite moderandam Pontificius Administrator curabit paroeciarum fines in territorio, de quo agitur, circumscribendos prout bonum animarum exspostulaverit, novamque ecclesiam, S. Annae Genitrici B. M. V. dicandam, apud viae ferreae stationem, sumptibus quos Ipsa Sanctitas Sua ad id elargita est, exstruendam; ad easdem vero paroecias administrandas eisdemque inserviendum, atque ad alia ecclesiastica officia persolvenda ius habebit vocandi quos validiores reputaverit, inter sacerdotes Capituli Lauretani, iuniores potissimum, qui a chorali servitio exonerati fuerunt.

Cum denique dioecesis Recinetensis-Lauretana ab onere curae animarum in territorio Lauretano relevata sit, cessabit a data praesentis Decreti annuum subsidium, quod Administratio Pontificia Mensae Episcopali eiusdem dioecesis hactenus erogat.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputat eumdem Pontificium Administratorem, Excmum P. D. Franciscum Borgongini-

Duca, Archiepiscopum titularem Heracleensem et Nuntium Apostolicum in Italia, ipsi tribuens facultates ad id necessarias et opportunas etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere quam primum ad hanc S. C. Consistorialem mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibuscumque non obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 11 Octobris 1935, in festo Maternitatis B. M. Virginis.

Fr. R. C. Card. Rossi, ***a Secretis.***

L. 8 S.

V. Santoro, ***Adsessor.***

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIAE

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, sacri Consilii christiano nomini propagando decreto, sub die 2 Ianuarii anni 1936 dato, episcopali Ecclesiae Trichinopolitanae praeficere dignatus est R. D. Petrum Leonard, e Societate Iesu.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra, Sacra Congregatio de Propaganda Fide renunciavit ad suum beneplacitum :

8 Novembris 1985. **— R. P. Aloisium Hopfgartner, e Societate Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill,** ***Praefectum Apostolicum de Sarawak*** **(Malesia).**

15 Novembris 1985. **— R. P. Iosephum Billiet, e Congregatione Immacolati Cordis Mariae (Scheut),** ***Praefectum Apostolicum de Montagnosa,*** **in Insulis Philippinis.**

13 Decembris 1935. **— R. P. Ioannem Baptistam Magenties, e Societate Presbyterorum Ssmi Cordis Iesu de Betharram,** ***Praefectum Apostolicum de Tali,*** **in Sinis.**

SACRA CONGREGATIO RITUUM

ABYSSINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SEEVT DEI JUSTINI DE JACOBIS, EPISCOPI NEAPOLITANI ET PBIMI VICABH APOSTOLICI ABYSSINEN. E CONGREGATIONE MISSIONIS S. VINCENTII A PAULO.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum eum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in casu et ad effectum de quo agitur.

Quod Dominus Iesus Christus recïïvivus, mox ad Patrem reversurus, mandatum dedit Apostolis: *Euntes... docete omnes gentes,* illud nullo unquam tempore Ecclesia pro viribus adimplendum intermisit. Et sane inter praecipuas Ecclesiae laudes fervidus ille extollendus est apostolicus spiritus, quo ea, per decurrentium temporum spatia, inter omnigenas difficultates, .*Evangelium omni creaturae* nunciare contendit, ut sponsi sui Christi pacificum regnum per orbem dilataret. Quod praegrande opus, a glorioso decessore tuo Benedicto XV, post immanis belli ruinas, novo quodam ardore, veluti nunquam pereuntis Ecclesiae vitae testimonium, susceptum atque commendatum, Ipse Tu, Beatissime Pater, valida manu Ecclesiae gubernacula tractans, ita impulisti, ut vere videaris hortanti Christo intrepida fide paruisse: *Due in altum* (Luc, 5, 4). Quapropter iucundum nobis atque opportunum huic missionali studio fovendo accidere videtur heroicas hodie apostolici viri exaltare virtutes, *cuius laus est in Evangelio.*

Equidem Venerabilis Dei Servus Justinus De Jacobis, Episcopus Nilopolitanus, Vicarius Apostolicus Abyssinensis, Vincentianae familiae singulare ornamentum, qui superiore saeculo in Aethiopica gente evangelizanda strenue adlaboravit, praeclaram nobis refert fidelissimi operam evangelici speciem, qui *pro Christo legatione* fungens, *non* quaerens *quae sua sunt, sed quae Iesu Christi,* in id unice intendit, arduo ministerio suo, ut animas lucrifaceret; idque eo labore, ea alacritate, ea constantia, iis adversantibus difficultatibus, ut vere ad heroicum culmen pertigerit.

Septimus ex quatuordecim filiis, quos Ioannes Baptista De Jacobis et Iosepha Muccia, vitae honestate et pietate praeclari, in Dei gloriam genue-

runt, in oppido « San Feie » Dioecesis Muranae in Lucania, die nona Octobris mensis anno 1800 Justinus natus est. Tanta matris in Deum religio, ut puerulum Justinum mature fidei Tentatum meditationi per mediam horam quotidie incumbere, simulque sacrosanctam Eucharistiam, dominicam passionem, Beatam Virginem animasque in purgatorio igne detentas tenerrima devotione prosequi edocuerit; eumque, vel ante *Pii Operis a Fidei Propagatione* institutionem, inter *cooperatores,* quos dicunt, ad infidelium conversionem a Deo implorandam adsciverit, eiusque animo singularem in pauperes amorem indiderit.

Anno 1809 Confirmationis et Eucharistiae sacramentis primitus refectus, ampliores exinde pietatis fructus collegit. Anno circiter 1812, alienissimo familiae tempore,- pater eam, non sine Dei occulto consilio, Neapolim transtulit. In hac enim amplissima civitate Justinus seu in pietate, seu in studiis bonarum artium excolendis, maioribus emolumentis est potitus. Qua virtute adhuc adolescentior polieret, ostendit, quum olim ab irato patre innocens ob errorem percussus: *Bene,* humiliter inquit, *vel ipsa paterna verbera signa sunt dilectionis.* Admiratus pater magna de eo tunc portendit. Decimum octavum annum quum ageret, vocanti Deo obtemperans, Congregationi Missionis S. Vincentii a Paulo adscribi postulavit. Voti compos factus et tirocinium ingressus, tantum in Vincentiana perfectionis palaestra profecit, quantum postea eius opera declararunt. Pleno scilicet pectore spiritum sanctissimi conditoris hausit, qui, pari humilitate atque caritate insignis, quos maxime derelictos potiori cura quaerebat. Religiosis votis nuncupatis, etsi nondum ad sacros ordines promotus, Justinus verbo Dei praedicando in sacris missionibus operam dedit eo successu, ut ipsum ad id munus natura et gratia comparatum esse pateret.

Die 12 Iunii mensis a. D. 1824 Brundusii sacerdotio auctus, intensiori studio animarum saluti incubuit. Opere potens et sermone omnium oculos in se, praesertim in Apulia, converterat. Tironum magister, Superior dein Neapolitanae domui principi datus, munia haec in exemplum exercuit.

Sed iam eum maiora manebant. Anno 1838 a Cardinali Franzoni, S. C. de Propaganda Fide Praefecto, ad mox instituendam Aethiopicam missionem invitatus, Maio mense insequentis anni, Apostolici Praefecti munere insignitus, Gregorii XVI benedictione recreatus, cum paucis sociis Africam versus profectus est. Arduum sane datum ei opus, quod duo fere ante saecula persecutione abruptum, frustra saepius generoso sed irrito conatu tentatum fuerat. Rem magno animo aggreditur Justinus, Dei fretus auxilio et mittentis Romani Pontificis auctoritate: quam tanti habuit, ut veluti sui apostolatus fulcrum in ea posuerit. Porro apostolicus vir eo statim prae

primis spectavit, ut huic catholicae unitatis centro gentem sibi commissam arcte coniungeret, ut accepta olim fides, veluti palmes insertus viti, revivisceret. Arrepta proinde occasione cuiusdam ad urbem « Cairo » legationis, cui, instante Aethiopico Eege, uti comes additus fuerat, Iustinus, provido atque animoso consilio, primores nonnullos Abyssinos cum eorum comitatu Romam usque perduxit, qui benignissime a Summo Pontifice Gregorio XVI fel. rec. excepti, adeo eius benevolentia ac maiestate permoti sunt, ut vividam ac pergratam de Catholica Ecclesia imaginem ad suos reportarint, felix futurarum conversionum germen.

Haec magnifica eius apostolatus exordia, quem duri postea labores atque certamina nobilitarunt. Multa profecto etiam naturae dona humili servo suo contulerat Deus: vividum ingenium, suadens eloquium, impavidum animum una cum mira suavitate morum, actuosam in rebus agendis alacritatem. Haec quidem, adiuvante divina gratia, non mediocri adiumento fuere. Verum eius apostolatus robur, eius efficacissima veritatis praedicatio extitit eius sanctissimae vitae testimonium, Christo docente: *Videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est.* Incredibili caritatis affectu populum sibi creditum complectebatur. Quem ut facilius Christo adiiceret, indigenarum vivendi rationi se adamussim accommodavit, eorum animos benignitate, patientia ac regiminis suavitate sibi devinciens. Angelica autem pietas, quae ex aspectu, ex incessu, ex orationis studio, praecipue vero in Eucharistico sacrificio celebrando prodibat, Regis ac populi favorem ac venerationem adeo ei conciliavit, ut veluti arbiter in eorum controversiis haberetur, magno cum Ecclesiae emolumento atque honore. Verum contra laeta renascentis Missionis Aethiopicae incrementa schismatici Episcopi invidia saevam tempestatem concitavit, quae diu graviterque catholicos ac praesertim eorum pastorem Justitium exagitavit. Quae gravius tunc efferbuit, quum Iustinus, frustra ob humilitatem reluctans, a Gulielmo Massaia, tunc Vicario^Apostolico apud Gallas, de mandato Apostolicae Sedis, Episcopus ÏTilopolitanus consecratus est atque primus Abyssinensis Vicarius Apostolicus constitutus. Id anno 1849 Massauae evenit, quo ambo ex inopinato, duce Deo, convenerant.

At crescentibus difficultatibus, altius extolli visa est in Servo Dei flamma caritatis. Iuvat eum paucis describere verbis illustris Cardinalis Massaia, qui eum appellat: « Aethiopicae Missionis fundatorem; indefessum Orientalis Africae apostolum; suum magistrum, qui verbo et exemplo eum quomodo vir missionalis se gerere debeat docuerat; Aethiopicae Ecclesiae angelum; missionariorum magistrum; illius fortitudinis atque abnegationis, quae ad Missiones provehendas necessariae sunt, typieum exemplar »

(i miei trentaeingue anni, vol. V, c. XII, § 5). Has equidem tanti testis laudes Iustinus opere aequabit. Sed ob suos labores atque aerumnas, merito altiori Pauli stilo Servus Dei dilaudari potest: *In omnibus* enim exhibuit semetipsum *sicut Dei* ministrum, *in' multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in caritate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu Sancto...* (2 Cor., 6, 4-6). Nil ergo mirum, si talis fidelis operarius in agro Domini excolendo bonos *fructus,* iuxta divinum promissum, tulerit *in patientia.* Duodecim ferme haereticorum millia fidei catholicae convertit; plures missionales stationes fundavit; electum indigenarum sacerdotum manipulum formavit, quos inter plures confessione Christi in tormentis nobiles, et B. Michael Ghebre, purpureus missionis flos, martyrio coronatus.

Viginti et amplius annos, aspera quaeque perpessus, Iustinus in tam nobili opere prosequendo adlaboraverat. Sed iam, sanctae vitae corona, sancta instabat mors. Quum ex Massaua in Halai quosdam Abyssinos sacerdotes et seminarii alumnos reduceret, in angusta quadam valle, inter praeruptos montes, iuxta torrentem Alighedé, calore morboque oppressus ac viribus destitutus constitit, ac se post tres horas moriturum nuntiavit. Mutuam dilectionem ac Summo Pontifici oboedientiam suis commendavit, veniamque ab eis humiliter petiit. Mox sacramentali Confessione expiatus, et Extrema Unctione roboratus, rogavit ut solus aliquantisper relinqueretur. Genuflexus oravit, dein brachiis supra pectus in modum crucis iunctis, capite lapidi innixo, decubuit. Elapso a se praenuntiat tempore: *Venit Deus,* inquit: paucisque patrio sermone additis, vultus eius splendescere coepit, ultimaque absolutione recepta, inter medios filios suos purissimam efflavit animam die 31 Iulii a. 1860. In actum deductam diceres a S. Vincentio a Paulo descriptam typicam sui alumni mortem; qui in ipso laboris campo, viribus extenuatus procumbit, et interroganti viatori: *Quis te,lmiselle presbyter, ad haec extrema perduxit f* respondere potest: *Caritas.*

Eo demortuo, universa fere Aethiopia ingemuit: non solum enim catholicis sed et eterodoxis, immo et mahumetanis complorantibus tanti patris excessum.

Annis 1891-1894 Ordinarii processus Neapoli, Lyciae et in Apostolico Vicariatu Abyssiniae constructi sunt; in hoc autem processu, quatuor prae ceteris eminent testes, qui fidei confessores et passionum Servi Dei fuerunt consortes (una cum eius discipulo Beato martyre Michaele Ghebre), precipue vero Abba Tecle Aymanot, qui, praeter fidei confessionem, doctrina et pietate nobilis, historiam vitae Venerabilis Iustini conscripsit.

Processiculo quem *Diligentiarum* vocant confecto, anno 1902 die 1 Maii

mensis, favorabile decretum editum est. Die vero 13 Iulii mensis á. 1904 Pius X s. m. Commissionem Introductionis Causae sua manu obsignavit. Die 28 Iunii a. 1905 decretum super cultu nunquam exhibito Dei Servo prodiit. Apostolicis processibus confectis, de omnium processuum vi iuridica in Sacra hac Congregatione die 9 Decembris a. 1915 actum est propitio exitu. Servatis itaque omnibus de iure servandis, die 2 Iunii a. 1931 coram Emo Cardinali Alexio Henrico Lépicier, Causae Ponente seu Relatore, Antepraeparatoria Congregatio fuit coacta, quam die 9 Aprilis vertentis anni Praeparatoria est subsequuta; Generalis denique coram Ssmo D. N. die 16 Iulii habita est, in qua idem Rmus Cardinalis Dubium proposuit discutiendum: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate, tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in casu et ad effectum de quo agitur.* Cui seu Rmi Cardinales, seu Officiales Praelati et PP. Consultores responderunt. Beatissimus vero Pater, suffragiis his benigne exceptis, suam distulit ferre sententiam, maius a Deo lumen expetiturus. Hanc autem hac die pandere statuit, vicesima octava Iulii mensis, Dominica septima post Pentecostem Eapropter arcessitis Rmis Cardinalibus Camillo Laurentii S. R. C. Praefecto et Alexio Henrico Lépicier, Causae Ponente seu Relatore, nec non R. P. Salvatore Catucci, Fidei Promotore Generali meque infrascripto Secretario; sacraque Hostia sancte litata, edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum eum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Justini De Jacobis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 28 Iulii a. D. 1935.

C. Card. LAUEENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(officium de indulgentiis)

DE INDULGENTIIS AD SACRI AERIS PULSUM FERIA SEXTA LUCRANDIS

DECLARATIO

Ut ineffabili» caritatis D. N. Iesu Christi, pro redemptione humani generis in Cruce morientis, iugis inter fideles memoria perseveraret et fructus, iam inde ab anno 1740 Summus Pontifex Benedictus XIV s. r., per Apostolicas Litteras in forma brevi die 13 mensis decembris datas, partialem centum dierum indulgentiam iis largitus est, qui singulis sextis feriis, 'hora tertia post meridiem, ad sacri aeris pulsum hunc in effectum ab eo imperatum, quinquies *Pater* et *Ave,* ad mentem Sanctitatis Suae orantes, r ecita vissent. Hanc vero benignam concessionem Ssmus D. N. Pius Pp. XI feliciter regnans, per Decretum Sacrae Paenitentiariae die 30 mensis ianuarii 1933 signatum, adiecta insuper ad Summi Pontificis mentem precatiuncula « Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi ; quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum » vel alia huiusmodi, notabiliter auctam, ita confirmavit ut praescriptae preces recitari possent ad sacri aeris pulsum alia etiam diei hora secundum diversam in diversa loca invectam consuetudinem.

Quaesitum igitur nunc est utrum ad indulgentias lucrandas necessarius omnino sit campanae sonus.

Ad quae, re mature discussa, Sacra Paenitentiaria respondendum censuit :

Firma statuta indulgentia pro recitantibus feria VI supra indicatas preces ad sacri aeris sonum in memoriam agoniae et mortis D. N. Iesu Christi, eadem indulgentia lucrifieri potest etiam in locis ubi huiusmodi sonus in more non sit, easdem preces recitando aut primis horis post meridiem, in quas quidem incidit, iuxta veterem horarum diei computationem, hora nona, circa quam, ut Sancti Evangelistae testantur, Iesus Christus in Cruce emisit spiritum, aut alia hora, qua, secundum diversorum locorum consuetudinem, solet dicta commemoratio fieri : facto verbo cum Ssmo.

Quam quidem sententiam Sibi relatam idem Ssmus Dominus Noster, in audientia infrascripto Cardinali Maiori Paenitentiario die 14 huius mensis impertita, benigne confirmare et in omnibus ratam habere dignatus est, eamque, quo solet modo, publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Sacra Paenitentiaria Ap., die 28 Decembris 1935.

L. Card. LAURI, ***Paenitentiarius Maior.***

I" © S.

S. Luzio, ***Regens.***

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

FLORENTINA

NULLITATIS MATRIMONII (MAZZUOLI-VASCONCELLOS)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dfii Candidi Vasconcellos, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 9 Martii 1936, hora 11, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascriptis subscribendis, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de nullitate matrimonii in casu;

An consulendum sit Ssmo pro dispensatione super rato et non consummato in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Candidi Vasconcellos, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. £& S. **Franciscus Bracci,** ***Ponens.***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 2 Ianuarii 1936.

I. Pendola, ***Notarius.***

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Candide Vasconcellos, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la**

S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 9 Mars 1935, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de là cause devant la Rote.

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Doit-on interroger le Saint Pere pour la dispense super rato et non consummato dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Candide Vasconcellos, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 14 Gennaio 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Carlo Giuseppe Eugenio De Mazenod, Vescovo di Marsiglia, fondatore della Congregazione degli Oblati di Maria Immacolata.

%) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Michele Rua, sacerdote della Pia Società di S. Francesco di Sales.

3) Intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Servo di Dio Carlo di S. Andrea, sacerdote professo della Congregazione dei Chierici Scalzi della Ssma Croce e Passione di N. S. G. C.

4) Intorno alla validità del Processo Apostolico costruito nella Curia di Cracovia, sopra un miracolo che si asserisce operato da Dio per intercessione del B. Andrea Bobola, Martire della Compagnia di Gesù, dopo la sua Beatificazione.

5) Intorno alla validità dei Processi Apostolico ed Ordinario, nella Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Francesca Saveria Cabrini, Fondatrice dell'Istituto dei Missionari del S. Cuore di Gesù.

6) E finalmente intorno alla revisione ed approvazione degli scritti della Serva di Dio Anna Elisabetta Seton, Fondatrice delle Suore di Carità nell'America Settentr onale.

Martedì, 28 Gennaio 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella Causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Serva di Dio Maria De Mattias, fondatrice delle Suore del Preziosissimo Sangue.

NOTA DELLE CONGREGAZIONI DA TENERSI NELL'ANNO 1936

1. - *14 Gennaio.* Congregazione ordinaria.
% - 28 » Congregazione generale sulle virtù della Ven. Serva di Dio Maria de Mattias.

3. - *4 Febbraio.* Congregazione preparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Domenico della Madre di Dio.

4. - *18* » Congregazione antepreparatoria sopra i miracoli del B. Salvatore da Horta.

5. - 3 *Marzo.* Congregazione generale sulle virtù della Ven. Serva di Dio Maria Giuseppa Rossello.

6. - *17* » Congregazione antepreparatoria sopra i miracoli del Beato Andrea Bobola.

7. -*31* » Congregazione preparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Placido Baccher.

8. - *21 Aprile.* Congregazione generale sulle virtù della Serva di Dio Maria Domenica Mazzarello.

9. - *28* » Congregazione ordinaria.

10. - *5 Maggio.* Congregazione preparatoria sulle virtù della Ven. Serva di Dio Maria Anna Javouhey.

11. - *19* » Congregazione antepreparatoria sopra i miracoli del Beato Giovanni Leonardo.

12. - *9 Giugno.* Congregazione preparatoria sulle virtù della Serva di Dio Maria di Gesù Crocifisso.

13. - *16* » Congregazione antepreparatoria sulle virtù della Serva di di Dio Francesca Saverio Cabrini.

Í4. -*30* » Congregazione preparatoria sopra il martirio, segni o miracoli dei Servi di Dio Gregorio Grassi e Compagni.

15. - *7 Luglio.* Congregazione ordinaria.

16. - *14* » Congregazione preparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Giovanni Nepomuceno Tschiderer.

17. -*28* » Congregazione antepreparatoria sulle virtù della Serva di Dio Maria Torres Acosta.

18. - *27 Ottobre.* Congregazione preparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Giovanni Claudio Colin.

19. - *3 Novembre.* Congregazione preparatoria sulle virtù della Serva di Dio Paola Elisabetta Cerioli.

20. -*17* » Congregazione ordinaria.

%\. - *24* » Congregazione preparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Guglielmo Chaminade.

22. - 1 *Dicembre.* Congregazione antepreparatoria sulle virtù del Servo di Dio Pietro Donders.

23. - *15* » Congregazione preparatoria sulle virtù del Ven. Servo di Dio Carlo Giacinto da S. Maria.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

2 Gennaio 1936. **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Domenico Mariani,** *Membòro della Commissione Cardinalizia per VAmministrazione dei Beni della S. Sede, con la speciale attribuzione di Preposto alla medesima Amministrazione e all'Economia dei Dicasteri Ecclesiastici.*

3 » » **LTllmo e Revmo Monsig. Giuseppe Tondini,** *Sostituto per l'Amministrazione dei Beni della S. Sede.*

4 » » **Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Carlo Crémones e Nicola Canali,** *Membri della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

» » » **Il Revmo Monsig. Giulio Chiavoni,** *Sotto-Segretario della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

6 » » **S. E. Revma Monsig. Domenico Tardini, Sostituto della Segreteria di Stato e Segretario della Cifra,** *Consultore della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio.*

10 » » **S. E. Revma Monsig. Alfredo Ottaviani, Assessore della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio,** *Consultore della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.*

» » » **I Revmi Padri Matteo Quatember, dell'Ordine dei Cistercensi, e Giovanni Postius, dell'Istituto dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria,** *Consultori della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

14 » » **S. E. Revma Monsig. Celso Costantini, Arcivescovo tit. di Teodosia, Segretario della Sacra Congregazione « de Propaganda Fide »,** *Presidente del Consiglio Superiore Generale della Pontificia Opera della Propagazione della Fede.*

» » » **S. E. Revma Monsig. Celso Costantini, Arcivescovo tit. di Teodosia, Segretario della Sacra Congregazione «de Propaganda Fide»,** *Presidente del Consiglio Superiore Generale dell'Opera Pontificia di San Pietro Apostolo per il Clero Indigeno.*

21 Gennaio 1936. Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Domenico Jorio e Vincenzo La Puma, *Membri della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

23 » » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Carlo Salotti, Camillo Caccia Dominioni, Nicola Canali, Massimo Massimi e Pietro Boetto, *Membri della Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti.*

24 » » Il Revmo P. Acacio Coussa, dei Basiliani Áleppini Melchiti, *Consultore della Sacra Congregazione per la Chiesa' Orientale.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

16 Dicembre 1935. Monsig. Francesco Sibilla, *Ablegato Apostolico* per presentare la berretta cardinalizia a S. E. Revma Monsig. Enrico Sibilia, Arcivescovo tit. di Side, Nunzio Apostolico in Austria.

» * » Monsig. Alfredo Pacini, *Ablegato Apostolico* per presentare la berretta cardinalizia a S. E. Revma Monsig. Francesco Marmaggi, Arcivescovo tit. di Adrianopoli di Emimonto, Nunzio Apostolico in Polonia.

» » » Monsig. Efrem Forni, *Ablegato Apostolico* per presentare la berretta cardinalizia a S. E. Revma Monsig. Luigi Maglione, Arcivescovo tit. di Cesarea di Palestina.

» » » Monsig. Tito Crespi, *Ablegato Apostolico* per presentare la berretta cardinalizia a S. E. Revma Monsig. Federico Tedeschini, Arcivescovo tit. di Lepanto, Nunzio Apostolico in Spagna.

1 Gennaio 1936. S. E. Revma Monsig. Francesco Bracci, *Segretario della Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti.*

Assistente al Soglio Pontificio :

31 Ottobre 1935. S. E. Revma Monsig. Antonio Micozzi, Vescovo di Teramo.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

31 Ottobre 1935. Monsig. Giovanni Francesco Massimiliano Huard,^ deâa diocesi di Verdun.

27 Novembre » Monsig. Teodoro Mackowski, della diocesi di Danzica.

5 Dicembre » Monsig. Eugenio Antonio Lindecker, della diocesi di Langres.

» » » Monsig. Enrico Moissonnier, della medesima diocesi.

Prelati Domestici di S. S. :

31 Ottobre 1935. Monsig. Garlo Eugenio Aimond, della diocesi di Verdun.
3 Novembre » Monsig. Antonino Palmeri, dell'archidiocesi di Monreale.
10 » » Monsig. Bernardo Birkenfeld, della diocesi di Münster, dimorante in Madrid.
28 » » Monsig. Giovanni Paino, della diocesi di Lipari.
3 Dicembre » Monsig. Sigismondo Kursinszki, dell'amministrazione apostolica di Merk, nella diocesi di Satu Mare.
» » » Monsig. Emerico Potyondy, della diocesi di Alba Reale.
6 » » Monsig. Giuseppe Sivan, della diocesi di Fréjus.
» » » Monsig. Pietro Chaix, della medesima diocesi.

, ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Placca dell'Ordine Piano:

12 Dicembre 1935. Al sig. Conte Massimiliano Colaciechi, già Aiutante Maggiore nel Corpo della Guardia Nobile Pontificia.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

13 Dicembre 1935. Al sig. Conte Pietro Pietromarehi, Guardia Nobile Pontificia.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

12 Dicembre 1935. Al sig. comm. dott. Giuseppe Prolj (Roma).
13 » » Al sig. comm. Carlo Costantini (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 Novembre 1935. Al sig. ing. dott. Ernesto Ganelli, della diocesi di Grosseto.
» » » Al sig. Pietro Carlo Maria Giuseppe De Moissac, duella diocesi di Poitiers.
2 Dicembre » Al sig. Pietro Luigi Clement, dell'archidiocesi di Lione.
22 » » Al sig. cav. uff. Antonio Della Rossa (Roma).
» » » Al sig. Enrico Maria Giuseppe Le Pot, della diocesi di Angers.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

25 Novembre 1935. Al sig. prof. Giovanni Lorenzini, dell'archidiocesi di Milano.
28 Dicembre » A S. E. il sig. Camillo Damman, Ministro del Salvador presso la Santa Sede.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

12 Settembre 1935. **Al sig. Fathallah Nematallah Antaki, dell'archidiocesi greco-melchita di Aleppo.**
23 Novembre » **Al sig. Enrico Dixon, del vicariato apostolico di Hong-Kong.**
6 Dicembre » **Al sig. rag. Mario Politi (Roma).**
»• » » **Al sig. Filippo Marini (Roma).**
» » » **Al sig. Alessandro De Gregori (Roma).**
» » » **Al sig. Cesare Federici (Roma).**
10 » » **Al sig. prof. Carlo Holub, dell'archidiocesi di Belgrado.**
12 » » **Al sig. Teófilo Zecb, della diocesi di Tournai.**
» » » **Al sig. Paolo Zech, della medesima diocesi.**
24 » » **Al sig. Giuseppe Pluhar, dell'archidiocesi di Praga.**

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

4 Agosto 1935. **Monsig,, Giuseppe Bernardino dos Santos Silva, della diocesi di Coimbra.**
25 Settembre **Monsig, Lino Masetti, dell'archidiocesi di Ravenna.**
10 Ottobre **Monsig. Vittore Muchka, della diocesi di Budëjovice.**
Monsig,, Venceslao Sileny, della medesima diocesi.
Monsig. Francesco Parmigiani, della diocesi di Cremona.
4 Novembre » **Monsig. Giovanni Mulroy, della diocesi di Denver (Colorado).**
14 **Monsig. Rodolfo Simoni, della diocesi di Fano.**
» **Monsig. Giuseppe Lang, della diocesi di Rosnavia.**
Monsig. Luigi Sanguineti, della diocesi di Chiavari.
» **Monsig. Giovanni Battista Costa, della medesima diocesi.**
16 **Monsig. Plinio Pascoli (Roma).**
17 **Monsig. Roberto Devreesse, della diocesi di Evreux.**
» **Monsig. Bernardo Guatta, della diocesi di Brescia.**
21 **Monsig. Giacomo Testa, della diocesi di Bergamo.**
Monsig. Matteo D. Tierney, della diocesi di Kansas City.
Monsig. Cornelio M. Scanlan, della medesima diocesi.
Monsig. Giovanni W. Keyes, della medesima diocesi.
Monsig. Giacomo Me Kay, della medesima diocesi.
26 **Monsig. Tito Crespf, della diocesi di Ventimiglia.**
Monsig. Silvio Sericano, della diocesi di Tortona.
Monsig. Pasquale Vito, della diocesi di Calvi.
5 Dicembre » **Monsig. Giuseppe Vladyka, dell'archidiocesi di Praga.**
Monsig. Giorgio Cavallo, della diocesi di Ivrea.

5 Dicembre 1935. Monsig. Giuseppe Bracale (Roma).
» » » Monsig. Giuseppe Di Meglio, della diocesi di Ischia.
8 » » Monsig. Sebastiano Fragni, della diocesi di Ozieri.
» » » Monsig. Domenico Vendola, dell'archidiocesi di Trani.
12 » » Monsig. Pietro Massari, delia diocesi di Fidenza.
» » » Monsig. Giorgio Jefferys, della diocesi di Hexham New-castle.
19 » » Monsig. Onorato Ribes Manera, della diocesi di Majorca.
25 » » Monsig. Giorgio Haberi, della diocesi di Alessio.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

24 Agosto 1935. Sig. Marchese Gian Carlo Gentile, dell'archidiocesi di Genova.

Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S.:

31 Gennaio 1935. Monsig. Enrico Jaggérs, della diocesi di Aquisgrana.
» » » Monsig. Giuseppe Brester, della medesimafdiocesi.
4 Agosto » Monsig. Francesco Marini, dell'archidiocesi di Gorizia.
10 Ottobre » Monsig. Quintilio Bianchi, della diocesi di Città di Castello.
24 » » Monsig. Oderiso Paolini, della diocesi di Teramo.
» » » Monsig. Gaetano Cicioni, della medesima diocesi.
31 » » Monsig. Anacleto Vandini, dell'archidiocesi di Urbino.
» » » Monsig. Zoltano Nyisztor, dell'amministrazione apostolica di Merk.
» » » Monsig. Giulio Lang, della medesima amministrazione.
» » » Monsig. Francesco Szabó, della diocesi di Alba Reale.
» » » Monsig. Edmondo Jaszóváry, della medesima diocesi.
12 Dicembre » Monsig. Giovanni Caiazzo (Roma).

Camerieri d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

25 Ottobre 1935. Sig. iiig. Camillo Rebecchini (Roma).
12 Dicembre » Sig. ing. Francesco Leonori (Roma).

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

4 Agosto 1935. Monsig. Giovanni Canevá, dell'archidiocesi di Gorizia.

Cappellani d'Onore extra Urbem *di S. S.:*

13 Giugno 1935. Monsig. Giulio Lengyel, dell'amministrazione apostolica di Miszkolcs.
» » » Monsig. Andrea Bubno, della medesima amministrazione apostolica.

An. et vol. XXVIII 29 Februarii 1936 (Ser. II, v. III) - Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP, XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE TUNGCHOW

MISSIO « SUI IURIS » DB TUNGCHOW IN SINIS IN PRAEFECTURAM APOSTOLICAM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad maioris dignitatis gradum iure meritoque ab Apostolica Sede provehitur quaeque in partibus infidelium enascens Ecclesia, si grandem illic profectum habuerit res catholica. Cum itaque in Missione *sui iuris* de Tungchow in Sinis, anno millesimo nongentesimo tricesimo primo erecta et Fratrum Minorum Ordini concredita, laeti ad catholicam fidem conversionum fructus ob indefessos missionalium labores, Deo propitio, percepti sint, cumque, numero auctis evangelicis operariis, plurima in ea constituta sint ac promota religionis, caritatis civilisque cultus opera, dilectus filius Minister Generalis praefati Ordinis Fratrum Minorum enixas Nobis preces, a venerabili „ Fratre Mario Zanin, Episcopo titulari Traianopolitano in Rhodope et Delegato Apostolico in Sinis, commendatas, obtulit, ut Missio illa *sui iuris* de Tungchow in Praefecturam Apostolicam eveheretur. Nos autem, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, attentis quos supra dixi-

mus catholicae rei progressibus iam feliciter habitis ac maioribus quos iure sperare liceat, omnibusque sedulo studio perpensis, oblatis Nobis precibus libenter annuere censuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, praefatam Missionem *sui iuris* de Tungchow in Sinis, eodem servato nomine iisdemque finibus, ad Praefecturae Apostolicae gradum et dignitatem provehimus eamque Ordini Fratrum Minorum ut antea, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, concreditam volumus. Novae idcirco huic Praefecturae Apostolicae de Tungchow eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis,. erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quinto, die octava mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Oagliesi, *Protonotarius Apostolicus»*

Loco 83 Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LII, n. 51f. - Al. Trussardi.

II

DE MARIANNHILL

EX VICARIATU APOSTOLICO DE MARIANNHILL TERRITORII PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE MONTE CURRIE » ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo Catholici Nominis propagationi aeternaeque christifidelium saluti in amplissima Vicariatus Apostolici de Mariannhill regione aptius prospiciatur, haud dubie valde iuvat novam illic ac distinctam Missionem condere, aliis apostolicis operariis committendam. Nos itaque, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, praehabito quoque venerabilis Fratris Iordani Gijlswijk, Archiepiscopi titularis Euchaïteni, Delegati Apostolici in Africa Meridionali, favorabili voto, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, e Vicariatus Apostolici de Mariannhill territorio civiles districtus *de Bizana, Lusikisifoi, Flag staff, Tabankulu, Mount Ayliff, Mount Frere, Mount Currie* ac partem civilis districtus *de Ma~tatiele* seiungimus ac separamus atque ex horum districtuum territorio novam Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus eamque *de Monte Currie* nuncupari volumus.

Noviter ita erectam Praefecturam Apostolicam dilectis filiis Ordinis Fratrum Minorum Sodalibus, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, committimus, eidemque eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae in catholico orbe Praefecturae Apostolicae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent; itemque eos iisdem adstrigimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut exeerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo cuiusvis viri in ecclesiastica dignitate vel ofiicio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini

autem hanc paginam seiunctionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die octava mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. PUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apostolicorum.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Yol. LH, n. 51. - Al. Trussardi.

III

DE KROONSTAD

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE KROONSTAD IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quaeque Praefectura Apostolica ad potiorem Vicariatus gradum et dignitatem provehenda est, si catholica religio in illa, Missionalium opera et studio, magnos fecerit progressus. Cum itaque dilectus filius Congregationis a Spiritu Sancto Moderator Generalis, a Nobis enixe expostulaverit ut Praefectura Apostolica ***de Kroonstad*** **in Africa Meridionali, in qua, innumeris difficultatibus victis, christiana res, tum quoad auctum fidelium numerum, tum quoad educationis et charitatis operum frequentiam, non parum, Deo auctore, susceperit incrementum, ad Vicariatus gradum et dignitatem proveheretur, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, attento etiam venerabilis Fratris Iordani Gijlswijk, Archiepiscopi titularis Euchaïteni, Delegati Apostolici in Africa Meridionali, favorabili voto, omnibus ma-**

tiire perpensis, oblatis precibus annuendum censuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, suprema Nostra auctoritate, Apostolicam quam supra diximus Praefecturam *de Kroonstad,* iisdem servatis nomine et limitibus, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem extollimus, eumque praefatae Congregationis a Spiritu Sancto sodalibus, qui tanta in regione illa sui zeli dederunt testimonia, etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis, beneplacitum, concreditum volumus. Novo igitur huic Vicariatui *de Kroonstad* eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris tribueretur si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die octava mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LI I, **n. 55. - Al. Trussardi.**

IV

DE YUNNANFU

EX VICARIATU APOSTOLICO DB YUNNANPU IN SINIS TERRITORII PARS SEIÜNGITUR, EX QUA NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE CHAOTUNG » ERIGITUR, CLERO INDÍGENAS CONCREDENDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad christianum nomen facilius ac salubrius inter infideles propagandum haud dubie valde prodest si Evangelii praecones animarumque Pastores quantum fieri possit e clero indigena seligantur. Sacerdos enim indigena, utpote qui ortu, ingenio, sensibus studiisque cohaereat cum suis popularibus, melius quam quisque alius in illorum animos fidem insinuare potest. Libentissime igitur petitionem excepimus venerabilis Fratris Georgii de Jonghe, Episcopi titularis Amathusii in Cypro et Vicarii Apostolici de Yunnanfu in Sinis, qui, illa prae oculis habens, quae Litteris Apostolicis *Maximum iWtid* et *Rerum Ecclesiae* edicta sunt, quarum altera a fel. rec. Benedicto Papa XV, Praedecessore Nostro, anno millesimo nongentesimo decimonono data, altera a Nobis ipsis anno millesimo nongentesimo vigesimo sexto, ab hac Apostolica Sede expostulavit ut floridior sui Vicariatus territorii pars in ecclesiasticam sui iuris circumscriptionem erigeretur et clero saeculari indigenae concrederetur. Quapropter Nos, considerantes in hac Vicariatus parte, inferius describenda, eam fidelium et indigenarum sacerdotum frequentiam exstare, in eaque missionalia opera ita florere, ut sperare liceat christianam religionem maius exinde in regione illa incrementum suscepturam, et attenta venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi titularis Traianopolitani in Rhodope et Delegati Apostolici in Sinis, commendatione, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, omnibus mature perpensis, oblatis precibus annuere statuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Nos suprema Nostra auctoritate e Vicariatu Apostolico de Yunnanfu territorium separamus civiles complectens subpraefecturas de *Chaotung, Tungchwan, Yentsing, Chensing, Sukiang, Hiliang, Yunshan, Kiadkia, Süanwei, TaTcwan,* ac *Lutien UT-*

bem, quae velut subpraefectura habetur, atque ex eo novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam, quae propterea circumscribetur finitimis Vicariatibus Apostolicis de *Suif u* ad septentrionem, de *Ningyuanfu* ad occidentem, de *Yunnanfu* ad meridiem, de *Kweiyang* ad orientem. Nobis vero et Apostolicae Sedi facultatem reservamus novam ineundi circumscriptionem istius Praefecturae quovis modo ac tempore Nostro eiusdemque Sedis arbitrio peragendam. Novam hanc Praefecturam de *Chaotung* nuncupari volumus, eamque clero saeculari indigenae, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concredimus; eius vero sedem principem in urbe *Chaotung,* a qua Praefectura ipsa nomen mutuatur, constituimus. Apostolicae ergo Praefecturae isti de *{jhaotung,* eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus et ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die octava mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGÖIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

f Dominicus Spolverini, Archiep. tit. Lariss., *Proton. Apostolicus.*
Hector Castelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LII, n. 59. - Al. Trussardi.

V

DE TANANARIVE ET DE FIANARANTSOA

E VICARIATIBUS APOSTOLICIS DE TANANARIVE ET DE FIANARANTSOA TERRITORII PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE VATOMANDRY » ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter graviores Apostolici Nostri muneris curas eam esse ducimus, in illas orbis catholici regiones, longo terrarum marisque tractu dissitas et Missionalium curis adhuc concreditas, Nostrae mentis oculos convertere atque ea decernere quae faciliorem illic utilioremque Evangelii praeconum operam reddant. Cum itaque ad Christianum nomen in orientali regione Vicariatuum Apostolicorum de *Tananarive* et de *Fianarantsoa,* in insula Madagascarensi, latius dilatandum haud pa#um prodesse visum sit territorium ex illis seiungere et novam ibi condere Missionem, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, illud decernere libenter statuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, e Vicariatu Apostolico de *Tananarive* duos districtus civiles de *Vatomandry* et de *Mahanoro,* et e Vicariatu Apostolico de *Fianarantsoa* duos pariter civiles districtus de *Nosivarilca* et de *Marolambo* suprema Nostra auctoritate separamus, atque ex illis novam erigimus Praefecturam Apostolicam, de *Vatomandry* nuncupandam, eamque Presbyteris Missionariis Societatis Mariae de Montfort, qui iam in regione illa sedulo adlaborant, ad Nostrum tamen et S. Sedis beneplacitum, concredimus. Novae igitur huic Praefecturae de *Vatomandry,* eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus. Quae omnia ut supra disposita et constituta rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris habe-

retur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die decima octava mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. B.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*
Hector Castelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £& Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LUI, n. 1%. - Al. Trussardi.

VI

DE SUCHOW

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE SUCHOW IN SINIS IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Merito lubenterque ad potiorem dignitatis gradum quaeque inter infideles Missio ab Apostolica Sede provehitur, si operum missionalium, Evangelii praeconum et fidelium numerus non parum in ea adauctus sit. Quum itaque venerabiles Fratres S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositi, considerantes Praefecturam Apostolicam de Suchow in Sinis, Apostolicis Litteris, die prima Iulii mensis, anno millesimo nongentesimo primo et trigesimo datis, a Nobis erectam, et inditae Societatis Iesu curis concreditam, inter eas Sinicae Reipublicae Missiones esse, ubi evangelici verbi semen laetiores fructus attulerit et maiores allaturos promittat, a Nobis expostulaverint, ut eam in Vicariatum Apostolicum evehamus, Nos, probe noscentes Praefecturam illam maturam esse ac dignam, quae in Vicariatum eie vari queat, eo vel magis quod auctus Missionis gradus et meritas missiona-

riis ob feliciter expletos labores laudes significet, et procul dubio eis animum addat ad ampliora in dies, Deo adiuvante, peragenda, Iubenti animo oblatis precibus annuere censuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine tenore praesentium Apostolicam quam supra diximus Praefecturam de Suchow in Vicariatum Apostolicum, eodem nomine et finibus servatis, evehimus, erigimus et constituimus; eumque eiusdem Societatis Iesu curis, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, etiam in posterum commissum volumus, et tenore praesentium committimus. Novo proinde huic Vicariatui Apostolico de Suchow eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Vicarii iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent; eosque omnibus pariter adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam provectionis, erectionis, constitutionis, commissionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quinto, die duodevicesima mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Vincentius Bianchi-Cagliesi, ***Protonotarius Apostolicus.***
Ludovicus Kaas, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco QÎ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LUI, n. SI. - **Al. Trussardi.**

VII

DE KAYING

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE KAYING IN SINIS IN VICARIATUM ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Etsi inter calamitosas rerum publicarum perturbationes, indefessa evangelicorum operariorum opera et studio, res catholica postremis hisce annis in Praefectura Apostolica de Kaying in Sinis, Nostris Litteris die vicesima Februarii mensis, anno millesimo nongentesimo undetricesimo datis erecta et Societati de Maryknoll pro Missionibus Exteris concredita, non parum habuit incrementum. Quo profectu iam, Deo auctore, obtento et maiore, quem in futurum sperare fas est, permoti, venerabiles Fratres S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositi a Nobis expostulaverunt, ut Praefectura ipsa ad potiorem Vicariatus Apostolici gradum provehatur. Nos igitur, omnibus mature perpensis, oblatis Nobis precibus Iubenti animo annuere statuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium Apostolicam quam supra diximus Praefecturam de Kaying in Sinis in Vicariatum Apostolicum, eodem nomine et finibus servatis, evehimus, erigimus et constituimus eamque eidem Societati de Maryknoll pro Missionibus Exteris, quae tanto studio et labore ad fidei incrementum et Christi Regnum dilatandum iam diu adlaborat, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, etiam in posterum concreditam volumus et committimus. Novo proinde huic Vicariatui Apostolico eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent; eosque omnibus pariter adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel ofiicio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, con-

stitutionis, concessionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die duodevicesima mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*
Ludovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco 8< Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LUI, n. SO. - Al. Trussardi.

VIII

DE KATANGA SEPTENTRIONALI

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE KATANGA SEPTENTRIONALI IN CONGO BELGICO IN VICARIATUM APOSTOLICUM PROVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Digna sane quae ad potiorem Vicariatus gradum evehatur, quaeque Apostolica Praefectura censetur, in qua ob sedulos Evangelii praeconum labores magnum catholica res, Deo auctore, incrementum assecuta sit. Cum itaque Praefectura Apostolica de Katanga Septentrionali in Congo Belgico, sodalibus Congregationis a Spiritu Sancto concredita, non parvos, postremis hisce annis, tum quoad auctum fidelium numerum, tum quoad operum educationis et caritatis multiplicitatem profectus feliciter obtinuerit, dilectus filius eiusdem Congregationis Moderator Generalis enixas Nobis preces obtulit, ut Praefectura illa in Vicariatum Apostolicum elevaretur. Nos igitur, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, attento etiam venerabilis Fratris Ioannis Dellepiane, Archiepiscopi Stauropolitani, Congi Belgici Delegati Apostolici, favorabili voto, re mature perpensa, oblatis precibus annuendum censuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum in-

tersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Nos, certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, Praefecturam de Katanga Septentrionali in Vicariatum Apostolicum, iisdem servatis finibus et nomine, tenore praesentium provehimus, erigimus et constituimus. Novo proinde huic Vicariatui Apostolico eiusque pro tempore Vicariis, omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent; eosque omnibus adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri pariter adstringuntur. Quae omnia ut snpra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto, die duodevicesima mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Vincentius Bianchi-Cagliesi, ***Protonotarius Apostolicus.***
Hector Castelli, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco ¡33 Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LUI, n. IS. - **Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

IN REPUBLICA ESTONIENSI NUNTIATURA APOSTOLICA CONSTITUITUR

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum in Republica Estoniensi Apostolicus tantum Delegatus usque adhuc munere suo fungatur atque ad vincula cum eiusdem Reipublicae Gubernio arctiora efficienda peropportunum videatur eodem in loco propriam Legationem Nostram constituere, libenti animo votis concedere decrevimus Praesidis ipsius Reipublicae, qui de hoc Nos nuperrime rogavit. Quapropter praesentium Litterarum tenore, certa scientia ac matura deliberatione, in Republica Estoniae, suppressa Delegatione quam memoravimus, ex nunc *Nuntiaturam Apostolicam,* auctoritate Nostra erigimus et constituimus, eidemque Nuntiaturae sic per Nos erectae omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores, praerogativas, indulta, quae huiusmodi Legationem propria sunt. Haec statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, ipsique Nuntiaturae Apostolicae Estoniae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi m. Septembris, an. MCMXxxiii Pontificatus Nostri duodecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

S. RAPHAËL ARCHANGELUS DIOECESIS ATERRADENSIS PATRONUS COELESTIS DECLARATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum Aterradensis dioecesis in Brasilia, quae anno millesimo nongentesimo decimoctavo erecta est, adhuc coelesti Patrono careat, Venerabilis Prater Aterradensium Episcopus, vota cleri populique sibi commissi exprimens humiles enixasque preces Nobis

adhibet, ut Sanctum Raphaelem Archangelum coelestem ipsius dioecesis Patronum constituere dignemur. Nos autem, ut piis huiusmodi optatis ultro libenterque concedamus, audito dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Sanctum Raphaelem Archangelum dioecesis Aterradensis in Brasilia coelestem *Patronum* apud Deum declaramus et constituimus, privilegiis omnibus liturgicis adiectis, quae huic titulo sunt adnexa. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efiieaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, memorataeque dioecesi Aterradensi nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Septembris, an. MCMXXXIII Pontificatus Nostri duodecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

B. V. MARIA SUB TITULO « DEL PILAR DE ZARAGOZA)> PATRONA PRINCIPALIS ET S. IOANNES NEPOMUCENUS PATRONUS SECUNDARIUS CONFIRMANTUR CIVITATIS ALAJUELENSIS IN COSTARICA.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Alajuelensium Episcopus ad Nos refert admodum esse in votis clero populoque suae dioecesis ut pro Nostra benignitate qua Patronam principalem civitatis ac Titularem ecclesiae cathedralis Alajuelensis Beatam Dei Genitricem Virginem Mariam sub titulo «del Pilar de Zaragoza», nec non Patronum secundarium Sanctum Ioannem Nepomucenum confirmare velimus. Testatur quidem ipse Praesul iam ab exeunte saeculo decimo octavo christifideles eiusdem dioecesis memoratos patronos coelestes venerari et colere. Quapropter Nos, audito dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, omnibus rei momentis

sedulo studio perpensis, praesentium Litterarum tenore, deque Aposto^licae Nostrae potestatis plenitudine, ad magis magisque in dies fovendam et augendam Alajuelensis populi venerationem ac pietatem erga Sanctissimam Deiparam, perpetuum in modum, Beatam Virginem Mariam a Columna nuncupatam, seu vulgo sub titulo « del Pilar de Zaragoza» praecipuam civitatis Alajuelensis Patronam atque ecclesiae cathedralis item Alajuelensis titularem confirmamus, una cum Sancto Ioanne Nepomueeno Patrono secundario, omnibus liturgicis privilegiis adiectis, quae Patronorum locorum propria sunt. Haec edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces, iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, vel pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Novembris an. MCMXXXIII, Pontificatus Nostri duodecimo.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. ALOYSIUM TIT. S. PETRI AD VINCULA S. R. E. PRESBYTERUM CARD. CAP0T0STI, APOSTOLICUM DATARIUM, DENA AB INITO SACERDOTIO EXPLENTEM LUSTRA.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Mensis Septembris, qui quotannis diem ceteris faustiorem tibi adducere solet, hunc iucundiore quidem illucescentem lumine tibi mox feret : decem enim cernes revoluta lustra, postquam sacerdotalis dignitatis honore es auctus. Grata suscepti sacerdotii memoria atque recordatio, quae ad pia invitat gaudia te simulque plurimos, qui genere, amicitia, beneficio, obsequio arcte tibi coniuncti sunt, sponte tuum compellit animum ad remeandum remetiendumque divinorum benefactorum fluvium, qui quinquaginta abhinc annos — grande mortalibus aevum — apud altare quoddam manavit, ubi sacris muneribus in perpetuum tuae iuventae florem vovisti. Haec dum tecum consideras, sueto religionis et pie-

fatis studio omnipotenti Deo meritas grates agis, cum ab eo delapsa sint omnia bona, quibus per diuturnum aetatis deflexum magis magisque floruisti. Nos autem pro singulari benevolentia qua in te ferimur, eo vel magis quod Sena tui Nostro adscriptus^ et sacra purpura decoratus in universalis Ecclesiae regimine obeundo auxiliaris, in gratiarum actione Deo reddenda tibi adiungimur atque omina et vota Nostra sollemnem celebranti diem tibi deesse non patimur. Sempiternus Rex noster, cuius natura uberrimus bonitatis fons est, miserationis Suae opes in te fundere pergat, qui nihil aliud optas quam in Ecclesiae utilitatem nanciscendam inque divinam laudem parandam curas, vigilias, labores impendere. Ipse volenti integras vires sufficiat vigoremque suppeditet, quem senium non conficit, ingravescens aetas non frangit, cum quasi aeternae Dei iuventae afflatu effloreat; serena quoque ingerat gaudia, quae bene exactae vitae conscientia alit et confidenter exspectata supernorum praemiorum beatitas confovet. Quo autem, cumulatior tibi fiat laetitia, ultro id tibi facultatis facimus, ut Nostro Nomine Nostraque auctoritate Benedictionem, plena quoque admissorum venia proposita, iis impertiri valeas, qui sollemni celebritatis die te sacrum peragentem circumsaepient. Sit denique Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, summo studio concedimus, coelestis solacii et praesidii auspex et pignus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die xxx mensis Augusti anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri decimo quarto.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. ALEXIUM HENRICUM TIT. S. SUSANNAE S. R. E. PRESBYTERUM CARD. LÉPICIER, S. CONGREGATIONIS RELIGIOSORUM PRAEFECTUM, APPETENTE QUINQUAGESIMO NATALI SACERDOTII EIUS.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Grata semper et iucunda Nobis exstat occasio participandi et Nostra auctoritate cumulandi eorum gaudia, qui amplissimo Senatui Nostro adscripti in universa moderanda Ecclesia studium operamque suam Nobis impendunt. Quare, quemadmodum tibi, Dilecte Fili Noster, triennio ante dena lustra a sollemni religiosorum votorum professione explenti, libenter gratulati sumus, ita nunc eidem ipsi, quinquagesimum a su-

scepto sacerdotio natalem diem peragenti, paternam animi Nostri lae-r titiam propensissime declaramus. Tanta profecto est christiani sacerdotii dignitas, ut diuturna ista annorum series, in sacro obeundo munere transacta, sit albo prorsus signanda lapillo. Quot enimvero supernae gratiae ad virtutes Dei ministri exercendas idoneae, quot sane caelestia auxilia ad munia Dei interpretis gerenda necessaria e sacro presbyteratus Ordine ipsam ducunt originem uberrimamque repetunt fontem! Quapropter iure ac merito propinqui tui et religiosi sodales, laborum socii cunctique amici hac tecum faustitate coniunguntur, ut plurimae libéralissimo bonorum Largitori gratiae reddantur, et nova tibi divina dona in posterum impetrentur. Nos autem, qui pluries iam tibi, Dilecte Fili Noster, existimationis et caritatis Nostrae pignora publice dedimus, inter quae recens quoque exstat legatio ad Concilium in Melitensi insula cogendum tibi commissa tamque feliciter absoluta, novam hanc opportunitatem praetermittere nolumus, quin Nostrae cum tuis ad Deum precibus communicemus et férvidas tibi gratulationes ac vota paterna deferamus. Integras plane vires servet tibi Deus, cumque caelestibus gratiis multiplicet tibi dies et annos, ut longum adhuc in aevum nobilissima studia atque officia tua ad Ecclesiae bonum persolvas; generosa autem ac potentissima Virgo Mater, cui peculiari titulo ipse es addictus atque inservis, sicut cotidiano, quod peragis, Sacro benigna adest, ita cunctis piis inceptis laboribusque tuis praesentissima iugiter adspiret. Cuius quidem caelestis praesidii auspex et peculiaris dilectionis Nostrae testis Apostolica esto Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, tuisque coniunctis, adiutoribus et amicis simulque universo Servorum Mariae Ordini peramanter in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die xiv mensis Septembris, anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PERUSINAE ET CORTONENSIS

DE FINIUM DIOECESIUM MUTATIONE

DECRETUM

Quum Excmus P. D. Ioannes Baptista Rosa, Archiepiscopus Perusinus, consentiente Excmo P. D. Iosepho Franciolini, Episcopo Cortonensi, supplices preces Apostolicae Sedi obtulerit, ut pro bono animarum pars territorii, vulgo *frazione di Mercatale,* ad archidioecesim Perusinam pertinens, ab hac dismembraretur atque dioecesi Cortonensi attribueretur, Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, rei opportunitate perpensa, praesenti Consistoriali Decreto statuit, ut memorata *frazione di Mercatale* ab archidioecesi Perusina seiungatur atque dioecesi Cortonensi aggregetur, mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est eundem Excmum P. D. Ioannem Baptistam Rosa, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere remittendi quam primum ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 14 Decembris 1935.

Fr. R. C. Card. Rossi, ***a Secretis.***

L. © S.

B. Renzoni, ***Substitutus.***

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I.

DUBLINEN. SEU RUREMONDEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI CAROLI A S. ANDREA, SACERDOTIS PROFESSI CONGREGATIONIS CLERICORUM EXCALCEATORUM SS.MAE CRUCIS ET PASSIONIS D. N. I. C.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

S. Pauli a Cruce, legiferi patris, exempla pone sequutus, P. Carolus a S. Andrea perfectionis semitam tali tantoque studio arripuit, ut christianarum virtutum culmen attigisse videatur. Eluxerat enim in eo, adhuc puerulo, egregia indoles et ad pietatem proclivis, quae magis magisque temporis decursu uberes pro animarum salute fructus attulit uti ex eius vita, quae brevissime adumbrabitur, patebit.

In loco Munstergeleen nuncupato, intra Ruremondensis Dioecesis fines in Hollandia die 11 Decembris mensis a. D. 1821, ex Petro Ioseph Houben et Ioanna Elisabeth Luvten, molitoribus et agricolis, honestis piisque coniugibus, Servus Dei, quartus ex decem filiis, natus, eodem die sacris baptismi ablutus est aquis, nomenque Ioannes Andreas ei impositum.

Filiolum *ab infantia timere Deum et abstinere ab omni peccato* (Tob. c. 1, 10) parentes docuerunt. Ipse vero documenta haec tanta diligentia excipiebat, ut eximia in Deum et in B. Virginem pietatis specimina iam tum exhiberet. An. 1835 maximo sui animi gaudio sacratissimae Eucharistiae pabulo primitus refectus est, et sacro chrismate linitus. Studiis assidua diligentia vacavit. An. 1841 militiam exercere coactus, admirandam morum integritatem servavit.

A militia dimissus intercepta studia instauravit, quae ad vicesimum quartum aetatis annum est prosequutus, quando Dei voci, ad religiosam capessendam vitam invitanti, obedire sine mora statuit. Sanctae huic vocationi parentes libenti animo assensi sunt: quare Ioannes Andreas paterna benedictione accepta, ad Recessum, sub

Ss. Crucis titulo, a Congregatione Sanctissimae Crucis et Passionis D. N. I. C, opera Ven. Dominici a Matre Dei paulo ante in loco vulgo dicto <(Ere » fundatum apud Tornacum, advolavit. Inter Sodales sub nomine Caroli a S. Andrea admissus, die 1 Decembris an. 1845 sacra religionis vestes assumpsit. Tirocinio rite peracto, religiosa vota die 10 Decembris mensis an. D. 1846 nuncupavit. Philosophicis dein et theologicis disciplinis sedulo incubuit, die vero 21 Decembris an. D. 1850 sacerdotio est auctus.

Biennio post in Angliam ad S. Wilfridi moratus est, ubi sacerdotalia munia summo zelo exercuit, magnoque animarum emolumento. Tironum magistro coadiutor datus, exemplo potissimum, iuvenes religiosae perfectionis vitam summa diligentia edocebat. Tirocinii domo alibi an. 1854 constituta, P. Carolus ad paroeciam S. Wilfridi regendam aliquantisper permansit, sicut et ((Broadway », et ad S. Annae in loco ((Sutton » ubique insignia sanctitatis specimina relinquens. Anno 1857 P. Carolus ad Recessum ad « Mount-Argus » prope Dublinum in Hibernia, superiori anno noviter constitutum, missum, ibi ad mortem usque permansit.

Sacerdotale exercens ministerium, unice de Dei gloria cogitare deque animarum salute sibi proposuit. Quare non solum arctissimam suae Congregationis regulam ad unguem servavit sed et asperis paenitentiis corpusculum afflixit; orationi iugiter, vel cum operaretur, intentus, sacris confessionibus audiendis incumbebat assiduus; populum qua cathechesi qua exhortationibus erudire nunqiiam destitit, nullum sibi parcens incommodum. In Ss. Eucharistiae adoratione saepe integras noctes traducebat; erga Dominicam Passionem et beatissimam Virginem Perdolentem religione praecipua tenebatur, atque de his sermocinans in lacrymas abire solebat. Tantam pietatem benignissimus et misericors Deus plurimis donis rependere dignatus est. Unde ad eum quotidie plurimi ex longinquis quoque regionibus accurrebant, ut benedictionem eius implorarent; plurimique a morbis, quibus afflictabantur, mire convalescere cernebantur. Triginta sex per annos, P. Carolus uti strenuus miles praelia Domini sustinuit, virtutum omnium splendore renidens.

Tot fractus laboribus ac paenitentiis, gravi morbo in crure tentari coepit. In Immaculatae Conceptionis festo die, anno 1892 ultima vice sacrosanctum Missae Sacrificium celebrat, eademque die in lecto decumbere cogitur. Morbus paullatim ingravescit ita ut nulla convalescentiae spes arrideat. Ecclesiae sacramentis roboratus, plenissime divinae voluntati adhaerens, crucifixum tenerrima devotione amplexans,

in Epiphaniae Domini pervigilio, purissimam animam placidissime exhalavit.

Vix eius obitus fama pervulgata, frequentissimi populus per quinque dies ad eius cadaver invisendum et quasi venerandum concursat.

Iustis funebribus peractis, sepulturae quidem corpus datum, sed sanctitatis fama adeo percrebuit, ut Ordinaria auctoritate sive Ruraemondae sive Dublini processus sint constructi, additis duobus rogatorialibus Westmonasteriensi et Achadensi. Die 9 Maii elapsi anni Sacra haec Congregatio, Servi Dei scriptis perpensis, nihil obstare quominus ad ulteriora procedi quiret decrevit.

Interim pluries Postulatoriae litterae, septem S. R. E. Cardinalium, undecim Archiepiscoporum, quos inter R. P. D. Eduardi Byrne Archiepiscopi Dublinen., R. P. D. Gulielmi Lemmens Episcopi Ruremondensis et triginta sex Episcoporum, plurium Abbatum, Generalis Praepositi Congregationis Ss. Crucis et Passionis D. N. I. C, Ordinum seu Congregationum generalium Moderatorum, Cleri, Magistratus et primorum natalis paroeciae Servi Dei, Praesidis, Professorum alumnorumque maioris Seminarii Ruremondensis, aliorumque illustrium virorum et mulierum, Summo Pontifici ut Causae Introductionem implorarent oblatae sunt.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, ad Rmi P. Aegidii a Sacris Cordibus, Congregationis eiusdem Generalis Postulatoris, instantiam, in Ordinario coetu die 29 Octobris mensis habito, Emus ac Rmus D. Cardinalis Raphael Carolus Rossi, Causae Ponens seu Relator, Dubium proposuit : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Rmi Patres auditis Cardinalis Ponentis relatione, nec non Officialium Praelatorum suffragiis scripto datis, auditoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei generali Promotore, omnibus mature perpensis rescribere censuerunt: *Affirmative* seu *signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die autem 13 mensis huius Ssmo D. N. Pio Pp. XI ab infrascripto Cardinali relatione facta, Sanctitas Sua, Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Caroli a S. Andrea benigne signare dignata est.

Datum Romae, die 13 Novembris, an. D. 1935.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. 8 S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

BARCINONEN, SEU QUITEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI FRATRIS MICHAELIS, RELIGIOSI PROFESSI INSTITUTI FRATRUM SCHOLARUM CHRISTIANARUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Quo magis homo casta pietate ad Deum accedit, eo magis eius sanctitatem, sapientiam simplicitatemque participat. Insigne veritatis huius exemplum vita Servi Dei Fratris Michaelis evidenter ostendit. Hic enim vir, a teneris unguiculis Deo per pietatem adhaerens, sanctitate, sapientia atque simplicitate mirifice supra communem vel bonorum agendi modum refulsisse videtur.

Franciscus, Aloisius, Florentius Pebres Cordero Muñoz die 7 Novembris a. D. 1854 Conchae in Aequatoriana Republica natus est, parentibus Francisco et Anna Muñoz, generis nobilitate et christiana virtute, matre praesertim, praeclaris. Hanc enim, non solum singulari pietate, sed et vitae arcta austeritate, bonorum omnium existimationem sibi conciliasse ferunt. Sub tanto magisterio pueritiam summa morum innocentia filiolus domi transegit. Acri ingenio praeditus, corpore vero autem imbecillus, fere ad septennium usque ambulandi impos, per totam vitam, crurium debilitate et ob pedum deformitatem laborioso gradu procedendi laboravit. Fratrum Scholarum Christianarum ludos celebravit, primasque tulit.

Erga Institutum hoc vehementi amore incensus, eidem consociari optavit. Piis tamen adolescentis votis intercessere parentes, qui aegerrime egregium filium sibi eripi ferebant; eius tamen constantiae denique concessere quidem, ita ut Franciscus in religionem ingressus fuerit, sed a venia data post annum resilire pater tentavit. At frustra. Filius enim fortis in sua vocatione permansit, atque ex hoc luctamine victor evasit.

Franciscus itaque die 24 Martii anno 1868, assumpto fratris Michaelis nomine, Fratrum Scholarum Christianarum habitum induit, atque tirocinium Conchae inivit perfecitque. Sequenti anno ad Quitensem domum perrexit ut praeceptoris munere fungeretur. Qua in domo usque ad annum 1907 permansit. Annua vota ab anno 1872 nuncupavit, quae ab anno 1879 per triennium renovavit, perpetua denique Immaculatae Conceptionis in festo a. 1882 emisit.

Legiferi patris S. Ioannis Baptistae de la Salle spiritu repletus, plurima sui Instituti officia sanctissime est exequutus. Fuit enim ludi magister puerulis, scientiarum professor, tironum magister, religiosae domus moderator in exemplum : plurimos conscripsit libros seu ad scholarum usum, seu ad scientiarum et litterarum incrementum.

In litteris et in scientiis tradendis, praecipue vero in christiana catechesi docenda, mire superexcelluit.

Unde eius doctrinae fama non solum in Aequatoris republica sed et in aliis regionibus fuit diffusa.

Quare die 18 Februarii a. 1892 unanimi suffragio Academiae.Aequatorianae Socius fuit electus, loco Francisci Salazar, viri litterarum scientia nec non militaribus et politicis muneribus clari. Frater Michael sermonem ad Academicos, frequentissimosque adstantes habuit, qui mirabile tum scientiae cum humilitatis insigne documentum exstitit.

Ipse reipublicae Praeses sollemnem novi Academici institutionem voluit sua praesentia honestare.

Ut Fundatoris Beatificationi, in Vaticana Basilica die 19 Februarii 1888 celebrandae, interesset, ad Urbem missus fuit. Hac sollemni sacra actione Fr. Michael, ut postea dixit, veluti in caelum rapi sibi visus est.

Lauretanam Beatae Virginis domum pientissime invisit; die vero 29 Iunii a. 1888 Quitensem ad domum reversus est, ubi pluribus muniis ab obedientia sibi impositis impigre functus est, insimulque libris conscribendis attendit.

Ut huic muneri plenius satisfaceret, a. 1907 a religiosis Superioribus Parisios fuit vocatus, pauloque post ad « Lembecq-lez-Hal » in Belgio, ubi usque ad diem 21 Iulii a. 1908 permansit; sed aëris intemperie multis tentari coepit valetudinis incommodis. Quare Superiorum iussu in Hispaniam perrexit ut hispanicam linguam tironibus in loco <(Premia de Mar » nuncupato, in Barcinonensi provincia traderet.

Verum etsi mitior esset aër, eiusque valetudini secundus, gravi tamen popularium seditione anno 1909 cum fratribus domo exturbatus, ab impendentis mortis periculo, praesenti Virginis ope, liberatus est. Politicis rebus in pace compositis, Frater Michael impensiori studio conscribendis didascalicis optimae notae libris iterum attendit.

Sed iam tanto viro caelestis manebat corona.

Februario mense ineunte a. D. 1910 gravi morbo implicitus, morientium sacramentis roboratus, toto corde ad divinam voluntatem plenissime conformatus, die 9 purissimam animam exhalavit, annos natus

sex supra quinquaginta, quorum quatuordecim extra Institutum innocentissimé vixit, duos vero et quadraginta in Instituto sanctissime transegit. Et sane vir fuit aeque sanctus et doctus : et tamen ea erat animi demissione, ut, quanto magis laudibus eum extollebant, eo magis se omnibus postponeret. Gomis, benignus, candida animi simplicitate omnium animos sibi devinciebat. Orationis assiduus cultor, in ea, quidquid ex studiis aliisque muneribus superesset temporis, perstabat. Paupertate, obedientia ceterisque virtutibus, quae religiosum virum decent, summe enituit.

Horum omnium fama, non intra Instituti septa conclusa permansit, sed longe lateque diffusa adeo percrebuit, ut tredecim post mortem annis, Quiti, sequenti vero anno Barcinone, Ordinaria auctoritate constructi sint processus super eadem fama, nec non super scriptis. Die 18 Iunii a. D. 1930 Sacra haec Congregatio, scriptis perpensis, nihil obstare decrevit, quominus ad ulteriora procedi queat. Instante vero Fr. Alexio Francisco, Instituti Fratrum Christianarum Scholarum generali Postulatore, in Ordinario Sacrae Rituum Congregationis Coetu die 29 Octobris mensis habito, Emus ac Rmus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, Dubium proposuit : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum, de quo agitur.* Emi ac Rmi PP., audita Cardinalis Ponentis relatione, nec non Officialium Praelatorum suffragiis scripto datis, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, attentis quoque Postulatoriis litteris quinque S. R. E. Cardinalium, viginti Archiepiscoporum, duorum supra quadraginta Episcoporum, quos inter Episcopi Barcinonensis, Quitensis Cleri seu saecularis seu regularis, Generalis Superioris Instituti Scholarum Christianarum, plurimorumque aliorum, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt : *Affirmative* seu *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Die autem 13 Novembris, Ssmo D. N. Pio Papae XI facta ab infrascripto Cardinali de his omnibus relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Fratris Michaelis benigne signare dignata est.

Datum Romae, die 13 Novembris A. D. 1935.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius-*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, 11 Febbraio 1936, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Dott. Vasco de Que vedo, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica del Portogallo, per Ja presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 4 Febbraio 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *Preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Consultori teologi, hanno discusso sulla eroicità delle virtù del Veri. Servo di Dio Padre Domenico della Madre di Dio, della Congregazione dei Passionisti.

Martedì, 18 Febbraio 1936, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente della Causa di Canonizzazione del Beato Salvatore da Horta, laico professo dell'Ordine dei Frati Minori, si è tenuta la Congregazione *Antepreparatoria* dei Sacri Riti, nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima si è discusso il dubbio sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione dello stesso Beato, i quali miracoli vengono proposti per la sua Canonizzazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria i Stato, il S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

27 Gennaio 1936. Il Revmo Padre Giuseppe Low, della Congregazione del Ssmo Redentore, *Vice-Relatore Generale détta Sezione Storica della Sacra Congregazione dei Riti.*

28 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Nicola Canali, *Membro della Sacra Congregazione Ceremoniale.*

28 Gennaio 1936. **Il Revmo Padre Adamo Ellis, della Compagnia di Gesù,** ***Consultore della Sacra Congregazione dei Beligiosi.***

31 » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni,** ***Membro della Sacra Congregazione della Reverenda Fabbrica di San Pietro.***

15 Febbraio » **Il Revmo Monsig. Serafino De Angelis,** ***Consultore della Sacra Congregazione del Concilio.***

17 » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Massimo Massimi,** ***Presidente della Pontificia Commissione per la redazione del Codice di Diritto Canonico Orientale.***

» » » **Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Carlo Salotti e Pietro Boetto,** ***Membri della Pontificia Commissione per la redazione del Codice di Diritto Canonico Orientale.***

19 » » ***S.*** **E. Revma Monsig. Domenico Tardini, Sostituto della Segreteria di Stato,** ***Consultore della Sacra Congregazione Concistoriale.***

ConJBrevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

17 Gennaio 1936. **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli,** ***Protettore dell'« Alliance des Maisons d'Education chrétienne ».***

23 » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma,** ***Protettore dell'Istituto delle Suore di Nostra Signora*** **(âquisgrana: Muelhausen).**

8 Febbraio » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma,** ***Protettore dell'Ordine dei Frati Minori Conventuali.***

Assistenti al Soglio Pontificio:

19 Gennaio 1936. **S. E. Revma Monsig. Celso Costantini, Arcivescovo tit. di Teodosiopoli di Arcadia.**

» » » **S. E. Revma Monsig. Giuseppe Pizzardo, Arcivescovo tit. di Nicea.**

» » » **S. E. Revma Monsig. Luca Ermenegildo Pasetto, Vescovo tit. di Gera.**

» **S. E. Revma Monsig. Ettore Castelli, Vescovo tit. di Messene.**

20 » » **S. E. Revma Monsig. Giuseppe Migone, Arcivescovo tit. di Nicomedia.**

» » » **S. E. Revma Monsig. Giuseppe Butt, Vescovo tit. di Alessandretta, Ausiliare di Westminster.**

Protonotario Apostolico **ad instar participantium:**

25 Gennaio

Prelati Domestici di S. S.:

29 Marzo 1933. **Monsig. Vincenzo Maesano, della diocesi di Acireale.**
18 Agosto » **Monsig. Giacinto Rascioni, della diocesi di Tolentino.**
2 Luglio 1935. **Monsig. Giulio Czapik, dell'Amministrazione Apostolica di Merk (Satu Mare).**
10 Dicembre » **Monsig. Giovanni J. Donnelly, della diocesi di Denver.**
» » **Monsig. J. Federico Me Donough, della medesima diocesi.**
15 >· » **Monsig. Pietro Evrard, della diocesi di Saint-Dié.**
» » **Monsig. Maria Carlo Ernesto Minod, della medesima diocesi.**
18 » **Monsig. Francesco Zehentbauer, deH'arcbidiocesi di Vienna.**
> » » **Monsig. Giuseppe Wagner, della medesima archidiocesi.**
19 » » **Monsig. Giuseppe Branche, della diocesi di Aosta.**
20 » **Monsig. Pietro Gourbier, dell'archidiocesi di Aix.**
» » **Monsig. Ippolito Monnier, della medesima archidiocesi.**
4 Gennaio 1936. **Monsig. Luigi Xirò Roig, della diocesi di Barcellona.**
» » **Monsig. Carlo Bozzini, della diocesi di Novara.**
9 » **Monsig. Giulio Bihéry, dell'archidiocesi di Reims.**
» » **Monsig. Lorenzo Alboni, della diocesi di Faenza.**
15 » **Monsig. Leone Tondelli, della diocesi di Reggio Emilia.**

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

12 Gennaio 1936. **A S. E. il sig. dott. Luigi Guimaràes, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Brasile presso la Santa Sede.**

La Commenda con placca dell'Ordine Piano:

21 Novembre 1935. **Al sig. dr. Francesco Paolo Giunta, della diocesi di Noto.**

La Commenda dell'Ordine Piano:

24 Gennaio 1936. **Al sig. comm. Camillo Beccari, Direttore Generale della Segreteria dello Stato della Città del Vaticano.**

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

20 Gennaio 1936. **A S. E. il sig. Alberto d'Oliveira, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario del Portogallo presso la Santa Sede.**
» » » **A S. E. il sig. Andrea Magre (Francia).**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

21 Gennaio 1936. A S. E. il sig. Giuseppe Braconnier (Francia).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

16 Gennaio 1936. Al sig. Patrizio Edoardo Hollingdale, deirarchidiocesi di Sydney.'

25 » * A S. E. il sig. Ryuichiro Nagaoka (Manciukuo).

La Commenda con placca dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

21 Gennaio 1936. A S. E. il sig. Colonnello Joäo Luiz de Moura, Governatore di Lisbona.

» » » Al sig. Contrammiraglio Giulio Le Bigot (Francia).

La Commenda dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

U Dicembre 1935. Al sig. dott. prof. Evaristo Carusi, Avvocato Concistoriale (Roma).

12 » » Al sig. Bernardo Dijckhoff, della diocesi di Haarlem.

17 » » Al sig. Carlo George, dell'archidiocesi di S.Andrea ed Edimburgo.

21 » » Al sig. Guido Zanetti, della diocesi di Bergamo.

» '» » A I sig. notaio Andrea Taymans (Belgio).

22 » > Al sig. prof. Andrea Baudrillard dell'archidiocesi di Parigi.

» » » Al sig. prof. Leone Bour, della medesima archidiocesi.

» » » Al sig. prof. Bernardo De Francqueville, della medesima archidiocesi.

» »• » Al sig. prof. Gustavo Gautherot, della medesima archidioc.

24 » » Al sig. comm. avv. Vincenzo Varano, dell'archidiocesi di Catanzaro.

28 » » Al sig. prof. Pio Pascucci (Roma).

14 Gennaio 1936. Al sig. Paolo Tiberghien-Toulemonde, della diocesi di Lilla.

17 » » Al sig. cav. Cesidio Lolli (Roma).

La Commenda delV Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

21 Gennaio 1936. Al sig. Tenente Colonnello Giovanni Stoffel (Francia).

» » » Al sig. Tenente Colonnello Enrico de Bellefon (Francia).

28 » » Al sig. Capitano Giovanni Urru, dell'archidiocesi di Oristano.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

7 Gennaio 1936. Al sig. Giovanni Teodoro Giuseppe Melchers, della diocesi di Haarlem.

18 >• » Al sig. dott. Helge Sommer, del Vicariato Apostolico di Danimarca.

24 Gennaio 1936. Al sig. Domenico Fontana (Roma).
» » » Al sig. Renato Dutilleul-Francœur (Francia).
» » » Al sig. Arnaldo Wapler (Francia).

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 Gennaio 1936. A S. E. il sig. Hsieh Chieh Shin, Ambasciatore del Manciukuo nel Giappone.
23 » » Al sig. Maurizio Carré (Francia).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

22 Gennaio 1936. Al sig. Osvaldo Durand (Francia).
» » » Al sig. Maurizio Lozé (Francia).
» » » Al sig. Maria Enrico Bouschet de Bernard (Francia).
25 » » Al sig. Sighéo Odate (Manciukuo).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

6 Dicembre 1935. Al sig. avv. Francesco Cuccia, dell'archidiocesi di Monreale.
17 » > Al N. U. dott. Pietro Reggiani, della diocesi di Forlì.
21 » » Al sig. Luigi Monicault (Francia).
»• » » Al sig. çav. Salvatore Ciprotti (Roma).
22 » » Al sig. Fernando Antiliei (Roma).
30 » » Al sig. prof. Domenico Milone, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
» » » Al sig. Giulio Barbosa De Mattos Correa (Brasile).
7 Gennaio 1936. Al sig. Francesco Giovanni Bagshawe, del Vicariato Apostolico del Tanganika.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

7 Maggio 1934. Al sig. prof. M.° Pasquale Benintende, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.
8 Luglio 1935. Al sig. Agostino Ferentiu, della diocesi di Maramures dei Romeni.
17 Dicembre » Al sig. M.° Giovanni Vadou, dell'archidiocesi di Parigi.
24 Gennaio 1936. Al sig. Marcello Coulaud (Francia).

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

24 Gennaio 1935. Monsig. Giuseppe Giovanni De Deus, della diocesi di Campanha.
5 Dicembre * Monsig. Giovanni Landlinger, della diocesi di Sant'Ippolito.

12 Dicembre 1935. **Monsig. Domenico Mercati, della diocesi di Borgo San Sepolcro.**
» » » **Monsig. Sante Martelli, della diocesi di Imola.**
» » » **Monsig. Pier Paolo Starace, della diocesi di Calvi e Teano.**
» » » **Monsig. Giacomo Dompieri, dell'archidiocesi di Trento.**
15 » » **Monsig. Ercole Crovella, dell'archidiocesi di Vercelli.**
» » » **Monsig. Alfonso Fermi, della diocesi di Piacenza.**
» » » **Monsig. Giuseppe Morini, della medesima diocesi.**
29 » » **Monsig. Giacomo Zannoni, della diocesi di Faenza.**
» » » **Monsig. Angelo Lombardo, della diocesi di Agrigento.**
9 Gennaio 1936. **Monsig. Giovanni Bobbato, della diocesi di Treviso.**
» » » **Monsig. Tommaso Stefanachi, della diocesi di Ugento.**
» » » **Monsig. Felice Maritati, della medesima'diocesi.**
» » » **Monsig. Alfonso Gentilini, dell'archidiocesi di Trento.**
» » » **Monsig. Vincenzo Scorza, dell'archidiocesi di Catanzaro.**
16 » » **Monsig. Eliseo Perez-Sanchez, dell'archidiocesi di San Domingo.**
23 » » **Monsig. Francesco Ferrari, dell'archidiocesi di Modena.**

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S. :

18 Gennaio 1936. **N. U. dott. ing. Carlo Luppis, dell'archidiocesi di Ferrara.**

Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S. :

4 Novembre 1935. **Monsig. Ottone Gramann, dell'archidiocesi di Vienna**
3 Gennaio 1936. **Monsig. Federigo Augustin, dell'archidiocesi di Praga.**
15 » » **Monsig. Giuseppe Moioli, della diocesi di Bergamo.**
» » » **Monsig. Dino Staffa, della diocesi di Imola.**
16 » » **Monsig. Alarico Aleandri, della diocesi di Sant'Angelo in Vado**
» » » **Monsig. Carlo Valdameri, della diocesi di Crema.**

Cameriere d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S. :

13 Dicembre 1934. **Sig. Giovanni Giuseppe Amado, dell'archidiocesi di Panama.**

Cappellani Segreti d'onore di S. S. :

12 Dicembre 1935. **Monsig. Giacomo Cian, dell'archidiocesi di Gorizia.**
» » » **Monsig. Venceslao Belè, della medesima archidiocesi.**

NECROLOGIO

2 Gennaio 1936. **Monsig. Matteo Cullen, Vescovo di Kildare e Leiglin.**

13 » » **Monsig. Tommaso O' Donnei, Arcivescovo di Halifax.**

16 » » **Monsig. Romolo Genuardi, Vescovo tit. di Farsalo.**

22 » » **Monsig. Giovanni Antonio de la Fuente, Vescovo tit. di Telepte.**

6 Febbraio » **Monsig. Vincenzo Pulisic, Arcivescovo tit. di Cesarea di Cappadocia.**

7 » » **Emo Sig. Card.** LUIGI SINCERO, **Vescovo suburbicario di Pai estrina.**

18 » » **Monsig. Francesco Orozco y Jiménez, Arcivescovo di Guadalajara.**

23 » » **Monsig. Matteo Pellegrino, Vescovo di Bobbio.**

An. et vol. XXVIII 30 Martii 1936 (Ser. II, v. III) - Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

i

DECRETUM

DAMNATUR LIBER CUI TITULUS « DEL GRAN NUMERO DE LOS QUE SE SALVAN Y DE LA MITIGACIÓN DE LAS PENAS ETERNAS », AUCTORE LUIS G. ALONSO GETINO.

Feria IV, die 19 Februarii 1936

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

Luis G. ALONSO GETINO, *Del gran numero de los que se salvan y de la mitigación de las penas eternas.* Madrid, Editorial F, E. D. A., 1934.

Et sequenti Feria V, die 20 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N'. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita Audientia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 5 Martii 1936.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

II

DECRETUM

TRES DAMNANTUR LIBRI A PAULO HECTORE SANTANGELO CONSCRIPTI

Feria IV, die J, Martii 1936

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac ReviM Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarut atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt libros a Paulo Hectore Santangelo conscriptos, quibus tituli :

Lutero, Milano, Edizioni Corbaccio, 1932;
Vita di Gesù, Bari, Laterza, 1933;
San Paolo, Bari, Laterza, 1933.

Et sequenti Feria V, die 5 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 21 Martii 1936.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

13 Ianuarii 1936. — Titulari episcopali ecclesiae Axomitanae praefecit Exc. P. D. Iosephum Julliot, hactenus Episcopum Gonayvesensem.

llf Ianuarii. —Cathedrali ecclesiae Gonayvesensi R. D. Ioannem Mariam Robert, parochum in civitate Portus Principis.

— Cathedrali ecclesiae Portus Pacis R. P. Albertum Guiot, presbyterum missionarium Societatis Mariae.

26 Ianuarii 1936. — **Cathedrali ecclesiae Segobricensi Exc. P. D. Michaelem Serra Sucarrats, hactenus Episcopum Canariensem.**

6 Februarii. — **Titulari archiepiscopali ecclesiae Selymbrianae Exc. P. D. Ioannem Henricum Gerardum Jansen, hactenus Archiepiscopum Ultraiectensem.**

— **Cathedrali ecclesiae Nashvillensi R. D. Guillelmum Adrian, parochum loci** *Victor,* **in dioecesi Davenportensi.**

13 Februarii. — **Titulari episcopali ecclesiae Lycopolitanae Exc. P. D. Iosephum Giray, hactenus Episcopum Cadurcensem.**

15 Februarii. — **Cathedrali ecclesiae Cariatensi R. P. Eugenium a S. Raphaele, in saeculo Raphaelem Faggiano, e Congregatione Clericorum Excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. I. C.**

2 Martii. — **Titulari episcopali ecclesiae Algisensi Exc. P. D. Mauritium Clément, hactenus Episcopum Monoecensem.**

— **Cathedrali ecclesiae Monoecensi R. D. Petrum Rivière, parochum S. Thomae Aquinatis in urbe Parisiensi.**

7 *Martii.* — **Titulari episcopali ecclesiae Elaeensi, R. D. Henricum Roleff, canonicum cathedralis Ecclesiae Monasteriensis, quem constituit Auxiliarem Exc. P. D. Clementis Augusti von Galen, Episcopi eiusdem dioecesis.**

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DESIGNATIONES PRO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, pro appellatione Excmus et Revmus Vicarius Apostolicus Novae Guineae Neerlandicae designavit Praefectum Apostolicum de Soerabaja. Quam designationem Ssmus approbavit in Audientia diei 28 octobris 1935.

Item Vicarius Apostolicus Insularum Sundae minorum designavit ad eundem effectum curiam Vicariatus Apostolici Bataviae, approbante Ssmo in Audientia diei 5 decembris 1935.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

i

Causae quae in Tribunali Sacrae Romanae Rotae actae sunt anno 1935, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva.

I. SYRACUSANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Decanus,** *Ponens,* **G. Heard, S. Ianasik.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**

Advocati: **F. et C. Pacelli.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 2 Ianuarii : « Affirmative ».**

II. PINSKBN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **I. Grazioli,** *Ponens,* **U. Mannucci, H. Quattrocolo.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **H. Serafini.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 4 Ianuarii : « Negative ».**

III. SANCTI IACOBI DE CHILE. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci, A. Jullien,** *Ponens,* **P. Guglielmi.**

Vinculi Defensoris Substitutus : **I. Stella.**

Advocatus: **F. Bersani.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 12 Ianuarii : « Negative ».**

IV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I. Benedetti.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu».**
Sentientia **diei 19 Ianuarii: «Affirmative».**

V. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*
Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Guglielmi.**
Vinculi Defensoris Substitutus : **I. Stella.**
Advocati: **G. Astorri, H. Silvestri-Faà.**
Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**
Sententia **diei 28 Ianuarii: ((Affirmative».**

VI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob affinitatem ex copula illicita.*
Turnus Rotalis: **A. Jullien,** *Ponens,* **F. Guglielmi, H. Quattrocolo.**
Vinculi Defensor deputatus: **A. M. Darmanin.**
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **A. Oarabini.**
Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**
Sententia **diei 4 Februarii: ((Affirmative».**

VII. OENIPONTANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: **I. Grazioli,** *Ponens,* **F. Parrillo, U. Mannucci.**
Vinculi Defensor deputatus: **I. Kauer.**
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**
Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**
Sententia **diei 8 Februarii : « Negative ».**

VIII. BONONIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattrocolo, F. Morano.**
Vinculi Defensoris Substitutus : **I. Stella.**
Advocatus: **H. Benvignati.**
Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**
Sententia **diei 16 Februarii : « Negative ».**

IX. MEDIOLANEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Guglielmi.**
Vinculi Defensor deputatus: **F. Lucidi.**
Advocatus: **F. Bersani.**
Dubium: **((An constet de matrimonii nullitate, in casu».**
Sententia **diei 18 Februarii : « Affirmative ».**

X. BERYTEN MARONITARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*
Turnus Rotalis: **A. Jullien,** *Ponens,* **F. Guglielmi, H. Quattrocolo.**
Vinculi Defensor deputatus: **I. Kauer.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **C. Bernardini.**

Dubium: **«An constet de nullitatis matrimonii, in casu».**

Sententia **diei 23 Februarii : « Negative ».**

XI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus: **A. D'Alessandri.**

Dubia: **I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu ». Et quatenus negative, II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super rato et non consummato, in casu ».**

Sententia **diei 25 Februarii : Ad I. « Affirmative ». Ad II. ((Provisum in primo ».**

XII. VILNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattrocolo, F. Morano.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Kauer.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **S. Rzewniclri.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 27 Februarii : « Affirmative ».**

XIII. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **I. Grazioli,** *Ponens,* **F. Parrillo, U. Mannucci.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**

Dubium: **((An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 8 Martii: ((Negative».**

XIV. MELDEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **V. Sacconi.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 11 Martii : « Negative ».**

XV. LINCIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattrocolo, F. Morano.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **P. A. D'Avack.**

Dubium: **((An sententia Rotalis diei 5 Decembris 1933 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 13 Martii : « Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».**

XVI. SANCTI HIPPOLYTI. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et ob defectum consensus.* '

Turnus Rotalis: **A. Wynen,** *Ponens,* **G. Heard, S. Janasik.**

Vinculi Defensoris Substitutus : **I. Stella.**

Advocatus: **D. Lazzarato.**

Diibium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 14 Martii: «Negative».**

XVII. ANTIOCHEN MARONITARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis, vis et metus et consanguinitatis.*

Turnus Rotalis: **A. Wynen, G. Heard,** *Ponens,* **S. Janasik.**

Vinculi Defensor deputatus: **A. Ooussa.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I. Torre.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 21 Martii : « Negative ».**

XVIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et ob exclusam indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: **IT. Mannucci,** *Ponens,* **A. Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**

Advocatus: **H. Benvignati.**

Dubium: **((An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 25 Martii: «Negative».**

XIX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **H. Quattrocolo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus: **I. Torre.**

Dubia: **I. «An constet de matrimonii nullitate, in casu». Et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».**

Sententia **diei 26 Martii : Ad I. « Negative ». Ad II. « Affirmative ».**

XX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: **I. Grazioli,** *Ponens,* **U. Mannucci, H. Quattrocolo.**

Vinculi Defensor deputatus: **V. Bartoccetti.**

Advocati: **I. Guasco,** *pro actore;* **I. Limongelli,** *pro conventa.*

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 29 Martii :. « Negative ».**

XXI. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** ***Ponens,*** **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: **L Benedetti.**

Advocatus: **I. B. Ferrata.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 30 Martii : « Negative ».**

XXII. ROMANA. - IURIUM.

Turnus Rotalis: **F. Morano,** ***Ponens,*** **A. Wynen, G. Heard.**

Promotor Iustitiae: **V. Bartoccetti.**

Advocatus: **A. D'Alessandri.**

Dubia: **I. «An constet de legitima dimissione sacerdotis X., in casu ». II. ((An et qua mensura debeatur sacerdoti X. pensio, in casu ».**

Sententia **diei 6 Aprilis : Ad I. « Affirmative ». Ad II. « Negative ».**

XXIII. STRIGONIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **U. Mannucci,** ***Ponens,*** **A. Jullien, F. Guglielmi.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Kauer.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I. Torre.**

Dubium: **« An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 8 Aprilis : « Affirmative ».**

XXIV. TYRNAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Decanus,** ***Ponens,*** **F. Parrillo, F. Bracci.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 11 Aprilis : « Negative ».**

XXV. N. N. - RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

Turnus Rotalis: **A. Wynen,** ***Ponens,*** **G. Heard, S. Janasik.**

Promotor Iustitiae: **V. Bartoccetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I. Kauer.**

Dubium: **« An et quanam mensura locus sit restitutioni in integrum, in casu ».**

Sententia **diei 11 Aprilis : « Restitutionem in integrum non esse concedendam nisi quoad durationem poenae, quae determinari debet ».**

XXVI. SMYRNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: D. Lázzarato.

Dubium: «An sententia Rotalis diei 8 iunii 1934 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 13 Aprilis : « Sententiam appellatam esse infirmandam, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XXVII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

Vinculi Defensor deputatus: E. Suarez.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium : « An confirmanda, vel infirmanda sit sententia Rotalis diei 20 Decembris 1932, in casu ».

Sententia diei 13 Aprilis : « Confirmandam esse, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XXVIII. VINDOBONBN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, Decanus, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: S. Rzewnicki.

Dubium : « An sententia Rotalis diei 29 Ianuarii 1932 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu».

Sententia diei 16 Aprilis : « Sententiam Rotalem diei 29 Ianuarii 1932 esse confirmandam, in casu, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XXIX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: P. A. D'Avack.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 16 Aprilis : « Negative ».

XXX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impedimenti criminis et defectus legitimi consensus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, U. Mannucci.

Promotor Iustitiae: **F. Bracci.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocatus: **I. B. Ferrata.**

Dubium: **« An sententia Rotalis diei 14 Martii 1934 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 16 Aprilis : « Sententiam esse infirmandam, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».**

XXXI. VERULANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Decanus,** *Ponens,* **I. Grazioli, F. Bracci.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Kauer.**

Advocatus: **D. Lazzarato.**

Dubium: **« An sententia Rotalis diei 25 Iunii 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».**

Sententia **diei 29 Aprilis : « Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».**

XXXII. BRIXINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite amentiae ex parte viri.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato,**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 30 Aprilis : « Affirmative ».**

XXXIII. TAURINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens,* **A. Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Kauer.**

Advocatus: **P. Mottis.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 30 Aprilis : « Negative ».**

XXXIV. TERGESTINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis.*

Turnus Rotalis: **H. Quattrocolo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**

Vinculi Defensor deputatus: **V. Bartoccetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I. Torre.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 8 Maii : « Negative ».**

XXXV. ANTIOCHEN MARONITARUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: A. Coussa.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: O. Bernardini.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 11 Maii : « Affirmative ».

XXXVI. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 22 Maii 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 15 Maii : « Confirmandam esse, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu».

XXXVII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus atque clandestinitatis.*

Turnus Rotalis: F. Morano, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: D. Lazzarato.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 25 Iunii 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu».

Sententia diei 18 Maii : « Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu constare de nullitate matrimonii, in casu».

XXXVIII. BEROLINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Grosse-Wietfeld.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 25 Maii : <(ILffirmative ».

XXXIX. ALEXANDRINA ARMENORUM. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: A. Coussa.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: C. Bernardini.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 25 Maii: ((Affirmative».

XL. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *eco capite impotentiae mulieris, erroris substantialis et defectus consensus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.

Vinculi Defensor deputatus: A. M. Darmanin.

Advocatus: B, Pellegrini.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 27 Maii : « Negative ».

XLI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri atque defectus formae et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

Vinculi Defensor deputatus : I. Kauer.

Advocati: N. Patrizi, V. Sacconi.

Dubia : I. « An constet de matrimonii nullitate, ex viri impotentia, in casu », II. ((An constet de nullitate, ex defectu formae, in casu », et quatenus negative, III. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 29 Maii : Ad I. « Negative ». Ad II. « Negative ». Ad III. ((Negative ».

XLII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus atque conditionis vel intentionis contra bonum fidei et sacramenti.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, Decanus, *Ponens,* F. Morano, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: R. Bidagor.

Advocatus: I. Hauer.

Dubium: «An sententia Rotalis diei 12 Augusti 1929 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 29 Maii : « Sententiam Rotalem diei 12 Augusti 1929 esse confirmandam, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XLIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMÄ&II *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, Decanus, *Ponens,* S. Janasik, F. Bracci.

Vinculi Defensor deputatus: A. M. Darmanin.

Advocatus: I. B. Ferrata.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 27 Iulii 1931 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 6 Iunii : « Confirmandam esse, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XLIV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, G. Heard, *Ponens,* S. Janasik.

Y inculi Defensor deputatus: A. M. Darmanin.

Advocati: A. Capalti, I. B. Ferrata.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 17 Iunii : « Affirmative ».

XLV. PLACENTINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocati: V. Sacconi, I. Limongelli.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 22 Iunii : ((Affirmative ».

XL VI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Bracci, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: A. M. Darmanin.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 28 Iunii: «Negative».

XL VII. PLACENTINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: E. Suarez.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: E. Ruffini.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 6 Iulii : « Negative ».

XL VIII. MECHLINIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: M. Massimi, Decanus, *Ponens,* I. Grazioli, A. Jullien, F. Guglielmi, H. Quattrocolo, F. Morano, A. Wynen, G. Heard, S. Janasik, F. Bracci, A. Canestri.

Vinculi Defensor deputatus: I. Brocco.

Advocatus: C. Astorri.

Dubium: a An sententia Rotalis diei 18 Decembris 1929 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 10 Iulii: « Sententiam Rotalem diei 18 Decembris 1929 esse infirmandam, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».

XLIX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*
Turnus Rotalis: A. **Wynen,** *Ponens,* **G. Heard, S. Janasik.**
Vinculi Defensor deputatus: **F. Lucidi.**
Advocatus: **I. B. Ferrata.**
Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**
Sententia **diei 15 Iulii : « Negative ».**

L. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: **A. Wynen,** *Ponens,* **G. Heard, S. Janasik.**
Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**
Advocatus: **H. Benvignati.**
Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**
Sententia **diei 15 Iulii : « Affirmative ».**

LI. KIELCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*
Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens, A.* **Wynen, G. Heard.**
Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **S. Bzewnicki.**
Dubium: u An **constet de matrimonii nullitate, in casu».**
Sententia **diei 16 Iulii : « Affirmative ».**

LII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*
Turnus Rotalis: **H. Quattrocolo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**
Vinculi Defensor deputatus: **I. Kauer.**
Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**
Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**
Sententia **diei 23 Iulii: «Negative».**

LUI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*
Turnus Rotalis: **H. Quattrocolo,** *Ponens,* **F. Morano, A. Wynen.**
Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**
Advocatus: **R. Fiammingo.**
Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**
Sententia **diei 23 Iulii : « Negative ».**

LIV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*
Turnus Rotalis: **I. Grazioli,** *Ponens,* **S. Janasik, F. Bracci.**
Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**
Advocati: **V. Sacconi et H. Benvignati.**
Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**
Sententia **diei 24 Iulii : « Negative ».**

' LV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis : A. **Wynen,** *Ponens,* **G. Heard, S. Janasik.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus: **S. Rzewnicki.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 25 Iulii : « Negative ».**

LVI. COLOCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum sacramenti.*

Turnus Rotalis: A. **Wynen,** *Ponens,* **G. Heard, A. Canestri.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Kauer.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **I. B. Nicola.**

Dubmm: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 25 Iulii : « Negative ».**

LVII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattrocolo, F. Morano.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Kauer.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**

Dubium: **« An sententia Rotalis diei 23 Iunii 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu».**

Sententia **diei 26 Iulii : « Sententiam Rotalem diei 23 Iunii 1934 esse confirmandam, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu, neque praestandum esse consilium Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato ».**

LVIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens, A.* **Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensor deputatus: **L. Koppert.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **D. Lazzarato.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 27 Iulii: «Negative».**

LIX. IANUEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: **F. Morano,** *Ponens, A.* **Wynen, G. Heard.**

Vinculi Defensoris Substitutus: **I. Stella.**

Advocatus: **F. Bersani.**

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei *27* Iulii : « Negative ».

LX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et* DISPENSATIONIS SUPER RATO.

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: F. Lucidi.

Advocatus: H. Benvignati.

Dubia: I. « An constet de nullitate matrimonii, in casu», et quatenus negative : II. « An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

Sententia diei 31 Iulii : Ad I. « Negative ». Ad II. « Negative ».

LXI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob defectum consensus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponen s,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: F. Lucidi.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: A. D'Avack.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 3 Augusti : « Affirmative ».

LXII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusum bonum prolis.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, G. Heard, *Ponens,* S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: H. Serafini.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 3 Augusti : « Affirmative ».

LXIII. IANUEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ob defectum consensus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, G. Heard, *Ponens,* S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus: P. A. D'Avack.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 3 Augusti : « Affirmative ».

LXIV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob exclusam unitatem et indissolubilitatem.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, G. Heard, *Ponens,* S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: F. Lucidi.

Advocatus: T. Ragusa.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 8 Augusti : « Negative ».

' LXV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob simulationem consensus.*

Turnus Rotalis: **A. Wynen,** *Ponens,* **G. Heard, S. Janasik.**

Vinculi Defensor deputatus: **F. Lucidi.**

Advocatus eœ mandato gratuiti patrocinii: **H. Serafini.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 8 Augusti : « Negative ».**

LXVI. BISUNTINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ob conditionem appositam.*

Turnus Rotalis: **M. Massimi, Decanus, I. Grazioli,** *Ponens,* **I. Teodori.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **F. Fournier.**

Dubium: **« An sententia Rotalis diei 26 Maii 1933 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu».**

Sententia **diei 8 Augusti : « Sententiam Rotalem diei 26 Maii 1933 esse confirmandam, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».**

LXVII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ob impedimentum ligaminis.*

Turnus Rotalis: **A. Jullien,** *Ponens,* **F. Guglielmi, H. Quattrocolo.**

Vinculi Defensor deputatus: **I. Benedetti.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: T). **Lazzarato.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 26 Octobris : « Afíirmative ».**

LXVIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite affinitatis illicitae.*

Turnus Rotalis: **A. Jullien,** *Ponens,* **F. Guglielmi, H. Quattrocolo.**

Vinculi Defensor: **I. Trezzi.**

Advocati: **A. Merlo et F. Bersani.**

Dubium: **«An constet de matrimonii nullitate, in casu».**

Sententia **diei 26 Octobris : « Negative ».**

LXIX. VILNBN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: **F. Guglielmi,** *Ponens,* **H. Quattrocolo, F. Morano.**

Vinculi Defensor deputatus: **F. Lucidi.**

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: **S. Rzewnicki.**

Dubium : **« An confirmanda, vel infirmanda sit sententia Rotalis diei 10 Novembris 1934, in casu ».**

Sententia **diei 30 Octobris : « Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu constare de matrimonii nullitate, in casu».**

LXX. BONONIEN; - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

Vinculi Defensor deputatus: I. Kauer.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: F. Fournier.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 12 Novembris : « Negative ».

LXXI. VLADISLAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

Vinculi Defensoris Substitutus : I. Stella.

Advocatus: S. Rzewnicki.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 13 Novembris: ((Affirmative».

LXXII. TJTINEN. - DIFFAMATIONIS.

Turnus Rotalis: M. Massimi, Decanus, *Ponens,* I. Grazioli, S. Janasik.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Advocati: F. Bersani, *pro actore;* I. Torre, *pro reo convento ex mandato gratuiti patrocinii.*

Dubium:.« An sententia Rotalis die 4 Aprilis 1933 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 14 Novembris : « Sententiam diei 4 Aprilis 1933 esse infirmandam, in casu ».

LXXIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: V. Bartoccetti.

Advocatus: A. Carabini.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 16 Novembris : « Negative ».

LXXI V. TARENTINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensor deputatus: F. Lucidi.

Advocatus: A. Capalti.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 2 Decembris : « Negative ».

LXXV. PORTUEN. ET S. RUFINAE. - CREDITI.

Turnus Rotalis: M. Massimi, Decanus, *Ponens,* I. Grazioli, A. Jullien, F. Guglielmi, H. Quattrocolo, F. Morano, A. Wynen, G. Heard, S. Janasik, F. Bracci, A. Canestri, I. Teodori.

Promotor Iustitiae: V. Bartoccetti.

Advocati: P. Mottis, B. Pellegrini, F. Bersani, A. D'Alessandri, P. Guidi (ex mandato Tribunalis).

Dubium: « An sententia Rotalis diei 3 Augusti 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 7 Decembris : « Sententiam Rotalem diei 3 Augusti 1934 esse confirmandam, in casu ».

LXXVI. FLORENTINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite amentiae ex parte viri.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.!

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: C. Pacelli.

Dubium: *a An* constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 9 Decembris : « Affirmative ».

LXXVII. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Morano, *Ponens,* A. Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: T. Ragusa.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 10 Decembris : « Afiirmative ».

LXXVIII. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: I. Grazioli, *Ponens, A.* Canestri, I. Teodori.

Vinculi Defensor deputatus: A. M. Darmanin.

Advocatus: I. Limongelli.

Dubium: «An sententia Rotalis diei 13 Decembris 1933 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 13 Decembris : « Sententiam Rotalem esse infirmandam, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».

LXXIX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONI *ex capite defectus concensus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, *Ponens,* G. Heard, S. Janasik.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus: I. B. Nicola.

Dubium: «AJÍ constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 14 Decembris : « Afiirmative ».

LXXX. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

Vinculi Defensor deputatus: F. Lucidi.

Advocatus: F. Fournier.

Dubium: « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

Sententia diei 18 Decembris : « Negative ».

LXXXI. TTJRONEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

Vinculi Defensor deputatus: E. Suarez.

Advocatus: A. Mittiga.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 2 Augusti 1934 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 20 Decembris : « Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu constare de matrimonii nullitate, in casu ».

LXXXII. INTERAMNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Turnus Rotalis: A. Wynen, G. Heard, *Ponens,* S. Janasik.

Vinculi Defensor deputatus: L. Koppert.

Advocatus: I. Benedetti.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 21 Decembris : « Affirmative ».

LXXXIIL N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: F. Morano, *Ponens, A.* Wynen, G. Heard.

Vinculi Defensor deputatus: I. Benedetti.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. Limongelli.

Dubium: «An constet de matrimonii nullitate, in casu».

Sententia diei 21 Decembris : « Negative ».

LXXXIV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Turnus Rotalis: A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

Vinculi Defensoris Substitutus: I. Stella.

Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: I. B. Ferrata.

Dubium: « An sententia Rotalis diei 16 Iunii 1931 sit confirmanda, vel infirmanda, in casu ».

Sententia diei 23 Decembris : « Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu non constare de nullitate matiromnii, in casu».

II

Causae quae eodem anno 1935 transactae fuerunt, vel quae absque definitiva sententia, ex peculiaribus circumstantiis, finem habuerunt : quibus adduntur decreta quoad recursus contra libellorum reiectionem.

I. N. N. - *Nullitatis matrimonii, ex capite impotentiae viri,* coram R. P. D. A. Wynen.

Cum actor per annum nullum actum iudicialem posuerit, ad normam can. 1736, R. P. D. Ponens declaravit instantiam esse peremptam atque acta in archivo reponi per decretum diei 10 Ianuarii.

II. PARISIEN. - *Crediti,* coram R. P. D. F. Morano.

Visa renuntiatione partis actricis, viso obitu rei conventi et acceptatione renuntiationis ex parte successoris eiusdem conventi, R. P. D. Ponens renuntiationem admittens die 11 Ianuarii iussit ut acta in archivo ponerentur.

III. FAVENTINA. - *Diffamationis,* coram R. P. D. Parrillo.

Cum per biennium nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, die 20 Februarii, instantiam esse peremptam declaravit.

IV. IADREN. - *Nullitatis matrimonii, super reiectione libelli,* coram Excmo M. Massimi, Decano, Ponente.

In Turno Rotali diei 7 Martii Patres decreverunt : « Intra designatos fines non esse locum reiectioni libelli, in casu ».

V. KATJNEN. - *Nullitatis matrimonii, super reiectione libelli,* coram Excmo M. Massimi, Decano, Ponente.

In Turno Rotali diei 7 Martii Patres decreverunt : « Non esse locum reiectioni libelli, in casu ».

VI. AMERICA. - *Nullitatis matrimonii, ex capite vis et metus,* coram R. P. D. F. Guglielmi.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, iuxta can. 1736, quin etiam ulterior causae propositio admissa nondum fuerit ad mentem can. 1903, instantia, audito vinculi Defensore, per decretum R. P. D. Ponentis, perempta declaratur die 18 Martii.

VII. VILNEN. - *Separationis,* coram R. P. D. F. Guglielmi.

Cum vir supremum diem obierit, R. P. D. Ponens, audito etiam

voto Promotoris Iustitiae, acta causae in archivo reponi declaravit per decretum diei 20 Martii.

VIII. ROMANA. - *Solutionis. Incidentis super competentia N. S. O.,* **coram R. P. D. F. Morano.**

Attento quod Congregatio religiosa, in iudicium vocanda, est iuris pontificii quidem, sed votorum simplicium, nec ei ullum concessum est privilegium exemptionis, Turnus Rotalis, die 21 Martii 1935, declaravit Tribunal S. R. Rotae non esse competens in prima instantia, in casu.

IX. PRATEN. - *Diffamationis,* **coram R. P. D. A. Jullien. .**

Cum actor, controversia feliciter composita, renuntiaverit libello oblato, altera parte nondum citata, R. P. D. Ponens, can. C. I. C. 1740 et art. 90, § 1, Normarum N. S. T. visis^ Promotore Iustitiae audito, admisit praedictam renuntiationem decreto diei 25 Martii.

X. N. N. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusam indissolubilitatem et ob exclusum bonum prolis,* **coram Excmo M. Massini, Decano, Ponente.**

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, appellatio a sententia tribunalis primi gradus declaratur deserta (can. 1736) per decretum diei 2 Aprilis.

XI. SOTJTHWARCEN. - *Nullitatis matrimonii, ex capite clandestinitatis,* **coram R. P. D. G. Heard.**

Cum per annum et amplius nullus actus processualis positus sit, appellationem esse desertam et acta in archivo reponi R. P. D. Ponens declaravit per decretum diei 6 Aprilis.

XII. N. N. - *Nullitatis matrimonii, ex capite impotentiae viri,* **coram ĩí^r P. D. F. Guglielmi, Ponente.**

Cum Defensor vinculi penes N. S. Tribunal declaraverit se non prosequi appellationem interpositam a Defensore vinculi in Curia X, adversus sententiam illius Tribunalis, diei 6 Februarii 1935, quae confirmavit sententiam die 9 martii 1934 latam a Tribunali pro matrimonii nuLlítate, Auditores de Turno, perpensis actis, decreto diei 6 Aprilis 1935 edixerunt appellationem esse desertam et actrici, ad normam can. 1987, ius esse novas nuptias ineundi, vetito transitu viri ad alias nuptias.

XIII. VENETIARUM. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. A. Jullien.**

; Cum per biennium nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D.

Ponens, ad normam can. 1736 instantiam esse peremptam declaravit per decretum diei 15 Aprilis.

XIV. OATANEN. - ***Iurium. Incidentis super competentia,* coram R. P. D. U. Mannucci.**

Super recursu Confraternitatis suffragii loci Paterno adversus decretum Archiepiscopi diei 23 Martii 1934, Turnus Rotalis diei 16 Aprilis 1935 respondit : ((Ad S. R. Rotam praesentem controversiam non competere ».

XV. N. N. - *Nullitatis matrimonii, ex capite impotentiae viri,* coram R. P. D. A. Jullien.

Attenta renuntiatione partis actricis, R. P. D. Ponens, decreto diei 17 Aprilis 1935, eadem renuntiatione admissa, statuit expensas compensandas esse inter partes et acta in archivo reponenda.

XVI. MELDEN. - ***Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram R. P. D. F. Guglielmi.**

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, ad normam can. 1736, R. P. D. Ponens, audito vinculi Defensore, declaravit appellationem, ab actrice interpositam, adversus sententiam Tribunalis Parisiensis diei 19 Septembris 1932, esse desertam, decreto diei 24 Aprilis.

XVII. VARSAVIEN. - ***Separationis,* coram R. P. D. S. Janasik.**

Attento obitu actoris, causam esse unitam et acta reponenda esse in archivo R. P. D. Ponens declaravit per decretum diei 26 Aprilis.

XVIII. N. N. - *Nullitatis matrimonii, ex capite impotentiae mulieris,* coram Excmo M. Massimi, Decano, Ponente.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, appellationem interpositam adversus sententiam Rotalem diei 17 Iulii 1933 esse desertam et acta ponenda esse in archivo, Excmus D. Ponens declaravit per decretum diei 27 Aprilis.

XIX. CONSTANTINIANA. - ***Nullitatis matrimonii, super reiectione libelli,* coram R. P. D. A. Jullien.**

RR. Patres de Turno, legitime coadunati die 1 Maii ad solvendam quaestionem incidentalem, de recursu actricis adversus reiectionem libelli decretam die 19 Martii 1935, censuerunt respondendum: Libellum esse illegitime reiectum, in casu.

XX. LIMBURGEN. - *Nullitatis matrimonii, ex capite defectus consensus ob amentiam mulieris,* coram R. P. D. P. Guglielmi.

Cum uxor supremum diem obierit, R. P. D. Ponens, audito vinculi Defensore, acta in archivo reponi iussit, decreto die 15 Maii.

XXI. B'EROLiNEN. - *Nullitatis matrimonii, ex capite conditionis appositae,* coram R. P. D. Wynen.

RR. Patres de Turno, legitime congregati ad definiendam quaestionem praeiudicialem de admittenda, vel minus, nova instantia, non obstante duplici sententia conformi negativa, die 25 Maii declaraverunt : « Cum nova eaque gravia argumenta ad normam can. 1903 prolata non sint, ulterior causae propositio admitti non potest)).

XXII. LUGDUNEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram R. P. D. A. Wynen.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, appellationis instantia, ad normam can. 1736, declaratur deserta a R. P. D. Ponente decreto diei 29 Maii 1935.

XXIII. N. N. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* coram R. P. D. D. T. Heard.

Cum per annum" et amplius nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens decreto diei 6 Iunii appellationem desertam declaravit et acta in archivo reponi mandavit.

XXIV. ALBIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob defectum consensus,* coram R. P. D. G. T. Heard.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens decreto diei 6 Iunii appellationem desertam declaravit, actaque in archivo reponi mandavit.

XXV. ROMANA. - *Solutionis. Incidentis super competentia N. S. O.,* coram R. P. D. A. Jullien.

Actore appellante a decreto Rotali diei 21 Martii 1935, quo declaratum est S. R. Rotam esse incompetentem in prima instantia, in casu, Patres de Turno sequenti, die 8 Iunii 1935, audito Promotore Iustitiae, attento quod pars conveniendi est Congregatio votorum simplicium, iuris pontificii, non exempta, confirmaverunt decretum, in casu.

XXVI. BOIANEN. - *Crediti,* coram R. P. D. P. Guglielmi.

Cum pars litigans mortem obierit, causa nondum conclusa, R. P. D. Ponens, vi art. 121 Normarum S. R. Rotae, instantiam interruptam

declaravit et standum esse praescripto can. 1733, I°, et art. 79 § 1 Normarum iussit, decreto diei 14 Iunii.

XXVII. N. N. - *Dispensationis super rato,* coram Excmo M. Massimi, Decano, Ponente.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum et ultra, Excnìus Decanus, decreto diei 21 Iunii, appellationem a sententia Rotali diei 20 Ianuarii 1933 esse desertam declaravit, actaque in archivo reponi mandavit.

XXVIII. VILNEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram R. P. D. F. Morano.

Attento obitu conventi, causa habetur pro finita. Ideo, R. P. D. Ponens acta in archivo reponi mandavit, decreto diei 5 Iulii.

XXIX. N. N. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusum bonum prolis,* coram R. P. D. G. T. Heard.

Cum per annum nullus actus processualis positus sit, R. P. D. Ponens decreto diei 11 Iulii, appellationem esse desertam declaravit, actaque in archivo reponi mandavit.

XXX. N. N. - *Nullitatis matrimonii, ob exclusam indissolubilitatem et unitatem atque ob exclusum bonum prolis,*coram R. P. D. G. T. Heard.

Cum per annum nullus actus processualis positus sit, R. P. D. Ponens decreto diei 11 Iulii appellationem desertam declaravit, actaque in archivo reponi mandavit.

XXXI. CARNTJTEN. - *Nullitatis matrimonii, incidentis de ulterioris instantiae admissione,* coram R. P. D. F. Guglielmi.

PP. Auditores de Turno quoad quaestionem incidentalem de ulterioris instantiae admissione, die 26 Iulii decreverunt : Ulteriorem causae propositionem non admitti.

XXXII. PARISIEN. - *Nullitatis matrimonii, ex capite conditionis appositae,* coram R. P. D. I. Grazioli.

Cum nullus ab actrice intra tempus a iure statutum positus fuerit actus ad prosequendam appellationem adversus sententiam Tribunalis Parisiensis diei 6 Ianuarii 1932, R. P. D. Ponens, ad normam can. 1736 appellationem desertam declaravit, actaque in tabulario S. T. reponi iussit, decreto diei 27 Iulii.

XXXIII. SORRENTINA. - *Nullitatis matrimonii, ex capite clandestinitatis,* **coram R. P. D. A. Jullien.**

Actore instante ut causa remitteretur ad ordinarium tribunal appellationis, R. P. D. Ponens, cum causa esset adhuc integra, audito Defensore Vinculi, decrevit die 31 Iulii annuendum petitioni actoris.

XXXIV. VENAPREN. - *Nullitatis matrimonii, od vim et metum,* **coram R. P. D. S. Janasik.**

Cum R. D. Vinculi Defensor penes S. T. ad tramitem can. 1987 pro sua conscientia prosequendam non censuerit appellationem interpositam contra sententiam diei 13 Aprilis 1935 Tribunalis Capuani, qua sententia a Tribunali Venafrensi die 5 Aprilis 1934 pro matrimonii nullitate lata confirmatur, R. P. D. Ponens decreto 5 Augusti appellationem desertam declaravit itemque ius esse coniugibus ad novas nuptias transeundi.

XXXV. CZENSTOCHOVIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. H. Quattrocolo.**

Cum reus conventus supremum diem obierit, R. P. D. Ponens decreto diei 6 Augusti acta in archivo reponi mandavit.

XXXVI. ALBANEN. - *Nullitatis matrimonii, ex capite defectus consensus ob amentiam mulieris,* **coram R. P. D. A. Wynen.**

Cum per biennium nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, ad normam can. 1736 instantiam esse peremptam declaravit decreto diei 6 Augusti.

XXXVII. MARIANOPOLITANA. - *Iurium seu crediti, incidentis de restitutione in integrum,* **coram R. P. D. F. Guglielmi.**

RR. Patres Auditores de Turno, legitime coadunati ad solvendum incidentem circa novum memoriale a parte actrice exhibitum, viso dicto memoriali diei 19 Iunii 1935, praehabito voto R. D. Promotoris Iustitiae, Patres iam functos esse munere suo, in casu respondendum statuerunt, decreto diei 10 Augusti.

XXXVIII. SYRACUSANA. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* **coram R. P. D. A. Jullien.**

Cum actor supremum diem obierit, R. P. D. Ponens, die 5 Octobris decrevit ut acta ponerentur in Archivo, declarata causae peremptione.

XXXIX. BARCINONEN. - *Nullitatis matrimonii, ex capite defectus consensus,* **coram R. P. D. A. Wynen.**

Attento obitu partis conventae, R. P. D. Ponens, decreto 7 Octobris, causam finitam esse declaravit et acta in archivo reponi iussit.

XL. PARISIEN. - ***Nullitatis matrimonii, ex capite conditionis appositae,* coram R. P. D. F. Guglielmi.**

Cum agatur de causa in gradu appellationis a sententia Rotali et nullus actus processualis, quin aliquod obstiterit impedimentum, positus fuerit per mensem et ultra, R. P. D. Ponens, audito etiam Defensore Vinculi, decreto die 7 Octobris, appellationem desertam esse declaravit, iuxta Normas S. R. Rotae Trib. art. 81, § 4 et art. 82.

XLI. RHEDONEN. - ***Diffamationis {incidentis),* coram R. P. D. A. Jullien.**

Cum actor nullum actum processualem posuerit per annum, R. P. D. Ponens acta reponi in archivo decrevit, die 8 Octobris.

XLII. LUGDUNEN. - ***Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram R. P. D. A. Jullien.**

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, appellationem esse desertam, die 14 Octobris declaravit.

XLIII. VERSALIEN. - ***Nullitatis matrimonii, ex capite conditionis appositae,* coram R. P. D. A. Wynen.**

Cum R. D. Defensor vinculi H. g. T. declaraverit se recedere ab appellatione interposita a Defensore vinculi Curiae dioecesanae adversus alteram conformem definitivam sententiam, qua declaratum est constare de matrimonii nullitate in casu, R. P. D. Ponens die 8 Octobris decrevit instantiam esse finitam ideoque ad normam canonis 1987 coniugibus ius esse ad novas transeundi nuptias.

XLI V. S. MINIATI. - ***Nullitatis matrimonii {incidentis),* coram R. P. D. A. Jullien.**

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens die 16 Octobris decrevit recursum adversus decretum Curiae S, Miniati esse desertum.

XLV. CATANEN. - ***Iurium,* coram R. P. D. A. Jullien.**

Oppositione facta a parte conventa adversus decretum Turni Rotalis diei 16 Aprilis 1935 quo pronuntiatum est expensas compensandas inter partes, excepta Decreti taxa, idem Turnus Rotalis, diei 21 Octobris, visis cc. 1913, 1910, 1911 rescripsit : In decisis.

XL VI. S. IACOBI DE CHILE. - *Nullitatis matrimonii, ex capite.vis et metus,* coram Excmo M. Massimi, Decano.

Inutiliter elapsis fatalibus appellationis coram iudice ad quem, decreto diei 28 Octobris declaratur deserta, ad normam can. 1886, appellatio interposita a patronis actricis, adversus Rotalem sententiam diei 12 Ianuarii 1935.

XL VII. BEROLINEN. - *Nullitatis matrimonii, ob vim et metum,* coram R. P. D. F. Guglielmi.

Cum actrix in causa supremum diem obierit, R. P. D. Ponens audito voto Defensoris vinculi, iussit ut acta in archivo reponerentur, decreto diei 30 Octobris 1935.

XLVIII. ZAGRABIEN. - *Separationis,* coram R. P. D. F. Bracci.

Visa renuntiatione partis actricis, R. P. D. Ponens renuntiationem admittens die 30 Novembris 1935 iussit ut acta in archivo ponerentur.

XLIX. VARSAVIEN. - *Separationis,* coram Excmo M. Massimi, Decano.

Cum nullus actus processualis positus fuerit per annum, appellatio interposita a rea conventa, adversus sententiam Tribunalis Lublinensis diei 2 Octobris 1934, decreto diei 11 Decembris, declaratur deserta ad normam can. 1736.

L. OENIPONTANA. - *Nullitatis matrimonii, ob voluntatem contra indissolubilitatem,* coram R. P. D. A. Jullien.

Attenta morte conventi, causam esse finitam et acta reponenda esse in archivo R. P. D. Ponens declaravit per decretum diei 13 Decembris 1935.

LI. N. N. - *Nullitatis matrimonii (incidentis),* coram R. P. D. F. Guglielmi.

Quoad appellationem ab actrice interpositam adversus decretum Tribunalis Curiae diei 16 Martii 1935, quod reiecit instantiam pro inquisitionis supplemento, Turnus Rotalis diei 20 Decembris, decrevit : Petitum inquisitionis supplementum esse concedendum, omnino tamen excluso testimonio DM X., et servatis cautelis a iure praescriptis, praesertim quoad interrogatoria a Defensore vinculi exhibenda, ad normam can. 1968, in casu.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, ¥1 Febbraio 1936, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Francis D'Arc y Godolphin Osborne, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Gran Brettagna, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Lunedì, 2 Marzo Ì936, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Dott. José René Morales y Valcarcel, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica di Cuba, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 3 Marzo 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'Augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa della Ven. Serva di Dio Maria Giuseppa Rossello.

Martedì, 17 Marzo 1936, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Segura y Saenz, Ponente della causa di Canonizzazione del Beato Andrea Bobola, Martire, della Compagnia di Gesù, si è tenuta la Congregazione *Antepreparatoria* dei Sacri Riti, nella quale si è discusso il dubbio sopra due miracoli, che si asseriscono da Dio operati per intercessione del medesimo Beato e che vengono proposti per la sua Canonizzazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

2 Dicembre 1935. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore delle « Esclavas del Corazón de Jesus Argentinas »* (Cordoba).

24 Febbraio 1936. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Carità della Beata B. Capitanio* (Milano).

Assistenti al Soglio Pontificio:

22 Febbraio 1936. S. E. Revma Monsig. Augusto Alvaro De Silva, Arcivescovo di S. Salvatore della Bahia.

3 Marzo » S. E. Revma Monsig. Giulio Giuseppe Cenez, Vescovo tit. di Nicopoli d'Armenia.

10 » » S. E. Revma Monsig. Domenico Spolverini, Arcivescovo tit. di Larissa.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

27 Settembre 1935. Monsig. Giuseppe Luigi Espinola Cobo, dell'archidiocesi di Santiago del Chile.

13 Gennaio. 1936. Monsig. Guglielmo Keuenhof, della diocesi di Kansas City.

» » » Monsig. Eugenio Tisserant (Roma).

» » » Monsig. Giovanni Antonietti, della diocesi di Pergola.

9 Marzo » Monsig. Raffaele Salucci, della diocesi dei Marsi.

Prelati Domestici di S. S. :

25 Novembre 1935. Monsig. Giuseppe Curry, dell'archidiocesi di Halifax.

24 Gennaio 1936. Monsig. Ludovico Baranyay, della diocesi di Cassovia.

» » » Monsig. Aurelio Giuseppe Vécsey, della medesima diocesi.

25 » » Monsig. Domenico Bartolomei, della diocesi di Urbanía.

» » » Monsig. Giovanni Giuseppe Pacella, della diocesi di Alife.

» » » Monsig. Giovanni Hynes, della diocesi di Elphin.

27 » » Monsig. Guglielmo L. Farrell, della diocesi di Scranton.

» » » Monsig. Martino J. O'Connor, della medesima diocesi.

» » » Monsig. Erberto Francesco Hillenmeyer, della diocesi di Covington.

» » » Monsig. Martino Riccardo Delaney, della medesima dioeesi.

» » » Monsig. Carlo Luigi Woeste, della medesima diocesi.

» » » Monsig. Ignazio M. Ahman, della medesima diocesi.

27 Gennaio 1936. Monsig. Michele Leick, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Paolo Diemer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tommaso Giuseppe Me Caffrey, della medesima diocesi.
28 » » Monsig. Giovanni Maria Giuseppe Chamoton, della diocesi di Belley.
» » » Monsig. Giuseppe Luigi Breslin, dell'archidiocesi di New York.
4 Febbraio » Monsig. Antonio Cerasuolo, della diocesi di Pozzuoli.
6 » » Monsig. Giovanni Bégne, della diocesi di Liíla.
» » » Monsig. Antonio Relia (Roma).
12 » » Monsig. Giovanni Ferraro (Roma).
24 » » Monsig. Salvatore La Cava, dell'archidiocesi di Catanzaro.
27 » » Monsig. Adriano Clergeac, dell'archidiocesi di Auch.
» » » Monsig. Natale Lalaguë, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Marmont, della medesima archidiocesi.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, ii S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

9 Maggio 1935. Monsig. Riccardo Smith, della diocesi di Lancaster.
22 Agosto » Monsig. Pio Jung, dell'archidiocesi di Praga.
24 » » Monsig. Giovanni Tul, dell'archidiocesi di Gorizia.
21 Novembre » Monsig. Domenico Lovari, della diocesi di Cortona.
28 Gennaio 1936. Monsig. Tommaso Solari, dell'archidiocesi di Buenos Aires
» » » Monsig. Fabiano Maulion, della medesima archidiocesi.
30 » » Monsig. Guido Roffi (Roma).
2 Febbraio » Monsig. Orlando Malfranci, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
6 » » Monsig. Edmondo Tobisch, della diocesi di Leitmeritz.
13 » » Monsig. Luigi Valetto, della diocesi di Civita Castellana.
27 » » Monsig. Francesco Bolek, dell'archidiocesi di Olomouc.
» » » Monsig. Antonio Janda, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Domenico Willner, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Ripka, della medesima archidiocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

8 Dicembre 1935. Il sig. Conte Guido Casale de Bustis y Figoroa (Roma).
30 Gennaio 1936. Il sig. Giacomo Alfonso Antonio De Gruyter, della diocesi di Bois-le-Duc.
27 Febbraio » Il sig. comm. Orlando Guerreiro de Castro, dell'archidiocesi di Rio Janeiro.

Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S. :

U	*Giugno*	*1934.*	**Monsig. Tommaso Pothacamury, dell'archidiocesi di Madras.**
26	*Dicembre*	*1935.*	**Monsig. Pasquale Leone, della diocesi di Sulmona.**
3	*Gennaio*	*1936.*	**Monsig. Saverio Mastini, della diocesi di Viterbo.**
13	*Febbraio*	»	**Monsig. Francesco Trusso, della diocesi di Patti.**
»	»	»	**Monsig. Calogero Franchina, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Donato Mantineo, della medesima diocesi.**
15	»	»	**Monsig. Pietro Dell'Acqua, dell'archidiocesi di Milano.**
27	»	»	**Monsig. Vladimiro Worel, dell'archidiocesi di Olomouc.**
»	»	»	**Monsig. Teodoro Vavrusa, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Zenone Jokl, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Vincenzo Horák, della medesima archidiocesi.**

Cameriere d'Onore di Spada e Cappa di numero di S. S.

25 Ottobre 1935. **Il sig. prof. Angelo Silvagni (Roma).**

Cameriere d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

29 Febbraio 1936. **Il sig. dott. Vladimiro M. Hruban, dell'archidiocesi di Olomouc.**

Cappellani Segreti d'onore di S. S. :

29 Gennaio 1936. **Monsig. Giuseppe Abram, dell'archidiocesi di Gorizia.**
13 Febbraio » **Monsig. Pietro Benavides, dell'archidiocesi di Mexico.**

An. et vol. XXVIII 30 Aprilis 1936 (Ser. II, v. III) - Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

OCEANIAE CENTRALIS

E VICARIATU APOSTOLICO OCEANIAE CENTRALIS TERRITORII PARS DISTRAHITUR, EX QUA NOVUS VICARIATUS APOSTOLICUS INSULARUM WALLIS ET FUTUNA ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quidquid fidei propagandae et christifidelium aeternae saluti eorumque regimini magis convenire videtur ut sollicite praestamus Nos urget supremi apostolatus munus, divinitus Nobis commissum. Iamvero quum venerabilis Frater Ioseph Felix Blanc, Episcopus titularis Dibonënsis, Oceaniae Centralis Vicarius Apostolicus, iterum atque iterum a Nobis enixe postulaverit, ut e latissimo sui Vicariatus territorio distraherentur insulae *de Wallis et Futuna,* et ex earum territorio novus efformaretur Vicariatus Apostolicus, ea potissimum ratione, quod nimius illae distant a vicariatus sede, ad quam perdifficilis quoque est accessus. Nos autem, praehabito venerabilis Fratris Philippi Bernardini, Archiepiscopi titularis Antiocheni in Pisidia et in Australasia tunc Delegati Apostolici, favorabili voto, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, oblatis precibus praefatis libenter annuere statuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit,

vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine e Vicariatu Apostolico Oceaniae Centralis totum territorium Gallicae dicioni subiectum, insulas scilicet *Wallis, Futuna, Alofi* ét circumstantes scopulos distrahimus, et exinde novum Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus; eumque *Insularum Wallis et Futuna* nomine appellari volumus atque Societati Mariae, cuius solertissimi sodales iam ab anno millesimo octingentesimo septimo et tricesimo in insulis illis adlaborantes universum populum ad fidem adduxerunt, etiam in posterum, ad Sanctae Sedis tamen beneplacitum, tenore praesentium concredimus. Novo proinde huic Vicariatui Apostolico Insularum Wallis et Futuna eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Vicarii iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent; eosque omnibus pariter adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel ofiieio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quinto, die undecima mensis Novembris, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI P. Card. FUMA SONI BIONDI
Cancellarius B. R. E. *8. C. de Propaganda Fide Praef.*

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apostolicorum.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £& Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. Uli, n. 68 - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM DEI GENITRICI, ANGELORUM REGINAE, IN URBE CARTAGO, INTRA FINES ARCHIDIOECESIS S. IOSEPHI DE COSTARICA DICATUM, TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DECORATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Constat ex pluribus JU... ~*.*e* praeclaris documentis Rempublicam Costaricensem summa religione colere Beatissimam Virginem Mariam eamque peculiari honore prosequi. Et revera a S. Ioseph, Dei Genitricis inclito sponso, nomen habet urbs, caput eiusdem Reipublicae; atque in urbe ipsa S. Iosephi praeter Cathedralem Ecclesiam, quae Mariae sine originali labe conceptae dicata est, cetera etiam paroecialia tempia in honorem Virginis Matris a Mercede, a Solitudine, a Doloribus, a Monte Carmelo nuncupatae erecta fuerunt. Inter plurima vero alia templa quae in territorio totius Reipublicae de Costarica Deiparae Sanctissimae sunt sacra, principem locum tenet sacra aedes in civitate « Cartago » dicata Beatae Mariae Virgini, Angelorum Reginae, cuius insignem imaginem magna veneratione et singulari pietate omnis populus costariçensis a pluribus saeculis colit et fovet. Ipse autem Reipublicae eiusdem constituendae conventus a. MDCccxxiv Beatam Virginem ab Angelis Patronam totius Nationis renuntiavit et anno MCMXXIV, saeculo primo exeunte ab hac solemni renuntiatione, eiusdem Virginis Imago a Ven. Capitulo Patriarchalis Vaticanae Basilicae S. Petri aureo diademate redimita est. Templum vero, quod diximus, a terraemotibus pluries dirutum, pluries restitutum est; donec anno Domini MCMX, urbe Cartago pene funditus eversa, singulari studio et solidiori structura ipsa sacra aedes denuo aedificari coepit. Cum iam opus perfectum sit feliciter et Sanctuarium Marianum, quod pluribus pretiosisque christifidelium votivis donariis ditatur in eo sit ut sollemni ritu consacretur, venerabilis Frater Otto Raphaël Castro, Archiepiscopus S. Iosephi, sui ipsius, omniumque aliorum Sacrorum Antistitum Reipublicae de Costarica vota exponens, Nos rogavit ut appropinquantibus diebus festis et sollemnibus B. M. Virginis ab Angelis in urbe Cartago, Templum Dei Genitrici, Angelorum Reginae, dicatum, ad dignitatem Basilicae Minoris evehere dignemur. Nos autem cum compertum habeamus nullam aliam ecclesiam in tota Republica de Costarica huiusmodi honore esse decoratam, cumque Archiepi-

scopus S. Iosephi, quem supra laudavimus, Nobis referat praefatum Sanctuarium Mariae ab Angelis ab omnibus fidelibus, qui frequentes devote illud celebrant, Basilicae nomine vocari, ultro libenterque oblatis Nobis precibus et votis annuendum censuimus, ut christifidelium Reipublicae de Costarica pietas filialis erga Virginem et Matrem, gratiarum omnium apud Deum sequestram, magis magisque augeatur. Quae cum ita sint, audito dilecto filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi praeposito, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium litterarum tenore perpetuumque in modum, Ecclesiam sive Sanctuarium Costaricense Beatae Mariae Virginis ab Angelis in civitate Cartago, intra fines archidioecesis S. Iosephi de Costarica, titulo, honorificentiis ac privilegiis Basilicae Minoris decoramus, cum omnibus privilegiis atque honorificentiis, quae iuxta decreta et morem, ecclesiis hoc titulo honestatis competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces semper extare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinet, seu pertinere poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Iulii, a. MCMXXXV, Pontificatus Nostri decimoquarto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

RHEDONENSIS ARCHIDIOECESIS SANCTUS MELANIUS EP. PATRONUS PRINCIPALIS DECLARATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Paterna caritas, qua christifideles omnes complectimur, Nos instanter admonet ut iugiter eorum spirituali emolumento ac profectui, quantum in Domino possumus, consulamus, ac propterea votis Episcoporum quam prime concedamus, quae ad hunc frugiferum finem spectant. Quapropter cum Rhedonensium in Gallia Archiepiscopus, nomine quoque Capituli Cathedralis suae nec non fidelium archidioecesis, enixas Nobis preces adhibuerit ut Sanctum Melanium Rhedonensium Episcopum declarare dignemur Patro-

num principalem archidioecesis eiusdem, ac supplicationes votaque memorata commendationibus suis amplissimis auxerit Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis nunc Pro-Nuntius Noster in Gallia, ultro libens terque precibus ad Nos admotis concedendum censemus. Fidelibus enim devotisque cultu ac memoria Rhedonenses ipsum Sanctum Episcopum continenter venerati sunt et colunt, illiusque patrocinio in necessitatibus suis gavisi sunt. Conlatis itaque consiliis cum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, harum Litterarum tenore, auctoritate Apostolica Nostra Sanctum Melanium, Rhedonensium Episcopum, archidioecesis Rhedonensis apud Deum constituimus et declaramus principalem *Patronum,* omnibus adiectis iuribus privilegiisque liturgicis quae huiusmodi Patronatui coelesti rite competant. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, memorataeque archidioecesi Rhedonensi nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XII m. Februarii, an. MCMXXXVI, Pontificatus Nostri decimoquinto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. PATRICIUM IOSEPHUM TIT. S. MARIAE IN VIA S. R. E. PRESBYTERUM CARD. HAYES, ARCHIEPISCOPUM NEO-EBORACENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONVENTUM EUCHARISTICUM EX OMNIBUS AMERICAE SEPTEMTRIONALIS CIVITATIBUS CLEVELANDIAE HABENDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Allatum est Nobis, proximo Septembri mense Conventum Eucharisticum ex omnibus Americae Septemtrionalis Civitatibus in perillustri urbe Clevelandensi habitum iri. Qui quidem Congressus, ut libenter etiam audivimus, suasore et impulsore Clevelandensi ipso Episcopo, primus

erit novae seriei Coetuum ex tota Republica Eucharisticorum, qui in posterum quarto quoque anno peragendi proponuntur. Optima sane consilia et maxime salutaria ! Quid enim huiusmodi congressionibus cogitari potest congruentius atque efficacius ad excitandam acuendamque christiani populi in Augustum Sacramentum pietatem ac dilectionem? Quare Nos Ipsi ex animo vehementerque gratulamur, quum de initis consiliis, tum de singulari studio quo proxima sollemnia apparantur, ut amplissimi honores caelesti Regi, sub Eucharisticis velis delitescenti, maxima fidelium observantia atque frequentia exhibeantur. Ad augendam vero sacrae huius celebrationis sollemnitatem, non modo paterna Nos laude et confirmatione, sed intima quoque participatione et ipsa per Legatum Nostrum praesentia eidem adesse exoptamus. Quapropter te, Dilecte Fili Noster, qui, splendore Romanae purpurae decoratus, tam clarae tamque augustae Ecclesiae moderaris, ac tanta inter catholicos ceterosque etiam cives existimatione, pro tua prudentia et caritate, perfrueris, Legatum Nostrum deligimus ac renuntiamus, ut Nostram gerens personam, Eucharistico Clevelandensi Conventui Nostra auctoritate praesideas. Hac quidem Legatione pro certo habemus ita te perfuncturum, ut sacris ritibus plurimum dignitatis maiestatisque adiiciatur, et non minus coetuum laboribus sapientiae atque efficacitatis accedat. Felicem ceteroquin exitum vel ea portendunt, quae in ipsis coetibus disceptando erunt de magni ponderis argumento, quod est « Eucharistia, Actionis Catholicae fons et afflatus perennis ». Id enim et cogitatu iucundum et factu perutile persequi Congressio videtur, ut christianae fidei in singulis actio vitae plane respondeat, omnesque ita collatis viribus agant, ut ea, quam retinent, fides ad rei publicae salutem plurimum habeat momenti. Quod quidem futurum sine dubio erit, si christianae caritatis ignem ex Corde sacratissimo Christi Iesu, sub Eucharisticis speciebus latentis, boni isti fideles et abunde capiant et magis foveant quotidie. Caelestium interea luminum gratiarumque auspex, paternaeque dilectionis Nostrae testis Apostolica esto Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, egregio Clevelandensi Episcopo ceterisque Praesulibus, pariterque civilibus Magistratibus et iis universis, qui Clevelandiam conventuri tecum sunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die xx mensis Augusti, anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. SEBASTIANUM TIT. SS. BONIFACII ET ALEXII S. R. E. PRESB. CARDINALEM LEME DE SILVEIRA CINTRA, ARCHIEPISCOPUM S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII, ATQUE AD CETEROS RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS BRASILIAE. DE ACTIONE CATHOLICA APTIUS PROVEHENDA.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quamvis Nostra de Actione Catholica mens, in primis iam Litteris Encyclicis « Ubi arcano Dei » proposita, pluribus deinde editis documentis aperte declarata sit, tamen, votis nunc vestris libentissime adnuentes et optatis praesertim obsecundantes, quae, cum Romam haud ita pridem venisses, Nobis aperuisti, peculiaria vobis verba de re tam gravi facienda censuimus. Ita enim clarius patebit, quantopere Nos adiutricem operam aestimemus, quam laici ecclesiasticis viris praebere possint, non modo ut fidei veritatem christianosque mores ab insidiis undique minantibus tueantur, verum etiam ut ipsi, Pastorum ductu, validissimum efficiantur auxilium ad rem religiosam civilemque magis magisque perficiendam.

Illud autem Nobis apprime persuasum est Actionem Catholicam esse gratiam Dei singularem tum fidelibus, qui ad suam cum ecclesiastica Hierarchia industriam propius consociandam advocantur, tum Episcopis presbyterisque, qui in sacro munere satius quotidie latiusque obeundo adiutores idoneos inter Actionis Catholicae ordines semper invenient. Quis enim non cernit, apud ipsas catholicas gentes, clericorum copiam omnibus fidelium necessitatibus non suppetere? Atque .in ista quoque dilecta natione, ubi Dei religio ac pietas sane excoluntur, quotiens tu, Dilecte Fili Noster, fuique in episcopatu Conlegae exiguum sacerdotum numerum, praesertim saecularium, conquesti vehementer estis, in ista, inquimus, regione, quae, natura locorumque situ atque ingenti ipsa amplitudine, maiorem profecto clericorum ubertatem, quam alibi, expostulat?

Quid, quod nunc temporis tot sacro ministerio difficultates obsistunt, tot curae incumbunt, ut Dei ministri universos christifideles in sacerdotali munere obeundo plerumque attingere nequeant? Quid, quod integritas fidei morumque in periculis omne genus quotidie augescentibus versatur, apud praecipuas praesertim nationes, uti in Brasilia, ubi, una cum tot bonis tantisque utilitatibus, tam multa infandaque pullulant germina maiorum? Nos quidem novimus quanta apud vos cura ecclesia-

sticae vocationes excitentur atque foveantur, et clericorum seminaria ad nobilissimum, quem spectant, finem magis in dies idonea reddantur. Huius curae studiique vestri praeclarum documentum exstat Brasilianum in Urbe clericorum Collegium, auspiciis vestris opibusque conditum, quod pontificio nomine exornatum tantopere Nobis, uti scitis, cordi est. Eiusmodi sane labores, caelesti gratia irrorati, indubiam in posterum bonorum fructuum segetem profèrent. At vero quanto eorum copia exstabit ditior, si prope manipulos sacerdotum — qui quidem optamus, ut minus atque minus impares ad opus magis magisque ingens efficiantur — densa glomerabunt agmina probi fidique laici, qui sacerdotibus praesto sint ad eorum munus praeparandum vel complendum, vel, si quibusdam in rebus opus fuerit, nonnullis in partibus, uti in religiosa puerorum institutione, etiam supplendum!

Verumtamen in praeclaro hoc certamine, ad regnum Christi tuendum atque amplificandum indicto, necesse omnino est, aeque ac ceteris in proeliis éxercitibusque, ut milites ordine, ratione, consilioque procedant. Haud itaque iniucunda vobis erunt monita ac praecepta, hisce litteris breviter comprehensa, quae Nobis suaserunt non modo perspectae rerum vestrarum condiciones ac peroptati — in hoc ipso campo — vestri successus, verum longa quoque experientia, quae adiumenta ad propositum finem maxime in singulis nationibus consentanea Nobis ante oculos fere posuit.

Ac primo quidem vos hortamur, ut omni studio ad eorum formandos effingehdosque animos incumbatis, qui in Actionis Catholicae agminibus militare velint; horum namque institutio de re religiosa, morali ac sociali ad apostolatum hac aetate efficaciter obeundum perquam necessaria videtur. Itaque initio, non ingentes coacervandae fidelium copiae, sed parvae quaedam cohortes seligendae, quae doctrina usuque praeditae, evangelici fermenti vi totam massam fervefaciant attollantque. Neque vero res ardua erit in singulis paroeciis salutare hoc aggredi opus, molles praesertim fingendo animos puerorum ad christianas excolendas virtutes; at iuvenes quoque, spes ecclesiae patriaeque surgentes, et ipsi viri, quibus tum domestica tum civilis fulcitur societas, ad catholicas sodalitates industriose ciendi.

Illud vero etiam atque etiam commendandum, ut initae consociationes non modo felici vivant concordia, verum aptissime ad unum copulentur : sodalicia nempe paroecialia, dioecesana consiliumque nationale dirigens, omnia congruenter viñeta atque contexta sunto. Ut membra scilicet corporis unius, ita invicti exercitus cohortes. Virium compactio non dissipatio ; non fortuitus quidam operum concursus, sed ordinata ad

commune bonum conspiratio, non singularum partium sponte egerminantis florentisque vitae compressio, sed progrediens artuum viriumque auctus, ita ut decor et venustas cum apta membrorum compositione in toto corpore eniteant.

Incongruum ergo graviterque noxium esset, si in paroeciis, si in dioecesibus ad consequenda eadem fere, quae Actioni Catholicae proponuntur, aliae constituerentur fidelium sodalitates, nullo prorsus nexu vinctae nullamque omnino cum Actione Catholica rationem habentes, vel, eo deterius, cum ipsa misere contendentes. Ita enim singularia çommoda, quae parvo fidelium numero ea sodalicia parèrent, gravissimo sane eliderentur damno, quae ex dissipatione ac dissolutione catholicarum virium vel conflictu proficiscerentur; quae quidem vires, hisce quidem temporibus, sub Pastorum ductu concordes omnino et colligatae, ut superius diximus, ad Ecclesiae utilitatem exercendae sunt.

Summopere urgenda virium nisuumque unitas minime prohibet, ut, cum varios civium ordines Actio Catholica gremio suo comprehendat, peculiaris singulis cura et institutio tribuatur, ideoque agricolae, opifices, scholastica **artes quaslibet profitentes vel disciplinas callentes ingillatim excolantur. Hoc experiendo valde necessarium comperimus ad praecipuum finem Catholicae Actionis consequendum, qui id maxime spectat, ut quisquis sub eius signis militat ibi acer Christi apostolus existat, ubi exigat vitam. Maxima vero cura in humiliores classes adhibenda, in operarios praesertim agrorumque cultores, quos omni tempore Ecclesia, divini Conditoris premens vestigia, ante omnes diligit atque caros habet, tot miserata labores, quibus illi adsidue urgentur, tantisque anxia periculis, quibus eorum animae, consceleratis turbulentisque doctrinae figmentis inter tenuiores latissime vulgatis, magis magisque periclitantur.**

In hac organorum structura aptanda et componenda id valde expedit, ut colligantur et apparentur in singulis dioecesibus, uti potest, sacerdotes laicorumque manipuli, qui, res divinas edocti, liberalitate animarumque studio flagrantes, devoti Apostolicae huic Sedi Pastoribusque dediti, tamquam alacres Actionis Catholicae praecones, paroecias suae dioecesis vel alterius, si vocentur, iussu Episcoporum frequenter invisent, ad praestantiam atque emolumenta Actionis Catholicae clarissima luce conlustranda, ad recte informandos tanti operis moderatores, sine quibus nulla consociationibus datur vivendi florendive potestas, ad cunctas denique vires omniaque incepta ita disponenda unaque componenda, ut quaelibet consociatio illud ipsum, quod proprie sibi persequitur, sine ceterarum detrimento plane consequatur. In hoc autem apostolatus ge-

nere ipsi quoque seminariorum alumni edoceantur, pariterque mature excolantur sacerdotes recentes, ex iisque nonnulli, perdiscendi gratia, in eas regiones mittantur, ubi Actio Catholica, prosperoque eventu iucundaque fructuum copia, vim suam atque efficaciam manifesto comprobavit.

Quo vero magis in dies idonei efficiantur ad Actionem Catholicam sacerdotes ac religiosi ex utroque sexu et laici fideles, plurimum prodesse censemus, ut frequentes, nunc per diem, nunc per hebdomadam, coetus seu congressus habeantur, ut iam alicubi moris est, addiscendi quidem causa auxiliumque Dei implorandi, non modo ex universa natione, sed etiam ex tota dumtaxat dioecesi vel paroecia, ita ut ii, qui in unum conveniant, per pia exercitia rerumque divinarum meditationes, per lectiones oratioii ~XT(i tempori usuique accommodatas, a peritis rerum socialium et ad Actionem Catholicam pertinentium habitas, et studiose ad apostolatum incendantur, et genuinis Ecclesiae doctrinis haud leviter imbuantur.

Expedit praeterea ad singulos eiusmodi coetus advocare certos sociorum ordines, ut iuvenum, scholasticorum, hominum catholicorum mulierumve, opificum vel eorum qui aliquam artem profitentur, ut medicinam, operam forensem, mercaturam, quaestum etc.; pariterque coetus peculiares conflandi ex sacerdotibus, ex religiosis viris feminisve, ex praeceptoribus ac magistris, etc., ita ut in huius generis congressionibus id potissimum agatur, quod cuiusque consociationis vel ordinis, habita ratione cum religione et apostolatu Actionis Catholicae proprio, quam plurimum interesse videatur.

Bene quidem cognitum est Nobis, Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, nec paucas nec leves, initio praesertim, difficultates huic labori tam nobili ac necessario obstare et officere. Sed ea verba meminisse iuvabit, quae olim Apostolus gentium, divino numine afflatus, proferre non dubitavit : *omnia possum in eo qui me confortât.* Si cuncti igitur ecclesiastici viri laicique fideles, qui in Actionem Catholicam incumbunt, omnem spem. ac fiduciam in Deo reponentes, supernis gratiis plane obsecundaverint et singulis Actionis Catholicae industriis, iis quoque, quae parvi momenti videantur, adsiduam sollertemque operam dederint, cetera quoque auxilia, vel extraordinaria, ad incepta feliciter persequenda a Deo adipiscentur. Contra frustra illi ad novandam christianam civitatem desudabunt, nisi simul aedificabit ipse Deus.

Neque vero tanto operi, praeter divina auxilia, alia quoque adiumenta deesse videntur. Actio enim Catholica numquam alia bonorum genera piaque coepta impedit vel perturbat, nedum destruat ac pes-

sumdet; quin immo omnes boni rectique vias ac rationes excitat, fovet, moderatur; quare ipsa ultro quaerit sociasque sibi addit ceteras vires, institutiones, industrias, quae, licet ab ea seiunctae, ad animarum bonum pari ratione contendunt.

Praevalidum sane amplissimumque Actioni Catholicae adiumentum praestabunt tam multae religiosae ex utroque sexu familiae, quae iam praeclara istic beneficia Ecclesiae attulere. Quod quidem subsidium ipsae semper allaturae sunt, non modo preces Deo iugiter ádmovendo, vero alacrem quoque operam sacerdotibus navando, etiamsi peculiarem animarum curam non acceperint. Singulari vero ratione, tam religiosi quam religiosae Actioni Catholicae favebunt, si ad ipsam ab ineunte aetate pueros puellasve apparare studuerint, quibus in scholis vel conlegiis moderantur. Initio enim adulescentes ad apostolatus studium suaviter alliciendi, deinde, adsiduo diligentique studio cohortandi, ut ineant Actionis Catholicae consociationes, quae, ubi desint, ab ipsis religiosis promoveantur oportet. Nulla profecto ratio, nulla facultas ad erudiendam in Actione Catholica iuventutem magis idonea videtur, quam quae in scholis conlegiisque exhibetur. Haec autem selectae iuventutis institutio toti ipsi gymnasio vel ëphebeo magis erit utilitati; facile enim intelligitur, si lectissimo, saltem ex alumnis in quovis instituto ad christianum apostolatum rite informentur, quale et quantum boni ceteri quoque percepturi sint. At ipsis praecipue adulescentibus proficiet, qui ad Actionem Catholicam apparantur; namque, ut pluries declaravimus, caelesti praemoniti doctrina supernaque virtute roborati, in ipsis consociationibus, aetate maxime lubrica provide obvenientibus, praesidium et iuvamen invenient ad pericula, eaque multa et gravia, media in societate in qua necessario versantur, fortiter subeunda invictoque animo superanda. Hac sane ratione ipsae quoque sodalitates atque instituta, quae ad excolendam pietatem, ad religionis doctrinam latius impertiendam, ad reliqua apostolatus socialis genera fovenda pertinent, auxiliares Actionis Catholicae vires ef&cientur, atque, ambitu cuiusque integre servato, ***concordiam et consensum, ordinatam colligationem, mutuamque intelligentiam,*** **quae saepe saepius commendavimus, auspicato firmabunt.**

Actio igitur Catholica, rite sapienterque disposita, validisque exornata munimentis opibusque instructa, erit profecto exercitus ille pacificus, qui gloriosum certamen suscipiet ad regnum Christi tuendum ac proferendum, regnum nempe iustitiae et pacis et caritatis. Quocirca Actio Catholica, licet cavere debeat, ut ipsa eius postulat natura, ne politicarum partium studia atque commoda persequatur, tamen ad bo-

num totius civitatis re et efficaciter spectat, quum liqueat eandem esse « quandam veluti viam ac rationem, qua ad beneficia omne genus nationibus impertienda utitur Ecclesia » (Epist, ad Card. Bertram, 13 Novembris 1928).

Deum denique instanter precamur, ut frugiferos benigne reddat labores, quos tuque, Dilecte Fili Noster, tuique in Episcopatu Conlegae, sollerti clero selectoque grege auxiliantibus, iugiter exantlatis, ut hoc firmum validumque Actionis Catholicae adiumentum ad bonos mores in societate restituendos ubique constituatur, ita ut quam primum in omnibus dioecesibus praeclara haec agmina cogantur e strenuis militibus, qui Dei Ecclesiaeque iura ac rationes fortiter tueantur et quocumque inducant « sensum Christi », qui et singulis et familiis et societati ipsi civili est prosperi'^tis pignus atque praesidium.

Atque ut incepta \c ~a recte utiliterque procedant, opportuna auxilia a Deo vobis imploramus; quorum quidem praenuntia itemque praecipuae caritatis Nostrae testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, vobisque, Venerabiles Fratres, cunctoque clero et populo cuique vestrum concredito, iis praesertim qui in Actionem Car tholicam operam impendunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvii, in festo Domini Nostri Iesu Christi Regis, mensis Octobris, anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP, XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

***II/ Martii 1936.* — Cathedrali Ecclesiae Sancti Ioannis Canadensis praefecit R. D. Patritium Rray, e Congregatione Iesu et Mariae, rectorem Seminarii in archidioecesi Halifaxiensi.**

— Titulari episcopali Ecclesiae Miletopolitanae R. D. Ioannem Baptistam Hoecht, canonicum cathedralis Ecclesiae Ratisbonensis, quem constituit Auxiliarem Excmi P. D. Michaelis Buchberger, Episcopi eiusdem dioecesis.

***21 Martii.* — Cathedrali Ecclesiae Portus Nationalis R. P. Alanum de Noday, Ordinis Fratrum Praedicatorum.**

***11 Aprilis.* — Titulari episcopali Ecclesiae Pharsaliae R. D. Pium Guizzardi, canonicum honorarium metropolitanae Ecclesiae Bononiensis atque parochum ad S. Mariae a Caritate in civitate Bononiensi, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Ioannis Baptistae S. R. E. Cardinalis Nasalli Rocca a Corneliano, Archiepiscopi Bononiensis.**

***15 Aprilis.* — Metropolitanae Ecclesiae Beneventanae Excmum P. D. Augustinum Mancinelli, hactenus Episcopum Aquinatensem, Soranum et Pontiscurvi.**

II

DESIGNATIONES ORDINARIORUM PRO APPELLATIONIBUS

Excmus P. D. Zenobius Laurentius Guilland, Archiepiscopus Paranensis, ad normam can. 1594, § 2, Codicis Iuris Canonici designavit pro appellatione in secun<>. instantia tribunal Ordinarii S. Iacobi de Estero.

Sacra Congregatio Consistorialis praefatam designationem die 27 Novembris 1935 approbare dignata est.

Excmus P. D. Thomas Muniz Pablos, Archiepiscopus Compostellanus, ad normam can. 1594, § 2, Codicis Iuris Canonici designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Lucensis.

Sacra Congregatio Consistorialis praefatam designationem die 28 Novembris 1935 approbare dignata est.

Excmus P. D. Iacobus Carolus Mac Guigan, Archiepiscopus TorontinuSj ad normam can. 1594, § 2, designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Londonensis.

Sacra Congregatio Consistorialis praefatam designationem, die 12 Decembris 1935, approbare dignata èst.

Emus ac Revmus Dominus Franciscus Assisiensis Vidal Barraquer, Cardinalis Archiepiscopus Tarraconensis, ad normam can. 1594, § 2, Codicis Iuris Canonici, designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Barcinonensis.

Sacra Congregatio Consistorialis praefatam designationem die 20 Februarii 1936 approbare dignata est.

Excmus P. D. Gabriel M. Reyes, Archiepiscopus Nominis Iesu seu Caebuanus, ad normam can. 1594, § 2, Codicis Iuris Canonici designanvit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Iarensis.

Sacra Congregatio Consistorialis praefatam designationem die Iª Aprilis 1936 approbare dignata est.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DECRETUM

DE PIIS FIDELIUM PEREGRINATIONIBUS AD CELEBRIORA SANCTUARIA MODERANDIS.

Inter publicas communesque pietatis christianae in catholica Ecclesia significationes, inde a remotissimis temporibus peculiarem locum sibi iure vindicant piae ad celebriora Sanctuaria, Deo, beatae Mariae Virgini vel Sanctis dicata, peregrinationes, ut quae ad poenitentiam agendam, ad fidem profitendam eandemque firmandam, ad gratiarum actionem pro acceptis divinitus beneficiis reddendam plurimum conferant.

Nil mirum proinde si, auctis hac nostra aetate itinerum facilitate atque commodis, et ipsae piae peregrinationes evaserint frequentiores opera praesertim et sollertia plurium coetuum, qui f ere omnibus in Nationibus ad eas promovendas et moderandas constituti sunt.

Nec quempiam latet quas memoravimus itinerum facilitatem et commoditates illud insimul effecisse, ut etiam itinera multiplicarentur, quae alium in finem, recreandi scilicet animos, vel visendi urbes, vel studia et artes colendi, aliaque id genus unice vel praecipue susciperentur.

Quae quidem rerum temporumque conditio ipsis piis ad Sanctuaria peregrinationibus nonnulla profecto incommoda parere potest, nisi vis moderatrix ecclesiasticae Auctoritatis, ad quam religionis ac pietatis christianae actus moderari unice spectat, opportunam, et, quantum res fert, communem ubique inducat disciplinam.

Quapropter haec S. Congregatio Concilii, probante Ssmo D. N. Pio Pp. XI, locorum Ordinariis mandat ut in memoratis piis peregrinationibus parandis et peragendis serventur normae quae sequuntur:

1. Hae piae peregrinationes characterem vere religiosum semper praeseferant, habeantur et peragantur uti actus ad pietatem christianam pertinentes, atque ab itineribus ob merum solatii finem susceptis probe distinguantur. Quidquid igitur praefato huic fini pio ac religioso minus congruit, omnino arceatur, eaque omnia vitentur, quibus cordici .possit has peregrinationes, religionis quidem specie, re autem vera solatii vel oblectamenti causa praecipue fuisse susceptas.

2. Ius pias peregrinationes promovendi, easque moderandi ad legitimam Auctoritatem ecclesiasticam unice spectat. Nulli igitur coetus, ne

iis quidem exceptis, qui ab Institutis religiosis vel ab eorum sodalibus excitentur, constitui possunt, qui non sint ab eadem Auctoritate vel promoti, vel saltem approbati; omnesq. ea ratione, eoque ordine ac tempore agant quae sint statuta, praesertim si plures coetus eundem finem prosequantur.

3. Eiusdem Auctoritatis ecclesiasticae cura erit ut quaevis pia peregrinatio paretur et ducatur sub moderatione delectorum virorum; nec desit unquam vir ecclesiasticus qui munere fungatur moderatoris spiritualis.

4. In pretiis statuendis, ab his moderatoribus ea ratio servetur ut piae peregrinationes fidelibus quoque tenuioris condicionis patere possint. Nihil igitur ultra a piis peregrinantibus petatur, quam rei exigat prudens administratio, cuiuscumque lucri specie omnino remota.

5. Qui de clero sive saeculari sive religioso sunt in iis quae spectant harum peregrinationum apparatum technicum qui dicitur, ne se immisceant, cum. ea dignitatem ecclesiasticam minus deceant. Committendum igitur erit hoc munus viris laicis, probis et peritis, a quibus id omnino exigatur ut, advigilante Auctoritate ecclesiastica, in iisdem instruendis nihil sit quod earum fini religioso dissentiat, quin imo omnia pietati christianae congruant, eandemque foveant.

Datum Romae, die 11 februarii anno 1936.

I. Card. SERAFINI, *Praefectus.*

L. © S.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI dignatus est sequentes providere Ecclesias :

.13 Ianuarii 1936. — Titulari metropolitanae Ecclesiae Ratiarensi praefecit Excmum P. D. Anselmum Kenealy, hactenus Archiepiscopum Simlensem.

27 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Usinazensi R. D. Franciscum Demont, quem constituit Vicarium Apostolicum de Aliwal.

27 Ianuarii 1936. — Titulari episcopali Ecclesiae Theleptensi, R. D. Paulum Iosephum Biechy, e Congregatione S. Spiritus, quem constituit Vicarium Apostolicum de Brazzaville.

— Metropolitanae Ecclesiae Scodrensi R. D. Gasparem Thaçi.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Sappensi R. P. Nicolaum Vincentium Prendushi, ex Ordine Fratrum Minorum.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Kandiensi R. D. Bernardum Regno, e Congregatione Silvestrina O. S. B.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vesceritanae R. P. Aloisium Georgium Demol, e Congregatione Cordis Immaculati Mariae (de Scheut), quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Augusti Declerq, Vicarii Apostolici de Kassai Superiore.

— Titulari episcopali Ecclesiae Rhodiapolitanae R. P. Ioannem Aloisium Coudert, e Congregatione Oblatorum B. M. V. Immaculatae, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Aemilii Bunoz, Vicarii Apostolici Yuconensis et Principis Rüper ti.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gindarensi R. P. Ruggerum Raphaelem Cazzanelli, ex Ordine Fratrum Minorum, quem constituit Vicarium Apostolicum de Kikow.

10 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Quilonensi R. P. Victorium Dereere, ex Ordine Fratrum Carmelitarum discalceatorum.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

URBIS ET ORBIS

FESTUM SANCTI IOANNIS BOSCO, CONFESSORIS, AB UNIVERSA ECCLESIA, CUM OFFICIO ET MISSA PROPRIA, CELEBRANDUM DECERNITUR.

DECRETUM

Universo christiano populo summae laetitiae fuit, quod sacro recurrente decimonono saeculo a salvifica redemptione, supremos caelitum honores Beato Ioanni Bosco Summus Pontifex Pius Papa XI decreverit. Quo ex tempore non Salesiana Familia tantum sed et quam plurimae dioeceses Eum veluti iuventutis patrem peculiari honore prosecutae sunt. Succrescente vero in dies devotione, ut uberiores sanctitatis fructus in fidelium praesertim iuvenum animis efflorescerent, innumeri sacrorum

Antistites Summum Pontificem Pium Papam XI humillimis et instantibus precibus rogaverunt ut ad universali^^tenderetur Ecclesiam cultus tanti viri, de re catholica optime meriti, few ctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinale Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, in audientia diei 25 martii 1936, vota tot S. R. E. Cardinalium, Archiepiscoporum et Episcoporum benigne excipiens, Festum Sancti Ioannis Bosco, tamquam confessoris non pontificis, ab universa Ecclesia, sub ritu duplici minori, cum officio et missa, huic decreto adiectis, die 31 ianuarii celebrandum decrevit, translato ad diem 28 ianuarii Festo S. Petri Nolasci, confessoris. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Secretaria S. Rituum Congregationis", die 25 Martii 1936.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. ^ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

Die 31 Januarii

SANCTI JOANNIS BOSCO CONFESSORIS

Duplex

IN I VESPERIS

Oratio

Deus, qui sanctum Joannem Confessorum tuum adolescentium patrem et magistrum excitásti, ac per eum, auxiliatrice Virgine Maria, novas in Ecclesia tua familias floréscere voluisti : concede, quaesumus; ut eodem caritatis igne succénsi, ánimas quaerere, tibique soli servire valeamus. Per Dominum.

IN II NOCTURNO

Lectio IV

Joannes Bosco, humili loco natus apud Castrum Novum in Ästen™ sibus atque sanctissime, patre amisso, disciplina materna institutus, mira de se vel a prima aetate porténdit. Ingenio enim mitis atque ad pietatem pronus, singulari se gerebat auctoritate inter aequales, quorum lites dirimere, fáciles rixas componere, turpia verba jocósque lascivos compéscere mature coepit. Tum verbis eos jucundis ad se advocare, ludis preces inserere, quae sacra eloquia in templo audivisset mirabili

sermonis copia ac dulcédine referre, ad Poenitentiae et Eucharistiae sacramenta rite suscipienda puerulos quam primum quamque crebérrime inducere sategit. Oris quoque decor verecundus, morum suávitas, atque innocentissimae vitae candor omnium ánimos ad eum pertrahébant. Licet vero, familiaris rei angùstia, pressus, laborum aerumnarumque plenam adolescéntiam egerit, in id tamen unum hilaris ac Deo fidens contendit, ut sacerdotio augeretur.

Lectio ¥

Voti tandem compos effectus, Cheriénsem civitatem primum, ac dein Augustam Taurinorum petiit, **quo acrius, beato Josépho Cafásso magistro, et in scientia sanctorum proficeret et ad sacram morum doctrinam addiscéndam animum adiungeret. Ibi autem, cum voluntatis inclinatione tum supèrno instinctu incitátus, suum in adulescentulos animum convertit, ut prima iis christianae sapientiae tráderet rudimenta. Quorum cum fieret in dies maior numerus, sedem ad eos coadunándos** stabilem **ac firmam, haud sine caelesti afflatu, ásperis et diuturnis difficultatibus superatis, in illa urbis parte collocavit, quae vulgo Valdócco appellatur, in eamque rem totus incubuit. Paulo vero post, Virgine Deipara auxiliante, quae ei puérulo per visum in somnis futura innuerat, Joannes Salesianórum Societatem instituere decrevit, cujus esset praesertim juveniles ánimas Christo lucrifácere; item novam familiam suscepit constituendam sacrarum virginum, quae, ab Auxiliatrice Dei Matre nuncupatae, adulescentulas dirigerent in vias Domini; quibus demum pium Cooperatorum coetum adjécit ad Salesianórum ópera studio ac pietate fovenda. Itaque brevi factum est, ut permagnam et christianae et civili societati utilitatem afferret.**

Lectio VI

Animarum enim studio flagrans, nulli pepercit labóri nullique impensae, ut festorum dierum asceteria pro adolescentulis, pupillórum hospitia, pusiónum operariorum scholas, &3des pueris alendis, instituendis, templa Deo longe lateque per orbem excitaret. Simul Christi fidem in Subalpinis verbo et exemplo fovere, per totam Italiam óptimos libros conficiendo, edendo, divulgando tutari, Evangelii praecones ad gentes infideles siepius mittendo propagare non desiit. Simplex ac rectus homo Dei, ad omne opus bonum instructus, omnigenis virtutibus floruit, **quas incensissimae caritatis ardor alebat. Mente in Deum constanter erecta ac supernis charismatibus cumulátus, nullis sanctissimus vir, nec minis terróri, nec laboribus fatigári, nec curis opprimi, neque rebus**

adversis perturbari videbatur. Tria autem pietatis officia suis máxime commendavit : ut quam saepissime ad sacram exhomologésim sacrámque synaxim accederent, ut Mariam Auxiliatricem peramanter colerent, ut Pontifici Máximo ceu filii addictissimi obsequerentur. Nec silentio praetereundum est eum, in difficillimis rerum adjunctis, praesto non semel Romano Pontifici adfuisse, ut mala ex legibus contra Ecclesiam eo tempore latis derivata temperáret. Vitae cursum, tot tantisque operibus ac laboribus refértum, confecit pridie kalendas februarias anno salutis millesimo octingentesimo octogésimo octavo, aetatis septuagésimo tertio. Quem multis clarum miraculis Pius Undecimus, Pontifex Maximus, anno millesimo nongentésimo vigésimo nono Beatorum, quinquennio post, die solemni Paschae, decimonono exeunte saeculo a peracta humani generis Redemptione, gentibus ex orbe universo in Urbem confluèntibus, sanctorum ordinibus adserébat.

IN III NOCTURNO

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum

Lectio VII *Cap. 18, 1-5*

In illo tempore : Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes : Quis, putas, major est in regno coelorum? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Ohrisóstomi

Homilia 60 in Matth. Cap. 18

Viden quot modis nos inducat Dominus ad curam vel minorum fratrum? Ne itaque dixeris: iErárius est ille, aut calceórum sutor, agrícola, insipiens, ut ideo despicias illum. Ne enim in illud mali incidas, perpénde quot modis te inducat, ut modeste agas et eorum curam geras. Puerum in medio statuit et ait : Efficiamini ut parvuli : et : Quicumque susceperit parvulum talem, me suscipit : et : Qui scandalizáverit, extréma patietur. Si ergo Deus ita gaudet de párvulo qui repertus est, cur tu despicias eos quos Deus tam sollicite curat, cum oporteret animam ipsam tradere pro uno ex parvulis istis? Tanta quippe est Deo cura de ánima, ut ne Filio quidem suo pepércerit. Quare, obsecro, primo dilúculo cum a domo exiérimus, hunc unum scopum habeamus et hanc praecipue sollicitudinem, ut pericíitántem eripiámus. Non loquor hic de sensibili periculo; hoc enim ne periculum quidem est : sed de periculo animae, quod hominibus parat diábolus.

Lectio VIII

Improbus, inquis, difficile toleratur. Atque ideo debes illi amóre jungi, ut eum a vitio remóveas, ut convértas et ad virtutem reducás. At non obtemperat, inquis, neque consilium admittit. Unde hoc nosti? An exhortatus es et emendare studuísti? Hortátus saepe sum, ínquies. Quoties? Saepius : semel et iterum. Idne saepius vocas? Etiamsi per totam vitam id fecisses, nec deficere, nec desperare oportebat. Non vides quomodo nos Deus semper hortatur per Prophetas, per Apostolos, per Evangelistas? Quid igitur? Num recte operamur? Num in ómnibus obtemperámus? Minime. Num ideo finem fecit admonendi?

Lectio IX

Nihil quippe tam pretiosum est quam ánima : quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur? Verum omnia pervertit et dejécit pecuniarum amor, Deique timorem decussit, sicut tyránnus arcem sic ánimas óccupans. Idcirco et filiorum et nostram negligimus salutem, mnc magna insipiéntia; hinc liberi servis viüóres fiunt. Ecquid de servis loquor? Mulum si quis habeat, multum curat ut agasónem illi optimum provideat, non improbum, non furácem, non temuléntum, non artis suae imperitum : si autem filio paedagógum dare opus sit, casu et sine delectu obvium quemque excipimus; etsi hac arte nulla sit major. Quid par illi arti, quae dirigendae animae et efformandae júvenis menti et indoli incumbit? Qui tali instructus est facultate, plus diligentiae exhibeat oportet, quam quivis pictor aut statuárius.

Te Deum laudamus.

Lectio pro festo commemorato legenda iuxta Rubricas

Joannes Bosco, humili loco natus, post aerumnósam innocentissimámque pueritiam, studiis Chérii operam dedit, quo quidem tempore ingenii et virtutum laude enituit. Sacerdos creatus, Augustam Taurinorum petiit, **ubi ómnibus omnia factus est; sed praesertim in adulescentulos eosque pauperes ac derelictos adiuvandos curam impendit. Liberalibus disciplinis, opificum scholis, festorum dierum ascetériis a venenátis errorum vitiorumque pábulis puerilem aetatem removeré omni ope studuit: quam ad rem duas in Ecclesia virorum virginúmque familias excitavit. Plurimos ipse** edidit **libros christiana sapientia ref ortos. De aetérna etiam infidelium salute per sacras suorum sodalium expeditiones optime meruit. Mente in Deum constanter erecta, nullis homo sanctissimus, nec minis terróri, nec laboribus fatigári, nec curis**

opprimi, nec rebus adversis perturbari videbatur. Obiit anno salutis millesimo octingentesimo octogésimo octavo, aetatis septuagésimo tertio. A Pio Undécimo, Pontífice Máximo, in Sanctorum numerum relatus est.

MISSA

Introitus *3 Reg. 4, #9*

Dedit illi Deus sapientiam et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis quasi arenam quae est in littore maris. ***Ps. 112,1.*** **Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini, f. Gloria Patri.**

Oratio

Deus, qui sanctum Joannem Confessores, tuum adolescentium patrem et magistrum excitásti, ac per eum, auxiliatrice Virgine Maria, novas in Ecclesia tua familias floréscere voluisti : concede, quaesumus, ut eodem caritatis igne succénsi, ánimas querere, tibique soli servire valeamus. Per Dominum.

Lectio Epistolae beati **Pauli Apóstoli ad Philippenses**
Philipp. 4, 4-9

Fratres, gaudéte in Dómino semper : iterum dico, gaudéte. Modèstia vestra nota sit ómnibus hominibus : Dominus prope est. Mhil solliciti sitis; sed in omni oratione et obsecratióne, cum gratiarum actione, petitiones vestrae innotescant apud Deum. Et pax Dei quae exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligéntias vestras, in Christo Jesu. De cetero, fratres, quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque justa, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate. Quae et didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me, haec agite: **et Deus pacis erit vobiscum.**

Graduale. Ps. 36, 3-6. **Spera in Dómino et fac bonitatem et inhábita terram et pascéris in divitiis ejus.**

f. Delectare in Dómino, et dabit tibi petitiones cordis tui; revéla Dómino viam tuam et spera in eum, et ipse faciet.

Alleluja, alleluja. *Ps. 73, 21.* **Pauper et inops laudábunt nomen tuum. Alleluja.**

Post Septuagesimam, omissis **Alleluja** *et Versu sequenti, dicitur :*

Tractus. Ps. 60, 3-5. **Factus es spes mea, Dómine : turris fortitudinis a facie inimici, f. Inhabitábo in tabernáculo tuo in saecula :** pro-

tegar' in veleménto alarum tuárum. f. Quoniam tu, Deus, exaudisti orationem meam : dedisti hereditatem timéntibus nomen tuum.

In Missis votivis Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur :

Alleluja, alleluja, f. *Ps. 73, 21.* **Pauper et inops laudábunt nomen tuum. Alleluja, f.** *Ps. 35, 9.* **Inebriabúntur ab ubertate domus** tu33 **: et torrènte voluptatis tuas potábis eos. Alleluja.**

£8 Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum

Matth. 18, 1-5

In illo tempore : Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes : Quis putas major est in regno caelorum? Et advocans Jesus parvulum statuit eum in medio eorum, et dixit : Amen dico vobis, nisi convèrsi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrábitis in regnum caelorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno caelorum. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit.

Offertorium Ps. 33,12. **Venite, filii, audite me : timorem Domini docébo vos.**

Secreta

'Suscipe, Dómine, oblationem mundam salutaris Hostiae et praesta, ut, te in ómnibus et super omnia diligentes, in gloriae tuae laudem vivere mereantur. Per Dominum.

Communio. Rom. If, 18. **Contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei.**

Postcommunio

Corporis et Sanguinis tui, Dómine, mysterio satiátis, concède, quaesumus; ut, intercedente sancto Joanne Confessóre, in gratiarum semper actione maneamus. Qui vivis.

IN MARTYROLOGIO ROMANO

Die 31 Januarii, primo loco

Augustae Taurinorum, natalis Sancti Joannis Bosco, Confessoris, Societatis Salesianae ac Instituti Filiarum Mariae Virginis Auxiliatricis Fundatoris, animarum zelo et Fidei propagandae conspicui, quem Pius XI anno millesimo nongentésimo trigésimo quarto Sanctorum fastis adscripsit.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DUBIUM

Sacrae Paenitentiariae Apostolicae dubium, quod sequitur, pro opportuna solutione exhibitum fuit :

Utrum in regionibus ubi mos est, a Romana Ecclesia probatus, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, in Maiore Hebdomada, adorationi christifidelium etiam ultra biduum proponendi, acquiri possint singulis illis diebus indulgentiae per Decretum S. Paenitentiariae Ap. diei 20 Maii 1935 concessae.

Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 18 Februarii 1936, re mature perpensa, respondendum censuit :

Affirmative.

Facta autem de praemissis relatione Ssmo D. N. Pio div. Prov. Pp. XI ab infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiore in audientia diei 14 vertentis mensis, idem Ssmus Dominus responsum Sacrae Paenitentiariae benigne approbare et confirmare dignatus est.

Datum Romae, ex aedibus S. Paenitentiariae, die 20 Martii 1936.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. *m* s.

S. Luzio, *Regens.*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

NEAPOLITANA

NULLITATIS MATRIMONII (DE GRADO-TIGANI)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Raymundi Tigani, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 23 iunii 1936, hora 12, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendo, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque, notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Raymundi Tigani, curare debent ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

L. £8 S. **A. Wynen,** ***Ponens.***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 23 Martii 1936.

I. Pendola, ***Notarius.***

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Raymond Tigani, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, n. 94), le 23 juin 1936, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce easf

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Raymond Tigani devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula :

I — DE POSTULATORE IN CAUSIS SERVORUM DEI

D. Utrum, vi canonis 2004 § 3, in Urbe fixam habere sedem teneatur dumtaxat postulator in processibus apostolicis, an etiam postulator in processibus informativis seu ordinariis.

R. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 16 Ianuarii anno 1936.

£g **A. Card.** SINCERO, **Episcopus Praenestinus,**
Praeses.

L. © S.

I. Bruno, ***Secretarius.***

II - DE SACRA COMMUNIONE IN NOCTE NATIVITATIS DOMINI

D. An canon 867 § 4, collatus cum canone 821 § 2, ita intelligendus sit ut sacra Communio distribui possit in Missa, quae sive iure sive apostolico indulto celebratur media nocte Nativitatis Domini.

R. Affirmative, nisi loci Ordinarius iustis de causis in casibus particularibus id prohibuerit ad normam canonis 869.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 16 Martii anno 1936.

I. Card. SERAFINI, ***Praefectus.***

L. © S.

I. Bruno, ***Secretarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 31 Marzo 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal venerabile Servo di Dio Placido Baccher, Sacerdote secolare del terzo Ordine di S. Domenico e Rettore della Chiesa del Ssmo Nome di Gesù in Napoli.

Martedì, 21 Aprile 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'Augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Serva di Dio Maria Domenica Mazzarello, confondatrice dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

24 Febbraio 1936. **S. E. Revma Monsig. Celso Costantini, Arcivescovo tit. di Teodosiopoli di Arcadia, Segretario della Sacra Congregazione « de Propaganda Fide », *Consultore della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio.***

23 Marzo » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Boetto, *Membro della Sacra Congregazione dei Riti.***

28 » » **Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Carlo Cremonesi, Camillo Caccia Dominioni e Nicola Canali, *Membri della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.***

4 Aprile 1936. Il Revmo Padre Severiano Salaville, degli Agostiniani dell'Assunzione, *Consultore della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale,*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

12 Febbraio 1936. S. E. Revma Monsig. Frediano Giannini, Arcivescovo tit. di Serre, *Vice-Camerlengo di Santa Romana Chiesa.*

31 Marzo » Monsig. Alfredo Vitali, *Protonotario Apostolico* « de numero participantium ».

5 Aprile » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Santa Unione dei Sacri Cuori* (Tournai).

6 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore dell'Istituto delle Suore Infermiere dell'Addolorata* (Como).

Assistenti al Soglio Pontificio :

19 Gennaio 1936. S. E. Revma Monsig. Giovanni Battista Federico Vallega, Arcivescovo tit. di Nicopoli in Epiro.

17 Marzo » S. E. Revma Monsig. Boleslao Twardowski, Arcivescovo di Leopoli dei Latini.

31 » » S. E. Revma Monsig. Tommaso Spreiter, Vescovo tit. di Tene, Vicario Apostolico di Eshowe.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

25 Marzo 1936. A S. E. il sig. Leandro Pita Romero, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Spagna presso la Santa Sede.

La Placca dell'Ordine Piano:

15 Febbraio 1936. Al sig. Coate Carlo Pocci, Tenente in prima nel Corpo della Guardia Nobile Pontificia.

La Commenda con placca dell'Ordine Piano:

18 Febbraio 193ß. Al sig. dott. Federico Funder (Austria).

10 Marzo » Al sig. Tenente Generale Tommaso Martínez (Argentina).

» » » Al sig. Tenente Generale Fasola Castagno (Argentina).

La Commenda dell'Ordine Piano:

6 Febbraio 1936. **Al sig. comm. Eugenio Tiberghien-Pollet, della diocesi di Lilla.**

16 » » **Al sig. Guglielmo dei Conti Aluffi-Pentini, Esente nel Corpo della Guardia Nobile Pontificia.**

4 Marzo » **Al sig. dott. Oscar Ibarra Garcia (Argentina).**

» » » **Al sig. dott. Alberto Alcorta (Argentina).**

15 » » **Al sig. comm. dott. Pio Pagliucchi (Roma).**

2 Aprile » **Al sig. Vittore de Wandeleer, dell'archidiocesi di Malines.**

La Oran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

18 Febbraio 1936. A **S. E. il sig. dott. Enrico Mataja (Austria).**

2 Marzo » **A S. E. il sig. Edvino Barclay, Presidente della Repubblica di Liberia.**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

4 Marzo 1936. **A S. E. il sig. Eleazaro Videla, Ministro della Marina nella Repubblica Argentina.**

» » » **A S. E. il sig. Manuel Rodríguez, Ministro della Guerra nella Repubblica Argentina.**

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

31 Marzo 1936. **Al sig. Paolo Lemay, dell'archidiocesi di Cambrai.**

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

10 Marzo 1936. **Al sig. Colonnello Pietro Sahores (Argentina).**

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 Gennaio 1936. **Al sig. dott. Roberto Mucci, Avvocato Concistoriale.**

25 » » **Al sig. dott. Camillo Rinaldi (Roma).**

28 » » **Al sig. Giuseppe Le Van Nuôi, del Vicariato Apostolico di Saigon.**

30 » » **Al sig. Andrea Copello, dell'archidiocesi di Buenos Aires.**

8 Febbraio » **Al sig. dott. Ervino Riedemann, della diocesi di Lugano.**

29 » » **Al sig. dott. Alfredo Fuchs (Cecoslovacchia).**

3 Marzo » **Al sig. Erberto Samuele Dean, dell'archidiocesi di Westminster.**

27 » » **Al sig. avv. Paolo Rasi, della diocesi di Norcia.**

La Commenda delVOrdine di S. Gregorio Magno, classe militare:

12 Febbraio 1936. **Al sig. Conte Federico Moroni, Cadetto della Guardia Nobile Pontificia.**

13 Marzo » **Al sig. comm. Pio Carlotti, Maggiore della Guardia Palatina d'onore di Sua Santità.**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

1 Febbraio 1936. **Al sig. M° Paolo Potiron, dell'archidiocesi di Parigi.**
» » » **Al sig. Francesco Nogués, della diocesi di Marsiglia.**
» » » **Al sig. Antonino Varillon, dell'archidiocesi di Lione.**
6 » » **Al sig. Eugenio Despretz, della diocesi di Lilla.**
» » » **Al sig. Emilio Eloy-Breuvart, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Uberto Dufour, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Luigi Tiberghien, della medesima diocesi.**
» » » **Al sig. Giuseppe Motte-Bernard, della medesima diocesi.**
10 » » **Al sig. M° Alberto Serres, dell'archidiocesi di Parigi.**
15 » » **Al sig. Attilio Tassi (Roma).**
3 Marzo » **Al sig. Emmanuele Van der Eist (Belgio).**
12 » » **Al sig. Giovanni Malvestiti, Aiutante di Camera di Sua Santità.**
2 Aprile » **Al sig. Paolo Comte, della diocesi di Amiens.**
» » » **Al sig. Giuliano Beeckmans de Westmeerbeek, dell'archidiocesi di Malines.**
3 » » **Al sig. dott. Elia Augusto Giuseppe Marcellin, della diocesi di Marsiglia.**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

7 Marzo 1936. **Al sig. dott. Giovanni Cafferata (Argentina).**
» » » **Al sig. dott. Ernesto Padilla (Argentina).**

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 Gennaio 1936. **Al sig. Pietro Pasotti (Roma).**
22 » » **Al sig. Maurizio Bassot (Frauda).**
» » » **Al sig. Cristiano Marcotte de Sainte Marie (Francia).**
» » » **Al sig. Luciano Hannoun (Francia).**
24 » » **Al sig. cav. Giovanni Battista Saraceni (Roma).**
28 » » **Al sig. cav. Armando Patriarca (Roma).**
» » » **Al sig. Capitano Mansueto Zucchini (Roma).**
29 » » **Al sig. Alessandro Bongiovanni, della diocesi di Ivrea.**
3 Febbraio » **Al sig. Guglielmo Ludovico Beretta, dell'archidiocesi di Milano.**
» » » **Al sig. Carlo Pölking, della diocesi di Alba Reale.**
17 » » **Al sig. ing. Dino Loni (Roma).**
25 » » **Al sig. Ferruccio Guggerotti, della diocesi di Vicenza.**
27 » » **Al sig. cav. prof. Domenico Kotaro Tanaka (Giappone).**
9 Marzo » **Al sig. Giuseppe Marchetti, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.**
10 » » **Al sig. dott. Vittorio Lascano (Argentina).**

13 Marzo 1936. **Al sig. Andrea de Francisco Cabo, Segretario dell'Ambasciata di Colombia presso la S. Sede.**
21 » » **Al sig. cav. Pio Benigni (Roma).**
30 » » **Al sig. Giuseppe Galli, della diocesi di Como.**
31 » » **Al sig. cav. Giuseppe Seraiter (Roma).**

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

23 Dicembre 1935. **Al sig. Luigi Delori, dell'archidiocesi di Malines.**
4 Gennaio 1936. **Al sig. Guido Sbardella, della diocesi suburbicaria di Palestrina.**
» » » **Al sig. Ildebrando Appetiti (Roma).**
25 » » **Al sig. Giovanni Vadou, dell'archidiocesi di Parigi.**
4 Febbraio » **Al sig. rag. Gabriele Artiaco, della diocesi di Pozzuoli.**
» » » **Al sig, ing. Giuseppe Salsano, della diocesi di Cava.**
13 » » **Al sig. Vincenzo Saleri, della diocesi di Brescia.**
16 » » **Al sig. Domenico Venneri (Roma).**
2 Marzo » **Al sig. Antonio Fedele, della diocesi di Ariano.**
10 » . » **Al sig. Calogero DelPUtri, della diocesi di Caltanissetta.**
17 » » **Al sig. Giuseppe Mario Cappelli (Roma).**

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

- Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S. :

14 Ottobre 1935. **Monsig. Giovanni Jastak, della diocesi di Danzica.**
4 Gennaio 1936. **Monsig. Giuseppe Moioli, della diocesi di Bergamo.**
» » » **Monsig. Dino Staffa, della diocesi di Imola.**
» » » **Monsig. Costantino Stella, della diocesi di Ceneda.**
» » » **Monsig. Camillo Carpane, della medesima diocesi.**
27 Febbraio » **Monsig. Emanuele Dieguez, dell'archidiocesi di Guadalajara.**
» » » **Monsig. Ferruccio Biagio Celli, della diocesi di Bertinoro.**
19 Marzo » **Monsig. Emanuele Giuseppe de Sousa, della diocesi di Oporto.**
» **Monsig. Nicola Morfuni, della diocesi di Mileto.**
» **Monsig. Luigi Guido, della medesima diocesi.**
» **Monsig. Antonio Santin, della diocesi di Ceneda.**
» **Monsig. Arnaldo A. Suys, della diocesi di Bois-le-duc.**
2 Aprile » **Monsig. Lazzaro Acquistapace, dell'archidiocesi di Milano.**
» **Monsig. Luigi Solari, della diocesi di Chiavari.**

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

10 Marzo 1935. **Il sig. Yvan Ignazio Dolgorukoff, del Vicariato Apostolico di Shanghai.**

1 Marzo 1936. **Il sig. Giuseppe Lo-pa-hong, del Vicariato Apostolico di Shanghai.**

12 » » **11 sig. Conte Paolo Biver, della diocesi di Versailles.**

Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S.:

4 Agosto 1935. **Monsig. Francesco Erdey, dell'archidiocesi di Colocza.**

» » » **Monsig. Giuseppe Kosterszitz, della medesima archidiocesi.**

19 Febbraio 1936. **Monsig. Pietro Scarpelli (Albania).**

Camerieri d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

12 Dicembre 1935. **Il sig. avv. Luigi Colombo, dell'archidiocesi di Milano.**

18 » » **Il sig. Pietro Sergiacomi, dell'archidiocesi di Chieti.**

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

4 Agosto 1935. **Monsig. Giuseppe Fijas, dell'archidiocesi di Colocza.**

NECROLOGIO

1 Marzo 1936. **Monsig. Emanuele Luigi Coelho, Vescovo di Coimbra.**

9 » **Monsig. Carlo Cox, Vescovo tit. di Dioclea.**

23 » **Monsig. Valentino Herrgot, Vescovo tit. di Samosata.**

28 » **Monsig. Vahan Ktchourian, Arcivescovo di Costantinopoli, degli armeni.**

14 Aprile » **Monsig. Luigi Marelli, Vescovo di Bergamo.**

» **Monsig. Giovanni Antonio Walsh, Vescovo tit. di Siene.**

21 » **Monsig. Giovanni Giuseppe Mac Cort, Vescovo di Altoona.**

An. et vol. XXVIII 25 Maii 1936 (Ser. II, v. III) - Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE DECRETALES

BEATIS IOANNI FISHER, ROFFENSI EPISCOPO, ET THOMAE MORE MARTYRIBUS SANCTORUM CAELITUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Saevis agitata fluctibus Petri navicula, qua figuratur Ecclesia, nullo potest timore concuti, nulla frangi tempestate; ipse namque Christus Dominus per suum in terris Vicarium illam gubernat et incolumen ad portum perducit, etsi aliquando modicae fidei discipulis Ille dormitare videatur. Nulla equidem aetate tam grandis forsan exorta est tempestas contra catholicam Christi Ecclesiam, qualis sextodecimo saeculo in eam furenter saeviit, quo tempore Anglia quoque, Apostolicae Sedi eo usque fidelissima, quae iure optimo *dos Mariae et Sancti Petri patrimonium* appellabatur, magnificami illam christianae doctrinae et Ecclesiae regiminis unitatem perturbavit, quae visibile utique exstat maximum sanctae fidei argumentum. Attamen ne in illo quidem tanto discrimine Dominus Noster Iesus Christus inconsutilis vestis suae passus est discissionem, quin immaculatae Sponsae certam gloriosae instaurationis spem daret. Tum etenim quamplurimi fortissimi viri et mulieres pro catholica fide et *potentiori Romanae Ecclesiae principalitatem* propter

quam, ut Sanctus Irenaeus asserit, *necesse est omnem convenire ecclesiam,* fortiter asserenda, effuso sanguine, mortem oppetere non dubitarunt; quos inter praeclarissimi eminent bini dilectissimae Nobis Anglorum gentis filii, quorum alter sacrorum administrorum, alter laicorum hominum decus et ornamentum, Iohannes Fisher, S. R. E. Cardinalis et Roffensium Episcopus, et Thomas More, Magnus Angliae Cancellarius, qui quidem in Anglicae historiae caelo tamquam sidera fulgent et, continuo enarrantes veracem patriae avitam gloriam, pro auspicatissimo ad fidei unitatem et ad Patris domum errantium reditu Deum nunc maximopere adprecantur. His quidem hodie beatissimis Martyribus supremos Caelitum honores tribuere benignissimus Deus Nobis, pro supremo quo fungimur apostolico munere, concessit eosdemque ad pietatis, fortitudinis et amoris potissimum erga Apostolicam hanc Sedem exemplum christifidelibus proponere; atque, cum nobilissima Anglica Natione et universa Christi Ecclesia gaudio haud tenui exultantes, libenti animo Nostris his Decretalibus Litteris eorumdem Martyrum volumus in perpetuum consecrare memoriam.

Breviter igitur, uti mos est, dicemus de utriusque Christi Athletae vitae curriculo et glorioso martyrio, nec non de actis universis, quae eorum hanc glorificationem ad iuris tramitem praecesserunt.

Beverlaci, in Anglia, anno millesimo quadringentesimo undeseptuagesimo, parentibus Roberto et Agnete, mercatoribus satis ditibus, ortum duxit Ioannes Fisher. Vix septem annos agens, genitore orbatus, matris et vitrici curis docilis fuit. Apud quemdam sacerdotem in rudimentis est eruditus et inter aequales ingenio et labore praestitit. Academiam subinde Cantabrigiensem celebravit et litteris, dialecticis, philosophicis omnibusque artibus liberalibus egregie vacavit; anno autem millesimo quadringentesimo octogesimo septimo baccalaureatu in artibus donatus fuit et, triennio post, magister creatus ac totius academiae nomine unus ex *duumviris,* seu procuratoribus, est adlectus. Sacerdotio auctus, sacrae theologiae tanto studio operam dedit, ut totius Universitatis Cantabrigiensis primus haberetur, atque doctoris et magistri laurea die quinta Iulii, anno millesimo quingentésimo primo donatus fuerit.

Doctrina ac virtute excellens, Collegii *Michaelhouse* Rectoris munere functus est, in quo alumnorum animos non scientiae tantum, sed et vitae praeceptis summa cum peritia informavit. Professor dein et procancellarius universitatis Cantabrigiensis collegarum omnium suffragiis nominatus est, quod munus usque ad annum millesimum quingentesimum tertium grata cunctorum admurmuratione diligentissime obivit.

Quum porro eius pietatis et doctrinae fama longe lateque extra quoque illius Academiae fines evulgata esset, Margarita, Henrici Septimi Regis mater, Ioannem Fisher suum et familiae spiritus moderatorem selegit; quare, cunctis quibus in Academia fungebatur muniis renunciatis, per aliquot annos sese totum obtulit ad pietatis officia ac potissimum ad illud honorificum quidem at grave munus persolvendum, uberrimis a regia familia fructibus susceptis. Rex ipse Henricus Septimus suae aestimationis pignora pientissimo sacerdoti saepenumero praebens, eum Regii Consilii participem elegit. Quo tempore, cum sacra studia in Anglia defervere viderentur, ad erudiendos etiam laicos in religionis rebus, Ioannes Regis matri suasit, ut in urbe Cantabrigiensi duo magnifica collegia, alterum Iesu Christo Servatori, Sancto Ioanni Evangelistae alterum dicatum, institueret. Ipse autem duas theologiae cathedras, Cantabrigiae unam, Oxonii alteram, et plures graeci et latini idiomatis Cathedras fundavit et ipsam Universitatem Cantabrigiensem restauravit; in qua, iam ab anno millesimo quingentésimo quarto cancellarii munere quotannis donatus, decennio post eiusdem Universitatis perpetuus cancellarius nominatus est.

Humanis itaque divinisque disciplinis doctissimus, eximia virtute praeclarus, animarum salutis zelo ac studio divinum praedicandi verbum succensus, omnibus universae Angliae episcopis carissimus, ab Henrico Septimo Rege anno millesimo quingentésimo quarto Roffensis Episcopus adlectus et a Iulio Secundo, Antecessore Nostro, apostolicis litteris confirmatus est.

In pastorali munere obeundo prudentissimus ac vigilantissimus, gregem sibi creditum contra Lutheri tum grassantes errores praemuniendum curavit, sive singulas suae dioecesis paroecias saepe invisendo, sive cetera pastoralia munera diligentissime obeundo, sive praecipue hereticam pravitatem verbo et scripto acriter confutando. Quae quidem ad extremam usque senectutem sedulo et continuo peregit, quamquam adversa valetudine ac nimia corporis debilitate laborabat.

Labori et orationi continuo intentus, corpus abstinentia, ieiuniis, ciliciis, disciplinis aliisque mortificationibus castigabat. Quanta autem erga proximum exardesceret caritate ex eius in pauperes et aegrotos benevolentia eruitur, quos saepe in tuguriis invisebat, cibos et eleemosynas iis elargiebatur, ita ut merito aegrotorum medicus, claudicantium baculus, viduarum defensor, pupillorum tutor, peregrinorum hospes humanissimus haberetur.

Ardentissimo insuper in Deum amore fiagrabat; et cum Sacrum faceret, saepe ex eius genis lacrimae fluere visae sunt; Iesu nomen tam

in precibus fundendis, quam in familiari sermone dulciter resonabat; de litteris rebusque divinis conversari adamabat; mortis meditationem frequenter recogitabat et, ne unquam animo suo illius memoria excederet, tam in altari in quo celebrabat, quam domi mortui alicuius calvariam habere cupiebat, dicere solitus mortis memoriam numquam sibi importunam esse.

Sermone mansuetus, temperatus, modestus; at in rebus ad Deum et Ecclesiam pertinentibus, quas tunc temporis quidam perturbare coeperunt, praeter consuetudinem, vehemens, intrepidi» et heroice fortis erat.

Quae quidem fortitudo animique magnitudo tunc maxime emicuit tum in matrimonii nullitate oppugnanda, quam Henricus Octavus Rex, vesano Annae Bolenae amore captus, contra Catharinam Aragonensem legitimam uxorem contendere coepit, tum in Romanae Ecclesiae primatu asserendo et vindicando. Ipse namque, dum fere omnes ex primoribus, iam inde ab initio, Regis voluntati morem gererent, primus omnium Ioannes Fisher iniquo eius proposito restitit, atque strenuus legitimi connubii defensor nullis artibus a patrocinanda iusta Catharinae causa distrahi potuit. Postquam vero iniqua iudicum sententia contumax Regina declarata fuit, unus Ioannes, non absque magno suae vitae discrimine, coram legatis et ipso Rege sistens, die vigesima octava mensis Iunii, anno millesimo quingentésimo undetricesimo, ne animam suam perderei et suam Regi ostenderet fidelitatem, cunctis rationibus mature perpensis, se obligatione teneri asserenai ac demonstrandi Henrici et Catharinae matrimonium nulla potestate, neque divina neque humana, dissolvi posse animose declaravit; atque addidit Christi discipulum oportere et Ioannis Baptistae Praecursoris esse sectatorem, qui pro connubii sanctitate asserenda mortem oppetere non dubitaverit. Quibus verbis ira concitus Rex, quippe qui Herodi tam aperte aequaretur, iniuriosis quidem verbis, sed inanibus argumentis respondit; atque maiori exarsit odio, quum infensis catholicae religioni legibus, quae gradatim ferebantur, fortissimus Episcopus pro suo munere obsistere nitebatur. Tum igitur, primo illum, una cum duobus aliis Episcopis, in carcerem detrudi iussit, Octobri mense, anno millesimo quingentésimo tricesimo, ob repudiatam ab eo iniustam *de beneficiis ecclesiasticis* legem, a qua ad Summum Pontificem appellaverat; postea vero, cum Ioannes in cleri anglicam consessu audacter ignavum cunctorum suffragium pro binis divortii legibus, tum etiam ipse solus adversatus esset, in custodiam traditus est Episcopi Vintoniensis a quinta die mensis Aprilis anni millesimi quingentesimi tricesimi tertii usque ad tertiamdecimam insequentis mensis Iunii, qua die ad dilectum suae

dioecesis gregem liber redditus est. Sed paulo post proditionis crimine accusatus, absens carcere et bonorum publicatione damnatur; qua tamen poena in pecuniariam multam ab ipso rege ob accusationis futilitatem commutata, ipse libertati restituitur. Sed iam exinde Anna Bolena, kalendis Iuniis eodem anno regio diademate redimita, suum in sanctissimum Praesulem, qui Catharinae Reginae causae et Ecclesiae iuribus, supremae potissimum Romani Pontificis auctoritati constantem servabat fidem, acerrimum gerere odium pergebat, et nullam ei dabat requiem. Londinium itaque Ioannes, a schismatico Archiepiscopo Cantuariensi accitus, ut sacrilegum tum lege praescriptum emitteret iusiurandum, strenuissime abnuit profiteri tum Regis cum Anna Polena nuptias prolemque exinde susceptam legitimas esse, tum omnigenum in Anglos et Hibernos spiritualem principatum, quem ausu temerario sibi Rex arrogasset. Quare ea ipsa die vigesima prima mensis Aprilis, anno millesimo quingentésimo quarto et tricesimo, in Londinensis Turris carcerem coniectus est; ibique fortis Christi athleta, una cum Thoma More, iam supremum expectabat certamen. Interea Novembri mense eiusdem anni lex in Anglia solemniter lata est de supremo Regis spirituali principatu, quem, uti supra diximus, Henricus iam antea sibi vindicaverat, eademque capitali poena sancita est. Tunc ad invictum Ioannis animum pervincendum plures a Rege missi sunt Episcopi et proceres laici; sed incassum omnino cedebant tentamina omnia adhibita, quae inter mendacium, quo impudenter afiirmabatur Thomas More et ipse requisitum iusiurandum praestare statuisse. Igitur secunda die Ianuarii mensis, insequenti anno, dioecesis Rosensis vacans declaratur, eiusque Antistes cunctis episcopalibus privilegiis spoliatur; die vero septima Maii mensis, subdole iterum interrogatus fidenti animo declaravit Regem nullo modo caput esse supremum Ecclesiae Anglicanae. Qua declaratione a perfid is viris coram uno tantum teste extorta, Rex tamen nondum Ioannem condemnare audebat. Sed, cum Paulus Tertius, Antecessor Noster, invictam Episcopi constantiam eiusque in Sanctam Sedem fidem honorare volens, eum Presbyterum Cardinalem, titulo Sancti Vitalis, in sacro Consistorio, die vicesima Maii mensis habito, creavisset, acerbiori accensus ira, non solum transmissum cardinalium galerum illi tradi vetuit, sed Apostolicam Sedem iniuria anici iussit in ecclesiis, et dixisse fertur se interim curaturum ut Ioannes capite, cui galerus ille imponeretur, careret, seu, ut alii enarrant, se illius caput, ut galerum acciperet, Romam mittendum curaturum. Itaque Christi Martyr, tot iam fatigatus incommodis et privationibus, morbo tentatus, a sacramentis quoque suscipiendis crudeliter prohibi-

tus, die decima septima insequentis mensis ad tribunal trahitur de proditione accusatus ob negatum saeculari Principi supremum, quem uni competit Romano Pontifici, spiritualem principatum. Quum vero ipse fortis in Dei et Ecclesiae iuribus asserendis tutandisque perseverarci, infami proditorum morte damnatur; quam paenam Rex postea in capitis obtruncatione commutavit. A tribunali exiens laetus visus est quasi e convivio exire; eumque ad carcerem redeuntem magna comitata est fidelium caterva illacrimans eiusque benedictionem implorans.

Quatuor post dies, quos Dei Famulus in summa animi tranquillitate ardentesque ad Deum preces erYundens transegit, suprema triumphans diei lux tandem advenit.

Arcis praefectus summo mane, die vicesima secunda Iunii, in festo S. Albani, Angliae Protomartyris, nuncium de supplicio mox illi subeundo ad captivum attulit eumque hortatus est, quibusdam ambagibus usus, ut, cum senex esset nec per aetatem diu vivere posset, non inique ferret, si illo die ante meridiem iuxta regis decretum vita esset ista privandus. Senex vero serenus respondit se Regi gratias libenti animo persolvere, eo quod capitis sententia a vitae caducitate et angustiis se liberaret; atque petiit ut aliquantulum somno etiam indulgere posset; a quo post duas et amplius horas demum excitatus, quasi ad nuptias iturus, optimis suis vestibus indui voluit et circa horam nonam, e carcere egressus, sanctum Evangelii librum quem secum tenebat aperiens, illos Sancti Ioannis versículos legit : *Haec est autem vita aeterna : ut cognoscant Te solum Deum verum et quem misisti Iesum Christum. Ego Te clarificavi super terram,; opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam, et nunc clarifica me Tu, Pater, apud temetipsum claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud Te.* Quam maxime his verbis recreatus, in locum supplici vectus est; et, in theatro consistens, firmus et intrepidus frequentem populum allocutus, *Christiani fratres,* inquit, *ecce huc veni pro Ecclesiae Catholicae fide moriturus; Deo autem gratias ago, quod, eo sustentante, hactenus valde praesenti animo fui, nullam neque trepidationem, nec mortis horrorem persentiens. Quare vos omnes rogo ut me precibus mstris ad Deum fusis adiuvetis, ut in ipso mortis articulo firmus et in fide catholica constans permaneam; Deumque immortalem enixe deprecor ut pro infinita sua bonitate et clementia Regem eiusque regnum salvum et incolume servet; ipsique Regi Sanum et salutare consilium in omnibus suppeditet ac suggérât.* His aliisque eius generis magna animi alacritate, decora venerandaque gravitate, animo laeto et iucundo ac firma claraque voce prolatis verbis, genibus flexis alias ad Deum fudit preces, quas inter hymnum *Te Deum*

et psalmum *In te, Domine, speravi.* Hinc vir sanctus et innocens, manibus et oculis ad caelum sublatis, collo super trabem posito, carniñci obtulit caput. Quod uno ictu facile abscissum, illico in ponte Londinensi, ubi aliquot iam pendebant Carthusianorum Monachorum capita, qui paucos ante dies pro catholica fide primatuque Romani Pontificis mortem et ipsi obierant, in sublime erectum fuit et post dies quatuordecim in Tamesim impie proiectum.

Ita invictus fidei heros, Ioannes Fisher, *duplici purpureo ostro amictus,* qui iure Ioanni Baptistae Praecursori comparatur, martyrii palmam assecutus est.

Quindecim post dies eodem mortis genere, eademque nobilissima causa, martyrum corona decoratus fuit Thomas More, Magnus Angliae Cancellarius, de cuius quoque sancta vita et glorioso martyrio pauca dicere oportet.

Londini, anno millesimo quadrigentesimo duodeoctogesimo natus est ille patre Ioanne advocato et matre Agnete Graunger. Sub rigida parentum custodia et educatione, docilis puer, obediens amabilisque succrevit; vivido iam a pueris enituit ingenio et vix adolescens inter Ioannis Morton, Cardinalis Archiepiscopi Cantuariensis et Anglici Regni Cancellarii, familiares receptus, tantam apud eum aestimationem sibi comparavit, ut Cardinalis dicere soleret mirabilia quaedam se de puero illo praesentire, et paulo post Oxonium mitteret ut in celebri illa Studiorum Universitate bonis artibus incumberet.

Ibi, perillustribus professoribus Thoma Linacre et Gulielmo Grocyn docentibus, quam maxime profecit, praesertim in lingua latina addiscenda, quam exinde eadem facilitate qua patria lingua loquebatur, eamdemque eleganter conscribebat; graecum quoque sermonem impense coluit, et gallicum etiam; nec non historiam, geometriam, mathematicam et musicam. Sed pater, iuris peritus et advocatus princeps, filium quoque talem fore cupiebat; paucos igitur post annos eum Londinum reverti iussit, ut iurisprudentiae studiis incumberet et advocati titulum obtineret. Quo tempore plures habuit in ecclesia divo Laurentio dicata de Civitate Dei Sancti Augustini orationes, in quibus praeclarum insimul se exhibuit oratorem, philosophum, historicum et poetam. Dum autem bonis artibus et iuridicis studiis operam dabat, catholicae religionis scientiam atque pietatem virtutesque optime excolebat; in foro vero celebrando, ab avaritia omnino alienus, integerrimáe iustitiae ac suavissimae caritatis iura mire componere studebat.

Iuvenis adhuc franciscanum ordinem, postea sacerdotalem statum amplecti cogitavit: per quatuor circiter annos apud Carthusianos Lon-

dini commoratus, eorum vigiliis, precibus et austeritatibus consociari consuevit. Oilicium tunc induit, quod per totam inde vitam certis diebus ac temporibus gerebat, et severe seipsum flagellabat; magna eius erga Deum pietas, erga proximum caritas, erga seipsum temperantia, frugalitas, mortiflcatio fuit; sic sobrie, iuste et pie in hoc saeculo vivebat. Confessarii sui consiliis adhaerens, septem et viginti annos natus, Ioannam Colt uxorem duxit, a qua quatuor liberos habuit : Margaritam, Caeciliam, Elisabeth et Ioannem; sex autem post annos, uxore vita iuncta, quo melius liberos curare posset, viduam Alicem Middleton duxit, quacum iugiter mira vixit concordia.

Circa annum millesimum quingentesimum vicesimum quartum haud procul a Londino urbe, in colle ad Tamesim, Chelsea vulgo nuncupato, suum fixit domicilium, in domo ampla et ornata, oratorio et bibliotheca instructa, ibique una cum suis et propinquis artium litterarumque studio et pietate vitam transibat, atque, ad amicitiam natus factusque, benevolentissime excipiebat amicos; quare eius domus merito domicilium musarum et omnium virtutum et caritatem appellabatur.

Praecipua vero eius cura fuit liberos ac nepotes non litteris tantum, sed religionis magis scientia erudire; mane ac vespere una simul cum familia Deo preces perfundere numquam praeteribat; ad mensam sedentibus asceticos libros, ut in claustris fert usus, legendos curabat et intimos lectionis sensus quandoque explicabat; diebus festis, una cum suis, sacris functionibus adstare iisque suum ipse ministerium exhibere, omnium spreto respectu, non erubescebat; nulla tandem virtus erat, pientissimo christiano viro digna, quae in eo non excelleret.

Liberalium artium, uti supra diximus, studiosissimus, atque humanis divinisque litteris doctissimus, plura scripsit volumina, ad veritatem tuendam pietatemque fovendam, et plurimas epistolas, in quibus ipse, vere *haereticis molestiis,* uti sese appellari solebat, nonnisi fidem et religionem contra novatorum errores invicto animo defendit.

Quum itaque apud omnes, et Regem ipsum Henricum Octavum, ob suam eximiam doctrinam ac praeclaras virtutes summa auctus esset aestimatione, publicis tractandis negociis adhiberi coeptus est; ac primum in regni concionem adscitus est; dein anno millesimo quingentésimo quintodecimo apud Belgas et biennio post in Galliam legatus missus est; insequenti anno arcani regii consilii particeps, deinde Praeses (anglica lingua *Speaker)* in consilio publico, Cancellarius Ducatus Lancastrensis ac tandem, Octobri mense anno millesimo quingentésimo undetricesimo Magnus Angliae Cancellarius ingenti totius regni laetitia renuntiatus est.

In quibus omnibus muneribus obeundis eximia fide ac diligentia reful sit, et quo maiori dignitate, auctoritate, honore extollebatur, eo magis modestia, integritate, patientia et humanitate iugiter atque mirifice praecellebat, unum illud prae oculis habens Regi et populo, sed magis Regum Regi omni studio inservire.

Res ita placide procedere videbantur, quando Henricus, insano, uti supra enarravimus, erga Annam Bolenam amore captus, omnino volebat, ut Catharina Regina illegitime sibi matrimonio coniuncta declararetur; Thomam idcirco pluries de divortio interrogavit; qui, quum de matrimonii huiusmodi cum Catharina contracti validitate eiusque indissolubilitate minime dubitaret, impio Regis placito numquam adhaesit, neque aliter se gessit, quum, pro sua conscientia, ut a Senatu iniqua *deceleri submissione* lex reiicieretur una cum Stephano Gardiner, Episcopo Wintoniensi, totis viribus adlaboravit, et quum Henricus Rex supremum se Anglicanae Ecclesiae caput ab omnibus haberi et appellari contendebat. Postquam vero perspexit Regem obstinato animo velle cum Anna Bolena nuptias inire, et favorabilem de hac re a Studiorum Universitatibus et a Senatu sententiam habere, ne quid contra Dei et Ecclesiae leges agere cogeretur, Cancellariae officium, quod proxima post Regem dignitas erat, magno bonorum omnium moerore, sponte resignavit, die sextadecima Maii mensis, anno millesimo quingentésimo tricesimo secundo. Apud suos iam inde quietam agebat vitam et, ad pietatem, spiritualia colloquia sacramque lectionem iugiter animum attendens, ad supremum quod praevidebat luctamen assidue se comparabat, quum biennio post, mense Februario, de vulgato libello contra Regis divortium accusatus, in iudicium trahitur; sed ipse sese ita defendit, ut, etsi catholicam fidem candide professus sit, accusationem tamen a se prorsus reiicere potuerit. Sed, regis ira in eum saevius percrebrescente, minis affectus est ut secundas Regis nuptias ipse legitimas adprobaret; sed Thomas aperte negavit, et Nortfolciae Duci verba ei recolenti : *Indignatio Principis mors est,* firmiter prompteque respondit: *Nihil aliud, Domine, praeter id f... Inter te ac me hoc unum discrimen adest, nisi quod ego forsan hodie moriar, tu autem cras forsan morieris.*

Interea Londini, die quarta Aprilis mensis, eodem anno, Sabbato Sancto, nuntium pervenit de favorabili Summi Pontificis Clementis Septimi sententia super Henrici Regis cum Catharina Regina matrimonii validitate; ad insequentem autem diem tertiamdecimam Thomas coram iudicibus arcessitur, ut iusiurandum praestaret circa legem *de regia in Anglia successione,* quod negationem quoque complecteba-

tur supremae Romani Pontificis auctoritatis. Ille se paratum quidem esse declaravit ad ordinem successionis regiae agnoscendum, minime vero quod statutum fuerat circa nullam in Anglia Pontificiam auctoritatem.

Paucos post dies, decima septima nempe Aprilis, in Turri Londinensi captivus includitur.

In carcere usque ad mortem, ad sextam nempe diem Iulii mensis subsequentis anni millesimi quingentesimi tricesimi quinti, detentus» nec omnimodae tentationes et humanae rationes, lacrimae potissimum suorum ac tenerrimus Margaritae filiae amor eiusque fletus ac lamentationes, nec omnium bonorum suorum publicatio, nec amicorum ac praestantium civium argumenta, nec adversariorum contumeliae ac minae, nec carceris foeditas ac saevitia, nec fames, nec persecutio, nec imminens mortis periculum eum a proposito removere atque conturbare potuerunt; quin immo hilari animo erat, et opusculum, cuius inscriptio : ***Quod mors pro fide non sit fugienda,*** **scribere non dubitavit, ita ut eius cap ti vitas continua fidei professio et verum iam martyrium haberetur.**

Interea, promulgata quam antea diximus lege de supremo spirituali Regis primatu, additaque capitali poena contra renuentes, Anna Bolena in Morum acrius commovere regem numquam cessabat; quare Henricus Thomae iuramentum lege praescriptum omnino voluit, quod Morus apertissime refutavit.

Kalendis igitur luliis, anno millesimo quingentésimo tricesimo quinto, coram tribunali sistitur, de proditione accusatus ob denegatam sacrilegae legi de Regis in Anglia spirituali primatu submissionem; ob scriptam ab eo epistolam Ioanni Fisher, in qua silentium illi suaserit; atque ob id quod dixerit legem illam de proditione gladio ancipiti esse similem; ut si quis obtemperaret, animam suam perderet, qui vero aver^ saretur, corporalem vitam amitteret. Contra quas accusationes etsi Thomas optime sese defendisset, atrocissimae tamen proditorum morti damnatus est. Qua sententia periata, quae postea in capitis obtruncationem a Rege fuit commutata, Thomas ***ad eœonerandam suam conscientiam,*** **libere quid de lege illa sentire apertissime dixit atque magnifica oratione iudices compellavit, ita de violatis Dei et Ecclesiae iuribus, deque spirituali in universum christianum orbem Romani Pontificis primatu disserens, ut vere dici posset :** ***Spiritum ei dedisse quid loqueretur.*** **Quam fidei professionem conclusit iniquis iudicibus Sanctorum Stephani et Pauli adprecans sortem, ut quemadmodum Paulus, olim Stephani persecutor, modo eius in caelesti gloria consors, ita ipse et illi modo** ***di-***

scordes in hoc mundo, in futuro saeculo pariter futuri sint concordes et perfecta caritate unanimes.

Carceri itaque restitutus, postremos suae vitae dies piis meditationibus et precibus, suique corporis flagellatione distentus transegit; die autem quinta Iulii ad Margaritam filiam suam cilicium et flagellum transmisit una cum epistola carbone scripta, in qua tenerrimos pro suis omnibus et amicis animi sensus depromit, simul cum gaudio pro causa tam nobili moriendi, spiritum proferens plane divinum ac nisi caelestia sapientem animumque prorsus tranquillum. Insequenti die, uti ardenter desideraverat, in pervigilio nempe S. Thomae Cantuariensis et Ss. Apostolorum Petri et Pauli die octava, ille, cum summo mane sibi nuntiatum esset Eegis iussu ante horam nonam capitalem sententiam exsecutioni mandatum iri, Regi gratias egit, et passionem Domini continuo meditans, e carcere tamquam ad festum properans, rubeam crucem manu tenens, exivit, et ad supplicii locum ductus est. Ibi frequens tem populum adstantem alloquutus, se in Ecclesia et pro Catholicae Ecclesiae Fide, Regis fidelem ministrum, in primis tamen Dei Omnipotentis, mori pro testatus est; carnifici deinde gratias agens, eumque amplexatus, cunctos rogavit ut Deum pro eo et pro Rege suo deprecarentur, ac postea flexis genibus psalmum *Miserere* pientissimi recitavit; quo dicto, laetitia perfusus ac magni animi alacritate carnifici obtulit caput; et ita, quemadmodum paucis ante diebus Ioannes Fisher, etiam Thomas More pro christiani coniugii sanctitate, pro Romani Pontificis spiritualis principatus praerogativa Christi Martyr occubuit. Sacrum caput illud iussu regis ad pontem Londinensem palo affixam et post fere integrum mensem in subiectum flumen proiiciendum, Margarita filia pretio a carnifice recuperavit; corpus vero in oratorio divi Petri in Turris colle, ubi et corpus Episcopi Roffensis, conditum est, quem in vita amicum, socium Thomas in martyrii palma dignissimum habere meruit.

Ubi haec, quae hucusque etsi pressius enarravimus, per catholicum orbem delata sunt, non est mirum Ioannem Fisher et Thomam More, non solum ob eximiam vitae sanctitatem eorumque praeclare gesta, sed multo magis ob utriusque gloriosam mortem sanguine pro catholica fide effuso, optimo iure in sanctorum Christi Martyrum numero iam usque ab eorum depositionis primordiis, sicuti alios plurimos, qui eo tempore eademque causa fortiter in Anglia mortem subierunt, habitos esse. Vix namque ipsis demortuis, Paulus Tertius, Decessor Noster, ad Carolum Quintum Imperatorem et ad Franciscum Primum Regem Christianissimum, Litteris die vicesima sexta Iulii anno millesimo quingentésimo

tricesimo quinto datis, haec scribere non dubitavit: ***Ecce subito Henricus, quod non sine maximo dolore referimus,. . . . Roffensem sanctitate conspicuum, doctrina celebrem, aetate venerabilem, illius regni ac totius ubique cleri decus et ornamentum, ultimo supplicio per carnificem noxiorum ac sontium publice affici fecit. Omnia. . . . quidem Nobis maxime deflenda, sed causa mortis gravius deploranda est. Siquidem pro Deo, pro catholica religione, pro iustitia, pro veritate vir sanctissimus occubuit: cum non solum unius tantum et particularis iura, ut olim Thomas Archiepiscopus Gantuariensis, sed universalis Ecclesiae tueretur. Multos quoque alios clericos et religiosos eamdem ob causam partim supplicio affecit, partim affecturus pro certo habetur; inter quos Thomam Morum, non quidem clericum sed laicum, doctrina tamen litterarum sacrarum excellentem et veritatem asserere ausum, connumerant.***

Eosdem Martyres, una cum aliis plurimis ea tempestate pro orthodoxa fide occisis, Antecessores quoque Nostri maximis celebrarunt praeconiis, videlicet Gregorius Tertiusdecimus Apostolicis Litteris ***Quoniam divinae bonitati,*** **nono kalendas Maias anno millesimo quingentésimo undeoctogesimo datis, Xystus Papa Quintus in Constitutione Apostolica** ***Afflictae et crudeliter,*** **die tertia Septembris anno millesimo quingentésimo octogesimo sexto data; Urbanus Octavus Apostolicis Litteris** ***Non semper terrena felicitas,*** **anno millesimo sexcentésimo vicesimo sexto, die trigesima Martii datis. Benedictus vero Quartusdecimus in aureo suo opere** ***De Servorum Dei Beatificatione et Beatorum Canonizatione*** **confert exempla** ***plurimorum Martyrum, qui sub Henrico VIII et sub Elisabetha, Angliae Regina, mortui sunt, quique nomen Martyrum habent apud Scriptores Ecclesiasticos, licet numquam fuerint introductae cau,sae de eorum martyrio in Sacrorum Rituum Congregationem;*** **atque de binis Nostris Christi Athletis scite locutus est. De Ioanne Fisher haec habet :** ***Iam omnibus notum est, eum editis libris catholicae fidei pietatem illustrasse, pravas opiniones haereticorum, et maxime Martini Lutheri egregio volumine confutasse, carceribus tandem inclusum una cum Thoma More, iussu Henrici Octavi, Angliae Regis, ex praestanti viro et Rege in feram et monstrum mutati, caput securi impavide obtulisse, abnuentem assentiri legi, qua Rex se dixit supremum Ecclesiae caput appellandum esse et habendum;*** **de Thoma vero haec scribit :** ***Si fas veteribus recentiora admiscere, prodesse posse videtur exemplum Thomae More Martyris, licet adhuc non vindicati. Editum fuerat a Senatu Anglicano decretum, quod Thomas adprobare non poterat, de Rege videlicet capite Ecclesiae Anglicanae; et ex hoc, et aliis ipsi oppositis iudex inferebat, cum decreto regni hostiliter adversari,***

Regis potestatem abnegare, laesae maiestatis reum esse. Cancellarius qui More successerat et Nortfolciae Dux eum compellarunt, prominentes veniam a Rege, si, ut ipsi aiebant, voluisset resipiscere, et animi pertinaciam deponere. Morus autem ad hanc reposuit: Amplissimi viri, magnas quidem ex animo huic humanitati vestrae gratias ago; Deum tamen omnipotentem enixius rogo, ut in hac orthodoxa, qua sum, sententia ita me confirmet, ut usque ad mortem in ea perseverem.

Sed non solum tamquam veri Christi Martyres habiti sunt et appellati strenui isti Fidei et Romanae Ecclesiae principatus adsertores a coaevis et posteris, quos inter quam plurimi praeclarissimi viri, sanctitate vitae et doctrina conspicui, rerum civilium periti, historiographi, humanistae, theologi, non pauci etiam catholici nominis hostes adnumerantur, verum etiam eos veneratione prosequuti sunt, praeeunte Summo quem supra memoravimus Pontifice Gregorio Tertiodecimo, *qui plura in eorum honorem indulsit, quae ad publicum ecclesiasticumque cultum pertinent.* **Quin etiam hic Pontifex potestatem fecit horum Martyrum lipsana in consecrandis altaribus adhibendi, quando veterum Sanctorum Martyrum reliquiae non suppeterent; et is, qui pingendas curavit in templo S. Stephani ad Caelium Montem de Urbe Christi Martyrum passiones, permisit etiam ut in templo Collegii Anglorum de Urbe, Ss. Trinitati divi Thomae Cantuariensis nomine dicato,** *omnes qui a prima Angliae conversione ad hodiernum usque diem ex hac natione pro fide mortem perpessi sunt, pulcherrimis in templo huius Collegii imaginibus,* **cuiusdam Georgii Gilberti impensis, Nicolaus Circinianus pictor exprimeret, uti in Collegii Annalibus sub anno adnotatur. Quarum picturarum, quae hostili manu, decimo octavo saeculo exeunte, penitus destructas fuere, ectypa anno millesimo quingentésimo octogesimo quarto Romae ex privilegio eiusdem Pontificis aeneis tabulis cusa sunt; in tabula autem vicesima septima haec Ioannis Fisheri et Thomae Mori martyria illustrantur eorumque haec elogia leguntur :** *Ioannes Fischerus Episcopus Roffensis, in Anglia, Cardinalis declaratus, vitae et doctrinae integerr. laude clariss. ab Henrico Y III quod Pont. auctoritatem tueretur capite plectitur. — Thomas Morus eques auratus, summo regni magistratu perfunctus, prudentia, eruditione, morum innocentia et suavitate insignis, ob eandem causam eiusdem Regis iussu securi percutitur. Ambo Anglicanae reipublicae lumina: alter sacri, alter laici ordinis decus.*

Quae quidem omnia, cum in publica Urbis ecclesia et sub ipsorum Romanorum Pontificum vigilantia fierent, nonnisi publicum iisdem Martyribus praestitum cultum probant.

Huiusmodi cultus ad tempora usque nostra plus minusve, continuo vero, perseveravit; iure igitur meritoque cl. m. Leo Tertiusdecimus, Praedecessor Noster, *propter peculiaria Romanorum Pontificum indulta, relate ad antiquiores Angliae Martyres, qui ab anno millesimo quingentésimo trigesimo quinto ad annum millesimum quingentesimum octogesimum tertium pro Fide catholica et pro Romani Pontificis in Ecclesia Primatu, mortem obierunt, et quorum Passiones, auctoritate Gregorii XIII Pont. Max. in Templo Ssmae Trinitatis Anglorum de Urbe olim depictae, et Romae anno millesimo quingentésimo octogesimo quarto, cum privilegio eiusdem Pontificis, aere cusae sunt,* **constare** *de indulto publico ecclesiastico, sive de casu excepto a Decretis sa. me. Urbani Papae VIII,* **per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis, die vigesima nona Decembris, anno millesimo octingentesimo octogesimo sexto,** *sacra Thomae Episcopo Gantuariensi Martyri, cuius fidem et constantiam hi beati Martyres tam strenue imitati sunt,* **solemniter declaravit, ac proinde quinquaginta quatuor Martyres istos, quorum nomina, in primis quidem Ioannis Fisher et Thomae More, in Decreto ipso numerantur, Beatorum honestavit honoribus. Nos autem Apostolicis Litteris** *Atrocissima tormenta,* **quintadecima die mensis Decembris anno millesimo nongentesimo undetricesimo datis, centum triginta sex alios Christi púgiles, omnes in Anglia ab anno millesimo quingentésimo quadragesimo primo ad annum millesimum sexcentesimum octogesimum pro catholica, apostolica, romana Fide ac successorum Beati Petri Apostoli primatu crudelissime necatos, Beatos solemniter declaravimus. Litteris vero** *Pro tuenda veritate,* **insequenti vicesimasecunda die eiusdem mensis datis, Ioannem Ogilvie quoque, pro eadem causa in Scotia interemptum, Beatum r enuntiavimus.**

Sed, adventante iam a gloriosa Beatorum Ioannis Fisher et Thomae More morte quatercentesimo anno, cl. m. Franciscus Bourne Cardinalis, Archiepiscopus Westmonasteriensis, nuper e vivis ereptus, et cum eo, mira consensione et praegrandi numero, praeclari dignitate viri, S. R. E. Patres Cardinales, omnes Angliae, Scotiae, Hiberniae Archiepiscopi et Episcopi cum suo quisque clero et populo, plurimique alii totius catholici orbis sacrorum Antistites, Studiorum Universitates, Collegia, Seminaria, Religiosorum Sodalitates, innumerique alii, ad ducenta millia et amplius, quos inter praeclari quoque acatholici viri, enixas Nobis supplices preces porrexerunt, ut ad Canonizationis honores hos duos praestantissimo® Beatos Martyres elevaremus.

Quae vota Nos libentissime excipientes, Sacrae Rituum Congregationi mandavimus ut eorumdem Beatorum martyrii acta severissimo

prius iudicio cribrarentur, eo quia peculiaris haec quaestio, cum causa de cultus confirmatione pertractata fuit, utpote in casu tunc temporis iure non requisita, habita non fuerat. Comprobata igitur, per eiusdem potissimum Sacrae Congregationis Sectionem Historicam, utriusque herois martyrii tum materialis tum formalis, ex parte nempe tum utriusque victimae tum tyranni, evidentia, die undetricesima mensis Ianuarii decurrentis anni coram Nobis Generalis Congregatio habita est, in qua a dilecto Filio Nostro Raphaele Carolo S. R. E. Cardinale Rossi, Causae Ponente seu Relatore, dubium propositum est disceptandum, an constaret de Beatorum Ioannis Cardinalis Fisher et Thomae More martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis post indultam iisdem Beatis venerationem in casu et ad effectum de quo agebatur. Quumque omnes quotquot aderant Patres Cardinales, Officiales Praelati et Consultores suum quisque tulissent suffragium, Nos tamen Nostrum iudicium ad insequentis mensis diem decimam pandendum decrevimus, maioris luminis copiam in tanti momenti re interim adprecaturi. Qua die apud Nos arcessitis dilectis Filiis Nostris Camillo Cardinale Laurenti, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, ac praefato Cardinale Causae Relatore, nec non dilectis Filiis Alfonso Carinci, eiusdem Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, sacroque religiose peracto, sollemniter ediximus : *Ita evidenter constare de martyrio et causa martyrii Beatorum Ioannis Cardinalis Fisher et Thomae More, ut, concessa a signis seu miraculis omnique alia opportuna et necessaria dispensatione, procedi possit ad ulteriora.*

Eadem autem servata forma, die tertia Martii Nos ipsi *tuto* procedi posse ad eorumdem Beatorum canonizationem decrevimus.

Ut vero in tanto negotio a Praedecessoribus Nostris constitutus servaretur iuris ordo, primum quidem venerabiles Fratres Nostros S.R.E. Cardinales, kalendis pr. ei. mensis Aprilis, in Consistorium secretum apud Nos in Palatio Apostolico Vaticano convocavimus, in quo Nos ipsi adstantes Purpuratos Patres allocuti, praecipuam prius diximus consilii huius causam, ut eorum, scilicet, sententiam rogaremus de Beatis Martyribus Ioanne S. R. E. Cardinale Fisher, Episcopo Roffensi, ac Thoma More, Magno Angliae Cancellario, sanctitudinis palma decorandis. Qua allocutione habita, dilectus Filius Noster Camillus S. R. E. Cardinalis Laurenti, S. Rituum Congregationis Praefectus, disertum de utriusque Beati vita ac martyrio sermonem habuit, et sedulo recensuit acta universa, quae in Causa eorumdem Canonizationis Sacra Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admisit et approbavit; Nos vero singulorum Patrum Cardinalium suffragia exquisivimus et

accepimus; quibus votis laetanter exceptis, publicum indiximus Consistorium, quarta insequenti die eiusdem mensis tenendum, pro solemni Causae huiusmodi Canonizationis peroratione.

In quo quidem Consistorio perorationem hanc dilectus Filius Augustus Milani, Collegii Advocatorum Sacrae Aulae Consistorialis Decanus, egregie dixit; Nosque respondere iussimus optare vehementer, ut beati illi Caelites supremis honestentur honoribus, eo vel magis quod non solum novo sic militans Ecclesia decore et gloria affici possit, verum etiam quod Beati illi, apud Deum suffragatores atque patroni, omnes christifideles, imprimisque cives suos, catholicae religionis ad mortem usque tuendae firmitudinem, mortalis huius vitae contemptum christianamque edoceant morum integritatem et a Deo impetrent, ut imperiosa Anglorum gens Romana Fide, quae una immutata veritate alitur et in Beati Petri cathedra solidatur, in exemplum iterum praestet atque eniteat; novoque hoc sanctitatis fulgore perculsa, ad hoc catholici nominis veluti centrum animum convertat, unde, Romano Pontifice Gregorio Magno auspice, christiana praecepta christianumque cultum tam libenter acceperit. Id quidem ex horum Beatorum Martyrum vita in totius orbis luce collocata, ex eorumque supplici prece sperare diximus.

Verumtamen, ut rite omnia ex Apostolicae Sedis more fierent, non prius laetabilem optatamque sententiam Nostram edicere velle diximus, quam in Consistorio Semipublico, quod vocant, Purpuratorum Patrum, Patriarcharum ceterorumque sacrorum Antistitum, hac de causa coeuntium, suffragia exquisierimus ac probaverimus. Interea omnes adhortati sumus ut, ad rem tanti momenti digne decernendam, menti Nostrae Sancti Spiritus lumen per admotas ad Deum preces conciliarent.

Ad nonam igitur diem subsequentis Maii mensis Consistorio hoc *semipublico* a Nobis indicto, curavimus ut datis Litteris non viciniores tantum Episcopi, sed remotissimi quoque de tanta solemnitate certiores fierent, et, si sibi esset facultas, sententiam suam etiam ipsi dicturi, Nobis adessent; iussimus insuper unicuique eorum compendium vitae et actorum in Causa Canonizationis Beatorum Ioannis Cardinalis Fisher et Thomae More expediri, ut, re cognita et perpensa, suam quisque possent Nobis aperire sententiam; atque die illa Nos in Palatii Apostolici Vaticani Aula Consistoriali venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales sacrorumque Antistites omnes, qui advenerant, antea allocuti, quid de proposita causa sentirent ac singillatim Nobis significare vellent ab iis exquisivimus. Exceptis autem omnium suffragiis, summo affecti sumus gaudio, quod omnes perspeximus non modo consensisse

Nobiscum, sed id etiam libentissime fecisse. Decrevimus igitur ex communi sententia eiusmodi Causam in Petriana Basilica solemni ritu perficere ; et canonizationi huic celebrandae proximam diem undevicesimam huius mensis Maii praefiximus, futurum omnino confisi, ut eventum istud, Anglorum gentis universique catholici orbis laetitia excipiendum, non parum equidem ad Ecclesiae decus utilitatemque sit conlaturum. Rogavimus insuper ut incensissimas cuncti preces supplicationibus Nostris adiicerent, ut sanctitatis auctor atque altor Deus mentem Nostram moveret ac dirigeret. De quibus ut iuridica acta conficerentur ab adstantibus Protonotariis Apostolicis de more mandavimus.

Cum ergo praesignata a Nobis dies advenerit, quam plurimi tam saecularis quam regularis cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales una cum venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis et Abbatibus, in Vaticanam Basilicam magnifice ornatam et ingenti populi stipatam frequentia, convenerunt; quibus devota supplicatione praeeuntibus, Nos quoque illam adivimus; atque, devote adorato Augustissimo Sacramento, ad Cathedram Nostram perreximus ibique sedimus. Tum dilectus Filius Noster Camillas Laurenti, Sacrae Rituum Congregationis Praefectus et huic procurandae Canonizationi praepositus, per dilectum Filium Augustum Milani, Advocatorum Consistorialium Collegii Decanum, *instanter,* uti mos est, postulavit, ut bini illi Martyres in sanctorum album adscriberentur; quod cum iterum et tertio, *instantius* videlicet et *instantissime* postulatum sit, Nos, iterum atque iterum superno lumine ferventissime una cum omnibus adstantibus implorato, supplices mentes animosque ad Caelites novensiles erigentes; ab iisdemque enixis precibus id potissimum contendentes, ut aberrantes populos, eos nominatim qui novo hodie honestantur decore, ad Ecclesiae Matris gremium feliciter reducantur, ubi numquam fallitur christianae fidei veritas, numquam divina refrigescit caritas, numquam sanctitatis restinguitur iubar, ex illa tandem veritatis cathedra, ubi *Beatus Petrus... in propria sede et vivit et praesidet,* perentorium hoc edictum pronunciavimus : *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem -fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra; matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatum Ioannem Fisher, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem, et Beatum Thomam More, laicum, Sanctos esse decernimus et definimus^*

ac Sanctorum catalogo adscribimus; statuentes ab Ecclesia universali illorum memoriam quolibet anno, die eorum natali, nempe Ioannis die vigesima secunda Iunii, et Thomae die sexta Iulii inter Sanctos Martyres pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus-Sancti.

Precibus autem a praefato S. Consistorii Advocatorum Decano Nobis eiusdem Cardinalis Procuratoris nomine oblatis annuentes, Decretales has de eadem Canonizatione Apostolicas sub plumbo Litteras expediri, a Protonotariis vero Apostolicis ad perpetuam eius memoriam instrumenta confici iussimus.

Gratiis insuper de tanto beneficio Omnipotenti Deo peractis, ac primum novensilium Sanctorum Martyrum ab Ipso Deo patrocinio invocato, plenariam adstantibus omnibus indulgentiam impertivimus. Pontificale deinde Sacrum solemni ritu inchoavimus atque post evangelicam lectionem Clerum et Populum homilia allocuti sumus, in qua breve de iisdem Sanctis Martyribus praeconium teximus atque non solum adstantes, qui venerabundi aderant, sed et omnes, quos ubique gentium habemus in Christo filios, iterum iterumque adhortati sumus, ut ad eorum virtutes imitandas, ad eorumque sibi universaeque Ecclesiae pa~, trocinium implorandum mentes animosque converterent; et hoc potissimum auspicati sumus, ut instantibus precibus a Deo contendant, ut scilicet, hisce interpositis caelestibus suffragatoribus, Anglica gens, « *eorum intuens exitum conversationis, imitetur fidem » atque adeo ad Nos redeat « in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei ». Qui a Nobis,* inquimus, *adhuc dissident, intento animo considerent veteres suae Ecclesiae glorias, quae Romanae huius Ecclesiae fastos referunt summeque adaugent; perpendant iidem, quod optamus vehementer, Apostolicam hanc Sedem iam diu ipsos omnes expectare praestolarïqne, non in alienam domum, sed in propriam, tandem aliquando redituros.* Qua homilia a Nobis perlecta, Deo propitio, Sacrum solemne absolvimus.

Omnibus itaque mature perpensis, quae inspicienda erant, certa scientia, apostolicae potestatis plenitudine, omnia et singula quae supra memoravimus confirmamus, roboramus atque iterum statuimus et decernimus, universaeque Ecclesiae Catholicae denunciamus : mandantes insuper ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti et voluntatis Nostrae infringere, vel eis ausu temerario contraire praesumpserit, indignationem.

omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quinto, die undevicesima mensis Maii, Dominica quarta post Pascha, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



£8 Ego IANUARIUS Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, Decanus Sacri Collegii.

£g Ego DONATUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis SBARRETTI.

£3 Ego Fr. THOMAS PIUS Ord. Praed. Episcopus Portuen. et S. Rufinae Cardinalis BOGGIANI, Cancellarius S. R. E.

£8 Ego HENRICUS Episcopus Veliternus Cardinalis GASPARRI.

Ego CAIETANUS tituli S. Agathae Gothorum Presbyter Cardinalis BISLETI.

Ego ALOISIUS tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis CAPOTOSTI, Datarius.

Ego LAURENTIUS tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis LAURI, Maior Poenitentiarius.

Ego Fr. ALEXIUS HENRICUS M., O. S. M., tituli S. Susannae Presbyter Cardinalis LÉPICIER.

Ego PETRUS tituli Sanctae Mariae Transtyberim Presbyter Cardinalis SEGURA Y SAENZ.

Ego EUGENIUS tituli SS. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis PACELLI.

Ego FRANCISCUS tituli S. Mariae Novae Presbyter Cardinalis MARCHETTI SELVAGGIANI.

Ego Fr. RAPHAËL CAROLUS tituli S. Práxedis Presbyter Cardinalis Rossi.

Ego IULIUS tituli S. Mariae supra Minervam Presbyter Cardinalis SERAFINI.

Ego ANGELUS MARIA **tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis** DOLCI.

Ego PETRUS **tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis** FUMASONI BIONDI.

Ego CAMILLUS **S. Mariae Scalaris Protodiaconus Cardinalis** LAURENTI.

Ego ALEXANDER **S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis** VERDE.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

CAMILLUS Card. LAURENTI
8. R. C. Praefectus.

Ioseph Wilpert, *Collegii Protonot. Apostolicorum Decanus.*
f Dominicus Spolverini, *Archiep. tit. Larissen., Proton. Apost.*

Can. Alfridus Liberati, *Cane. Apost. Adiutor a studiis.*

EXPEDITA

die vigesima nona mensis Decembris, anno quartodecimo.

Alfridus Marini, *Plumbator.*

Reg. in Cane. Ap., vol. LUI, n. 81. - **Al. Trussardi,** *a tabulario.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICE

i

DECRETUM

DAMNATUR LIBER CUI TITULUS : « LOS MISTERIOS DE LAS MESAS PARLANTES Y DEL SOLIGRAFÓN », AUCTORE J. F. PONCE.

Feria IV, die 22 Aprilis 1986

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito DD. Consultorum voto, ad praescriptum can. 1399 § 7 ipso iure damnatum esse declararunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur:

JOSÉ FRANCO PONCE, *LOS misterios de las mesas parlantes y del soligrafón.*

Et sequenti Feria V, die 23 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo Domino adsessori Sancti Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 5 Maii 1936.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Ofiicii Notarius.*

II

DECRETUM

DAMNATUR LIBER CUI TITULUS : « PRACTICA DE EDUCACIÓN IRRELIGIOSA », AUCTORE GERMÁN LIST ARZUBIDÈ.

Feria IV, die 6 Maii 1936

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Euri ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito DD. Consultorum voto, ad. praescriptum can. 1399 Codicis

Iuris Canonici ipso iure damnatum esse declararunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur :

GERMÁN LIST ARZUBÍDE, *Practica de educación irreligiosa.*

Et sequenti Feria V, die 7 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 15 Maii 1936.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

PINSKENSIS-EOMZE.NSIS

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

DECRETUM

Fideles pagorum *Wodzld, Sciony, Kiewlahi,* pertinentes ad paroeciam *Topczevo* in dioecesi Pinskensi, ab Apostolica Sede efflagitarunt ut viciniori paroeciae *Hodyszevo,* quae pertinet ad dioecesim Lomzénsem, aggregarentur.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, attento consensu tum Ordinarii Pinskensis tum Ordinarii Lomzénsis, atque praehabito favorabili voto Emi ac Revmi Dñi Francisci S. R. E. Card. Marmaggi, Pro-Nuntii Apostolici in Polonia, oblatas, preces benigne excipiendas decrevit.

Quapropter vi praesentis Consistorialis Decreti statuit ut praefati pagi *WodzM, Sciony, Kiewlahi* a paroecia *Topczevo* et a dioecesi Pinskensi separentur, atque paroeciae *Hodyszevo* et dioecesi Lomzénsi perpetuo tribuantur, mutatis hac ratione finibus earumdem dioecesium.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est praefatum Emum Cardinalem Marmaggi, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum,

eidem facto onere mittendi intra sex menses ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 11 Ianuarii 1936.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L . © **S.**

V. Santoro, *Adsessor.*

II

LOMZENSIS-SIEDLCENSIS

^ DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

DECRETUM

Incolae pagi *Eòlico,* pertinentes ad paroeciam *Nur,* dioecesis Lomzensis, ab Apostolica Sede efflagitarunt ut a memorata paroecia, ob difficultatem transitus per flumen *Burg* interpositum, seiungeretur et paroeciae *Sterdyn,* dioecesis Siedlcensis, incorporarentur.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, attento consensu tum Ordinarii Lomzensis tum Ordinarii Siedlcensis, atque praehabito favorabili voto Emi ac Revmi Domini Francisci S. R. E. Cardinalis Marmaggi, Pro-Nuntii Apostolici in Polonia, oblatas preces benigne excipiendas decrevit.

Quapropter, vi praesentis Consistorialis Decreti, statuit ut praefatus pagus *Kôïko* a paroecia *Nur* et a dioecesi Lomzensi separetur atque paroeciae *Sterdyn* et dioecesi Siedlcensi perpetuo tribuatur, mutatis hac ratione finibus earumdem dioecesium.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est praefatum Emum Cardinalem Marmaggi, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidem facto onere mittendi intra sex menses ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 14 Martii 1936.

Fr. R. C. Card. Rossi, *Secretarius.*

L. ® S.

V. Santoro, *Adsessor,*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

INSTRUCTIO

PRO RELIGIOSIS MULIERUM INSTITUTIS, AD TUENDAM PUERORUM MATRUMQUE VITAM IN LOCIS MISSIONUM.

. Constans ac sedula nule S. Congregationi consuetudo fuit rationem apostolatus ad diversas temporum locorumque necessitates componendi. In praesentia autem complures missionum Ordinarii documenta S. Sedi ultro attulere de necessitate aptiora adhibendi praesidia in matrum et infantium salutem. In quibusdam enim Africae regionibus nonnullae tribus in dies decrescunt et ad extinctionem adducentur, nisi efficacioribus curis matrum et infantium vitae subveniatur. Alibi vero, neglectis elementaribus valetudinis servandae praeceptis, ingentissimo numero pueri vel primis vitae diebus decedunt. Earum regionum civilis potestas et acatholicae quoque sectae studiose ad rem animos mentesque intendunt; atque nonnulli Gubernatores Sorores in nosocomia non admittunt nisi probationis testimonio seu diplomate curandi infirmos praeditas.

Iam nunc privatis consiliis exorta sunt hic atque illic varia pro servandis matribus et pueris sodalicia, quae oportet in certam disciplinam et ordinem quamprimum instruere.

Haec igitur Sacra Congregatio huic urgentiori missionum necessitati, qua par est consideratione prospiciens, obtenta a Summo Pontifice Pio Div. Prov. Pp. XI debita facultate consiliisque conlatis cum S. Congregatione negotiis Religiosorum sodalium praeposita, has quae sequuntur normas ac instructiones edendas opportunum censuit.

Optandum sane est ut nova instituantur Sororum Sodalicia, quae iuvandis matribus et infantibus periclitantibus, servatis servandis, sese devoveant. Haec auspicata Instituta ad normam iuris communis efformanda sunt. Praeterea huic S. Congregationi gratum acceptumque erit si in Institutis Religiosis iam exsistentibus coetus Sororum formentur quae ad praedictum finem contendant. Si res postulaverit, constitutionibus Institutorum ab hoc S. Consilio dependentem opportunae normae adiicientur.

Ea tamen quae supra disposita sunt, hisce quae sequuntur, condicionibus subsunt :

a) Necesse non est ut *omnes* Religiosae mulieres ipsaemet operam omni curationum generi praestent. Eae poterunt laicas indigenas, in-

firme-rum ministras, sibi subiectas habere, documentis probatae peritiae munitas, coniunctas vero cum Instituto Religioso societate vitae et animorum.

b) Nulla Soror obligari poterit a Superioribus ad ministerium obstetriciae artis; sed tantum illae Sorores quae libero studio hoc peculiare missionalis caritatis munus a Superioribus acceptare velint.

c) Nova ista munera tum adaequatam postulant medicae artis cognitionem, tum specialem animae disciplinam. Necesse est ergo ut Sorores vel de re medica vel de ministerio infirmis praestando publicas litteras probationis obtinuerint; sed in primis ut ipsae peculiaribus praesidiis custodiantur et roborentur; quae quidem praesidia spiritualia a Superioribus determinanda sunt. In ministerio curationum sentire debent sanctam inesse caritatis exercitationem et meritum, quum, dolores corporum lenientes, ad gratiam Redemptionis iter animis aperiant. Illud S. Francisci Salesii meminisse iuvat, caritatem scilicet esse vigilem castitatis custodem.

d) Necesse sane est ut Sorores, ad litteras probationis obtinendas, valetudinaria et universitates catholicas adeant, et, si ea desint, nosocomia a magistris catholicis recta. Si tamen valetudinaria et universitates catholicas adire nequeant, Sorores, impetrata licentia ab hac S. Congregatione, etiam laicalia valetudinaria frequentare poterunt. Candidatae, binae saltem, nosocomia frequentent, et, quatenus opus sit, modestis laicalibus indutae vestibus; in religiosis vero domibus degant, ubi quotidie eis praesto sint solacia et spiritualia praesidia.

e) In novis vero Institutis, quae ex professo operam dabunt matrum et infantium curandae saluti, candidatae universitatis studia compleant ante perpetuorum votorum professionem. In Institutis iam exsistentibus huius normae consideratio habeatur et, quantum constitutiones permittant, norma servetur.

Quod attinet ad exercitium medicinae et chirurgiae a missionariis explendum, huiusmodi exercitium praescriptis can. 139 C. I. C. definitur, atque indultis quae Sacra Congregatio concedere solet.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Propaganda Fide, die 11 februarii 1936.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. © S.

f C. Costantini, Archiep. tit. Theodosien., *Secretarius.*

ACTA OFFICIORUM
ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO
AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I — DE CESSIONE BONORUM A RELIGIOSO MUTANDA

D. An requiratur venia S. Sedis ut professus, ad normam canonis 580 § 2, cessionem vel dispositionem saltem de notabili bonorum parte in favorem religionis mutare possit.

R. Affirmative.

II - DE TEMPORE SACRAE ORDINATIONIS

D. An sub verbis *festo de praecepto,* de quibus in canone 1006 § 3, veniant etiam festa per Codicem in universa Ecclesia suppressa.

R. Negative.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 15 mensis Maii anno 1936.

I. Card. SERAFINI, *Praeses.*

L. © S.

I. Bruno, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 9 Maggio 1936, Sua Santità há ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Dott. Luís DE ZULUETA Y ESCOLANO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Spagna, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 28 Aprile 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si sono tenute le Congregazioni *Ordinaria* e *Particolare* dei Sacri Riti, nelle quali al giudizio degli Eìiii e Revmi Signori Cardinali, nonché dei Revmi Prelati Officiali, com^ponenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria della Provvidenza, Fondatrice dell'Istituto delle Suore Ausiliatrici delle Anime del Purgatorio.

2) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Elena Guerra, Fondatrice delle Oblate dello Spirito Santo, volgarmente dette Suore di S. Zita.

3) Concessione dell'Officio e Messa della Beata Giuliana, Vergine Liegese.

4) Revisione degli scritti del Servo di Dio Nicola Barré, Sacerdote professo dell'Ordine dei Minimi.

5) Revisione degli scritti della Serva di Dio Eugenia Jubert, della Congregazione della S. Famiglia e del Cuore di Gesù.

6) Sul culto non mai prestato al Servo di Dio Carlo Giuseppe di Mazenod, Vescovo di Marsiglia, Fondatore della Congregazione degli Oblati di Maria Immacolata.

7) Intorno al culto, come sopra, non mai prestato al Servo di Dio Antonio M. Pucci, dell'Ordine dei Servi di Maria.

Martedì, 5 Maggio 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Veri. SerVa di Dio Anna Maria Javouhev, Fondatrice dell'Istituto delle Suore di S. Giuseppe di Cluny.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

30 Aprile 1936. **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Nicola Canali,** ***Membro della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.***

» » » **Il Revmo Padre Emanuele Suarez, dell'Ordine dei Frati Predicatori,** ***Consultore della Commissione Pontificia per la Interpretazione Autentica del Codice di Diritto Canonico.***

9 Maggio » **I Revmi Padre Antonino Siili, dell'Ordine dei Frati Predicatori, Padre Giovanni Hanssens, della Compagnia di Gesù, e Signor Giuseppe Pizzoni, della Congregazione della Missione,** ***Consultori della Sacra Congregazione dei Riti (Sezione per la S. Liturgìa).***

16 » » **Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Domenico Jorio e Pietro Boetto,** ***Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

23 Aprile 1936. **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti,** ***Protettore dell'Istituto delle Figlie della Carità Canossiane*** **(Roma).**

28 » » **Monsig. Giuseppe Pasquazi,** ***Prelato Votante del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

» » » **Monsig. Silvio Romani,** ***Prelato Votante del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

» » » **Monsig. Vigilio Dalpiaz,** ***Prelato Votante del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

» » » **Monsig. Giosuè Venturi,** ***Prelato Votante Soprannumerario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

» » » **Monsig. Primo Principi,** ***Prelato Votante Soprannumerario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

30 » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli,** ***Protettore dell'Istituto delle Suore dell'Immacolata Concezione, dette d'Ivrea.***

8 Maggio 1936. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominion!, *Protettore dell'Istituto delle Figlie della Croce di Liegi.*

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Boetto, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Carità di S. Maria di Torino.*

Assistente al Soglio Pontificio:

23 Aprile 1936. S. E. Revma Monsig. Giuseppe Castelli, Vescovo di Novara.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

14 Dicembre 1935. Monsig. Pasquale Antonelli, della diocesi di Conversano.
12 Gennaio 1936. Monsig. Giovanni Mercati (Roma).
22 Febbraio » Monsig. Elia Violoni, dell'archidiocesi di Sarajevo.
3 Aprile » Monsig. Pietro Daguerre, della diocesi di Baiona.

Prelati Domestici di S. S. :

25 Novembre 1935. Monsig. Giacomo Medweclrij, della diocesi di Stanislaopoli dei Ruteni.
22 Dicembre » Monsig. Desiderato Sabatier, della diocesi di Rodez.
» » » Monsig. Adriano Bressolles, della diocesi di Beauvais.
19 Febbraio 1936. Monsig. Giuseppe Bortoluzzi, della diocesi di Ceneda.
21 » » Monsig. Francesco Fiala, dell'archidiocesi di Salisburgo.
20 Marzo » Monsig. Giuseppe Wiederkehr, dell'archidiocesi di Colocza.
» » » Monsig. Alessandro Kalmàr, della medesima archidiocesi.
21 » » Monsig. Simone Abbà, della diocesi di Cuneo.
27 » » Monsig. Tommaso Nugent, della diocesi di Sacramento,
»• » » Monsig. Patrizio Ryan, della medesima diocesi.
30 » » Monsig. Rocco Barbèra, dell'archidiocesi di Reggio Calabria.
31 » » Monsig. Angelo Tricoli, della diocesi di Patti.
2 Aprile » Monsig. Giovanni Biagio Adéma, della diocesi di Baiona.
3 » » Monsig. Giulio Boccali, dell'archidiocesi di Perugia.
» » » Monsig. Edoardo J. Maginn, della diocesi di Albany.
7 » » Monsig. Giorgio Knuckey, della diocesi di Lancaster.
21 » » Monsig. Ottone Szonyi, della diocesi di Cinque Chiese.
22 » » Monsig. Germano Galassini, della diocesi di Trieste.
24 » » Monsig. Salvatore Fiore, della diocesi di Nicosia.
6 Maggio » Monsig. Antonio B. Cabrita, del Patriarcato di Lisbona.
» » » Monsig. Francesco Paolo Enrico Franco, della diocesi di Meliapor.
9 » » Monsig. Carlo L. Van Tourenhout, dell'archidiocesi di S. Luigi Missouri.
» » » Monsig. Daniele J. La veri, della medesima archidiocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine Piano:

4 Mareo 1936. **Al sig. Enrico Rosier, della diocesi di St. Claude.**

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

22 Aprile 1936. **Al sig. Ulderico Ruppen, Maggiore della Guardia Svizzera Pontificia.**

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

25 Marzo 1936. **A S. E. il sig. Giuseppe A. Barri et y Vinageras, Presidente della Repubblica di Cuba.**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

25 Marzo 1936. **Al sig. Conte Valentino Canale, Brigadiere Generale nel Corpo della Guardia Nobile Pontificia.**

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 Aprile 1936. **Al sig. Francesco Lubelli, della diocesi di Ugento.**
15 » » **Al sig. dott. Giuseppe Massa (Italia).**
4 Maggio » **Al sig. Giovanni Bottaro (Italia).**

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 Aprile 1936. **Al sig. ing. Alessandro Médecin, della diocesi di Monaco.**
» » » **Al sig. dott. Felice Corniglion, della medesima diocesi.**
7 » » **Al sig. comm. Walter Manfredi (Roma).**
23 » » **Al sig. Giorgio La Motta dei Baroni di Salinella, della diocesi di Nicosia.**

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

21 Aprile 1936. **Al sig. Barone cav. Enrico de Pi'yffer d'Altishofen, Tenente Colonnello della Guardia Svizzera Pontificia.<**

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 Marzo 1936. **Al sig. dott. Hiram Irving King, della diocesi di Sioux Falls.**
8 Aprile » **Al sig. dott. Guglielmo Carlo De La Try Ellis, del Vica-** • **riato Apostolico di Curaçao.**
» » » **Al sig. Antonio Giovanni Ludovico Bouman, della Prefettura Apostolica di Soerabaja.**

15 > Aprile 1936. **Al sig. Agostino De Zordo, delle diocesi di Belluno e Feltre.**
24 » » **Al sig. ing. Carlo Capo, della diocesi di Cava.**
7 Maggio » **Al sig. ing. Ernesto Caretti (Roma).**
8 » » **Al sig. Luigi Morin De Finfe, della diocesi di Autun.**
9 » » **Al sig. Andrea Bernardo Dahl, della diocesi di Plymouth.**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

15 Aprile 1936. **Al sig. prof. Giovanni Petragnani (Italia).**

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

15 Aprile 1936. **Al sig. avv. Mario Carta (Roma).**

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

4 Aprile 1936. **Al sig. ing. Filippo Bardelli, della diocesi di Acquapendente.**
8 » » **Al sig. dott. Guglielmo Quattrucci, della diocesi suburbicaria di Frascati.**
20 » » **Al sig. ing. Emilio Giay, della diocesi di Pinerolo.**
21 » » **Al sig. rag. Carlo Milani, della diocesi di Pavia.**
29 » » **Al sig. Carlo Mancinelli, delle diocesi di Aquino, Sora e Pontecorvo.**
30 » » **Al sig. Arturo Oltolina, dell'archidiocesi di Milano.**
5 Maggio » **Al sig. dott. avv. Luigi Pace, della diocesi di Aversa.**

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

19 Marzo 1936. **Al sig. dott. Giuseppe Vercesi, della diocesi di Tortona.**
3 Aprile » **Al sig. Edoardo Schiavi, della diocesi di Cremona.**
17 » » **Al sig. Carlo Ciocci (Roma).**
21 » » **Al sig. Donato Caramia, dell'archidiocesi di Taranto.**
29 » » **Al sig. Serafino Gravaldi, delle diocesi di Aquino, Sora e Pontecorvo.**
6 Maggio » **Al sig. Giuseppe Callini (Roma).**

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

18 Aprile 1935. **Monsig. Giacomo de Barros Cámara, dell'archidiocesi di Florianopolis.**
9 Maggio » **Monsig. Enrico Geers, della diocesi di Osnabrück.**
2 Luglio » **Monsig. Andrea Parys, dell'archidiocesi di Cracovia.**

4 Agosto 1935. **Monsig. Giovanni Solak, della diocesi di Tarnovia.**
5 Dicembre » **Monsig. Antonio Zapala, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Giovanni Moelders, dell'archidiocesi di Colonia.**
13 Febbraio 1936. **Monsig. Augusto Schuldis, dell'archidiocesi di Friburgo in Brisgovia.**
2 Aprile » **Monsig. Giuseppe Capiaghi, della diocesi di Como.**
9 » » **Monsig. Gaetano Bianchi (Roma).**
» » » **Monsig. Guglielmo Tessitori, della diocesi di Novara.**
» » » **Monsig. Fedele Perfetti, della diocesi di Marsico Nuovo.**
» » » **Monsig. Nicola Loffredo, della diocesi di Potenza.**
» » > **Monsig. Nicola Bartmann, dell'archidiocesi di Strigonia.**
23 » » **Monsig. Pietro Raimondi, della diocesi di Cassano all'Ionio.**

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

16 Aprile 1936. **Il sig. Gunner Leone Garth-Grüner, del Vicariato Apostolico di Danimarca.**

Camerieri d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

28 Marzo 1935. **Il sig. Gustavo Augusto Paszkiewicz, della diocesi di Premislia dei Latini.**
7 Giugno » **Il sig. Vincenzo Paolo Lacki, della diocesi di Culma.**

NECROLOGIO

23 Aprile 1936. **Monsig. Eugenio Maria Giuseppe Allys, Vescovo tit. di Facusa.**
27 » » **Monsig. Firmino Guichard, Vescovo tit. di Tadamata.**
6 Maggio » **Monsig. Giuseppe Miglior, Vescovo di Ogliastra.**
» » » **Monsig. Antonio Pietro Francesco van Velsen, Vescovo tit. di Ezani.**
11 » » **Monsig. Sigismondo de Ow-Felldorf, Vescovo di Passavia.**
12 » » **Monsig. Domenico Castellan, Arcivescovo di Chambéry.**
» » » **Monsig. Giuseppe Roberto Cowgill, Vescovo di Leeds.**
17 » » **Monsig. Giovanni Enrico Gerardo Jansen, Arcivescovo tit. di Selimbria.**
20 » » **Monsig. Pasquale Diaz, Arcivescovo di Messico.**

An. et Yol.-XXVIII 30 Iunii 1936 (Ser. II, t. III) - Num. 7

ICTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP, XI

SACRUM CONSISTORIUM

i

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria secunda, die xv Iunii anno MDCCCCXXXVI, in Palatio Apostolico Vaticano fuit *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur :

I. - CAMERARIATUS SACRI COLLEGII

Reverendissimus Cardinalis Capotesti detulit ac reddidit perulam ' Sacri Collegii S, R. E. Cardinalium Beatissimo Patri, qui eam tradidit Reverendissimo Cardinali Lauri, pro hoc anno ipsius Sacri Collegii Cardinalium Camerario.

II. - ALLOCUTIO SSMI DOMINI NOSTRI
CREATIO ET PUBLICATIO PATRUM CARDINALIUM

VENERABILES FRATRES

Iterum vos, post breve temporis intervallum, hoc in amplissimo consessu convocatos habemus ; ac primum quidem ea de causa sacrum coëgimus Collegium vestrum, ut eminentissimis viris quattuor, quos in superiore Consistorio Romanae Purpurae maiestate auctos publicavimus, alterum eiusdem dignitatis insigne, rubrum nempe galerum, sollemni, ut assolet, more tradamus. Li-

benti equidem animo in publico Consistorio, proxime agendo, hoc faciemus, quandoquidem exploratae Nobis sunt praeclarae, quibus iidem enitent, animi laudes; imprimisque prudentia, sagacitas, rerumque gerendarum usus, quibus creditis sibi legationibus in comune Ecclesiae Civitatumque profectum perfuncti sunt.

Ac praeterea recentes luctus, quos Apostolica Sedes in Ordine vestro perpessa est, quibusque Nos tam vehementer affecti sumus, •Nostrum inducunt animum, ut novos vobis honoratissimos conlegas adsciscamus. Tales, eos selegimus, qui non tam impertita sibi eximia dignitate honestari, quam Catholicae Ecclesiae Senatum amplius decorare ipsimet sua virtute videantur.

At rerum condiciones temporumque, quibus vivimus, adiuncta forsitan exspectationem vestram ita excitant, ut, antequam eorum nomina publice vobis riteque renuntiemus, de fastis nefastisque, -quibus Ecclesia civilesque communitates commoveantur, verba a Nobis iterum expetatis. Veruntamen, quae haud ita pridem, non semel occasione data, hisce de rebus protulimus, cum praesertim catholicam ex paene omnibus Nationibus diariorum ephemeridumque expositionem in Vaticanis Aedibus auspicati sumus; haec, dicimus, Nobis suadent ut non diutius vos in praesentia remoremur.

- Cupimus potius gratam voluntatem Nostram, ob tot tantasque, nuper acceptas, pietatis significationes, publice, vobis coram, profiteri. Octogesimo scilicet aetatis Nostrae ineunte anno, non modo christiana plebs sacrorumque Antistites, sed ex omni etiam ordine cives, primoresque Civitatum non pauci, omina Nobis votaque detulere humanitate egregia. Eorum praesertim suavis subit recordatio animum, qui, quasi totius Catholicae Actionis agminum personam gerentes, huc, in communis Patris domum, ex omnibus gentibus convenerunt, ut suam ipsorum pietatem, animorum coniunctionem, actuosamque apostolatus navitatem etiam atque etiam testarentur. Nihil profecto Nobis iidem poterant afferre iucundius, nihil gratius; eo vel magis quod in laetissimo eiusmodi integrae volentisque iuventutis proborumque provectae aetatis hominum spectaculo, veluti fructus cerne-

bamus salutíferos indefaticabilis illius studii, quo ubique terrarum sacri Pastores ceterique e clero sedulam Nobis praestant constantemque operam. Cuius quidem sollertissimi studii documento sunt cum increbrescentia cotidie harum sodalitatum incrementa, tum provecta ab iisdem laudabilia omne genus incepta, tum denique frequentes ubique gentium habiti conventus; in quibus nominatim illum memorare placet, qui, haud ita multo ante. Lutetiae Parisiorum, quinquagesimo exeunte anno ex quo catholicae iuventutis societas in Gallia constituta fuit, ingenti cum hominum concursu, efïusis gaudiis, sanctissimisque initis propositis, celebratus est; itemque illum quem superiore anno, non minore cum frequentia salutarique fructu, catholici iuvenes opifices Bruxellis habuerunt.

Quibus in laetabilibus rebus benignissimum caelestis Numinis consilium cernere libet; quo enim difïïciliora volvuntur tempora, quo acrius videntur Ecclesiae osores in christianum nomen inferre bellum, eo uberiora impertiuntur Nobis solacia, auxilia, pietatisque testimonia.

Quemadmodum igitur, per hanc rerum faustitatem, christifideles omnes, ex quibusvis terrarum orbis partibus, miranda eiusmodi animorum consensione, communi Patri gratulabundi coniunguntur; ita iidem, rogamus, una Nobiscum immortales grates Deo Optimo Maximo referant; ab eoque precando contendant, ut ad eius gloriam, hominumque salutem, pacem prosperitatemque Nobis liceat indefessam operam praestare Nostram, usque dum mortalis huius vitae usura fruemur.

Volumus praeterea, antequam dicendi finem facimus, gratam itidem voluntatem Nostram iis etiam, ex quovis ordine civibus publicisque magistratibus, significare vel iterare potius, qui multimodis memoratam diariorum ephemeridumque expositionem sua ope consilioque efficiendam iuvarunt; iterare dicimus, quandoquidem id opportunitate data iam fecimus, ac, vel recens, nova licuit aperire inibi conclavia, novis instructa exhibendarum rerum documentis. Ex hisce veritatis armis, quae Catholicae Ecclesiae eiusque inerranti Magistro devoventur, non modo ii, qui

rem invisuri sunt, sed ii potissimum, quibus honori officioque est, suis editis scriptis, christianam doctrinam explanare atque tueri, non parum utilitatis profecto haurient.

: Iamque nihil aliud reliquum est, Venerabiles Fratres, nisi ut in Sacrum Collegium vestrum, ut diximus, lectissimos viros duos cooptemus, qui doctrina ceterisque animi dotibus optime se suamque operam Nobis et Apostolicae Sedi probaverunt.

Hi sunt:

IOANNES MERCATI, Apostolicae Bibliothecae Vaticanae Praefectus ;

EUGENIUS TISSERANT, eiusdem Apostolicae Bibliothecae Propraefectus.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate Dei omnipotentis, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra creamus et publicamus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales,

Ex Ordine Diaconorum:

IOANNEM MERCATI,

EUGENIUM TISSERANT.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris £¡J et Filii >¡< et Spiritus)$(Sancti. Amen.

In praesens vero nihil aliud superest, nisi ut Ecclesiis suo viduatis Pastore consulamus.

III. - OPTIO ECCLESIARUM

Tum Revmus Cardinalis Franciscus Marchetti Selvaggiani, dimisso titulo Sanctae Mariae Novae, optavit Ecclesiam suburbicariam Tusculanam. Quo ex aula egresso, Beatissimus Pater, panditam optionem benigno favore prosequi intendens, providit Ecclesiae Tusculanae de Revmo Francisco S. R. E. Presbytero Card. Marchetti Selvaggiani eum praeficiens in Episcopum et Pastorem, prout in decreto expediendo. In aulam Consistorialem iterum ingressus Revmus Card. Marchetti Sel-

vaggiani suum locum petiit páenültimum inter Cardinales ordinis episcopalis.

Item Revmus Cardinalis Angelus Maria Dolci, dimisso titulo Sanctae Mariae de Victoria, optavit Ecclesiam suburbicariam Praenestinam, quam eodem ritu Beatissimus Pater providit de Revmo Angelo S. R. E. Presbytero Card. Dolci. Qui, iterum ingressus in aulam Consistorialem, ultimus inter Cardinales ordinis episcopalis sedit.

IV. - PROVISIO ECCLESIARUM

Deinde Ssmus sequentium Ecclesiarum propositionem peragere dignatus est, nimirum :

Cathedralibus Ecclesiis invicem perpetuo unitis Aquinatensi, Soranae et Pontiscurvi praefecit R. D. Michaelem Fontevecchia, canonicum theologum Capituli metropolitam Pirmani.

Titulari episcopali Ecclesiae Aezanitanae R. D. Gregorium Modrego Casaus, Cancellarium metropolitanae Curiae Toletanae, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Isidori S. R. E. Cardinalis Gomâ y Tomas, Archiepiscopi Toletani.

Insuper alios per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos sacrorum Antistites publicavit, videlicet :

ARCHIEPISCOPOS :

Ratiarensem, Anselmum Eduardum Kenealy, iam Archiepiscopum Simlensem.

Scodrensem, Gasparem Thaçi.

Selymbrianum, Ioannem Henricum Gerardum Jansen, iam Archiepiscopum Ultraiectensem, nuper vita functum.

Sebastopolitanum in Abasgia, Caelestinum Hannibalem Cattaneo, iam Episcopum Busiritanum.

Rhusiensem, Remigium Lepretre, Delegatum Apostolicum in Syria.

Eeliopolitanum in Phoenicia, Alcidem Marina, Delegatum Apostolicum in Persia.

Constantinopolitanum Armenorum, Paulum Kiregian.

Beneventanum, Augustinum Mancinelli, iam Episcopum Aquinatensem, Soranum et Pontiscurvi.

Synnadensem in Phrygia, Hildebrandum Antomiutti, Delegatum Apostolicum in Albania.

EPISCOPOS :

Sendaiensem iam Hacodatensem, **Iosephum Lemieux.**

Tepicensem, **Anastasium Hurtado.**

Trichinopolitanum, **Petrum Leonard.**

Acmoniensem, **Ioannem de Mikes, iam Episcopum Sabariensem.**

Axomitanum, **Iosephum Julliot, iam Episcopum Gonayvesensem.**

Gonayvesensem, **Ioannem Mariam Robert.**

Portus Pacis, **Albertum Guiot.**

Segobricensem, **Michaelem Serra y Sucarrats, iam Episcopum Canariensem.**

Kandiensem, **Bernardum Regno.**

Sappensem, **Nicolaum Prendushi.**

Gindarensem, **Raphaelem Rogerium Cazzanelli, Vicarium Apostolicum de Kichow.**

Theleptensem, **Paulum Iosephum Biechy, Vicarium Apostolicum de Brazzaville.**

Usinazensem, **Franciscum Wolfangum Demont, primum Vicarium Apostolicum de Alhval.**

Rhodiapolitanum, **Ioannem Aloisium Coudert, Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Aemilii Bunoz, Vicarii Apostolici Yuconensis et Principis Rüper ti.**

Tesceritanum, **Georgium Demol, Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Augusti Declerq, Vicarii Apostolici de Kassai Superiore.**

Nashvillensem, **Guilelmum Adrian.**

Quilonensem, **Victorium Dereere.**

Lycopolitanum, **Iosephum Giray, iam Episcopum Cadurcensem.**

Cariatensem, **Eugenium Raphaelem Faggiano.**

Atgizensem, **Mauritium Clément, iam Episcopum Monoecensem.**

Monoecensem, **Petrum Rivière.**

Elaeensem, **Henricum Roleff, Auxiliarem Exc. P. D. Clementis Augusti von Galen, Episcopi Monasteriensis.**

Baratensem, **Ioannem Casado Obispo, primum Vicarium Apostolicum de Thai-Binh.**

Niciotanum, ViCtorinum Camillum Facchinetti, Vicarium Apostolicum Tripolitaniae.

Mossinensem, Athanasium Caelestinum Jauregui y Goiri, primum Vicarium Apostolicum de S. Gabriele a Virgine Perdolente de Marañon.

Cediensem, Nicolaum Stam, Vicarium Apostolicum de Kisumu.

Sancti Ioannis Canadensis, Patritium^ Bray.

Miletopolitanum, Ioannem Baptistam Hoecht, Auxiliarem Exc. P. D. Michaelis Buchberger, Episcopi Ratisbonensis.

Portus Nationalis, Alanum de Noday.

Pharsalium, Pium Guizzardi, Auxiliarem Emi P. D. Ioannis Baptistae S. R. E. Cardinalis Nasalli Rocca a Corneliano, Archiepiscopi Bononiensis.

Melensem, Franciscum Monagham, Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Iosephi Henrici Conroy, Episcopi Ogdensburgensis.

Bargalensem, Iosephum Augustum da Rocha Noronha, Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Alves Matoso, Episcopi Aegitaniensis,

Tiniensem, Adulphum Vorbiichner, Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Gustavi Caroli Majláth, Episcopi Albae Iuliensis.

Modrenum, Ioannem Lorek, Administratorem Apostolicum Sandomiriensem. .

Lappensem, Bartholomaeum Pascual Márroig, Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Ioannis Torres y Ribas, Episcopi Minoricensis.

Canariensem, Victorium Pildáin Zapiáin.

Leucenum et Praelatum « Nullius » Mozambicensem, Theodosium Clementem de Guveia.

Tubiensem, Ludovicum Peurois, Auxiliarem Exc. P. D. Henrici Vielle, Vicarii Apostolici de Rabat.

Ayacuquensem, Franciscum Solanum Muente y Campos.

Raphiensem, Aloisium Ernestum Joie, iam Episcopum Portus Victoriae.

ABBATEM NULLIUS :

Sancti Martini ad Montem Ciminum, Aemygdium Trenta, Episcopum Viterbiensem et Tuscaniensem, abbatia perpetuo coniuncta cum cathedrali Ecclesia Viterbiensi.

V. - PRAESTATIO IURAMENTI

Provisione Ecclesiarum peracta, Revmi Cardinales Marchetti Selvaggiani, Episcopus Tusculanus, et Dolci, Episcopus Praenestinus, iuramentum de more singuli praestiterunt.

6 II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Feria quinta, die 18 Iunii anno MDCCCCXXXVI, in navi Ss. Processi et Martiniani Basilicae Vaticanae, publicum fuit Consistorium, in quo Sanctissimus D. N. Pius Pp. XI sollemniter imposuit Galerum rubrum Pontificalem Emis ac Revmis DD. Cardinalibus :

FRIDERICO TEDESCHINI,

HENRICO SIBILIA,

FRANCISCO MARMAGGI,

ALOYSIO MAGLIONE,

IOANNI MERCATI,

EUGENIO TISSERANT.

Interim per Advocatum Sacri Consistorii, Christophorum Astorri, peroratio fiebat Causae Servi Dei Fr. Ioannis Baptistae a sancto Michaele Archaoigelo, Sacerdotis professi e-Congregatione Clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi.

III

CONSISTORIUM SECRETUM

Publico peracto Consistorio, habitum est in consueta aula Palatii Apostolici Vaticani *Consistorium secretum,* in quo Beatissimus Pater, postquam os supradictis sex Cardinalibus, ut de more, clauserat, sequentes proposuit Ecclesias.

i. - PROVISIO ECCLESIARUM

***Titulari archiepiscopali Ecclesiae Caesariensi in Cappadocia* praefecit Exc. P. D. Eugenium Iacobum Grellier, hactenus Episcopum Valleguidonensem.**

Cathedrali Ecclesiae Caputaqnensi-V allensi, R. U. Raphaelem De Giuli, archipresbyterum loci *Domodossola* in dioecesi Novariensi.

***Titulari episcopali Ecclesiae Nyssenae* R. D. Blasium Budelacci, Antistitem Urbanum, quem Auxiliarem constituit Emi P. D. Francisci S. R. E. Cardinalis Marchetti Selvaggiani, Episcopi Tusculani.**

II. - ORIS APERITIO ET TITULORUM ASSIGNATIO

Post haec Beatissimus Pater os aperuit supradictis Cardinalibus ut in Consistoriis, Congregationibus, aliisve functionibus cardinalitiis suas valeant proferre sententias, eisque tradidit anulos, singulisque assignavit :

FRIDERICO TEDESCHINI, ***Titulum Sanctae Mariae de Victoria.***

HENRICO SIBILIA, ***Titulum Sanctae Mariae Novae.***

FRANCISCO MARMAGGI, ***Titulum Sanctae Caeciliae.***

ALOYSIO MAGLIONE, ***Titulum Sanctae Pudentianae.***

IOANNI MERCATI, ***Diaconiam Sancti Georgii in Y elabro.***

EUGENIO TISSERANT, ***Diaconiam Ss. Viti, Modesti et Crescentiae.***

III. - POSTULATIO PALLIORUM

Deinde per procuratores postulatio Pallii facta est pro Ecclesiis metropolitanis : *Scodrensi, Ultraiectensi* (per successionem), *de Guadalajara* (per successionem), *Beneventana.*

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE YIHSIEN

MISSIO SUI IURIS DE YIHSIEN AD PRAEFECTURAE APOSTOLICAE GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si in enascenti aliqua inter infideles ecclesia christianorum grex et numero creverit et in fide firmior evaserit, absque dubio catholico nomini magis augendo prodesse videtur, si in maiorem dignitatis gradum missio illa provehatur. Quum itaque in missione *sui iuris* de Yihsien in Sinis, anno Domini millesimo nongentesimo undetricesimo erecta,

et Congregationi Presbyterorum a SS. Stigmatibus D. N. I. C. concredita, res, favente Deo, ita sint, quumque indefessa missionalium opera arduoque labore opima quoque conversionum seges maturescat, atque fundamenta ad necessaria quaeque efficaciora apostolico labori exstruenda iacta sint, Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositi opportunum esse duxerunt Missionem illam ad Praefecturae Apostolicae gradum et dignitatem elevari. Nos igitur, de eorumdem Cardinalium consilio, ac de apostolicae potestatis plenitudine, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, Missionem *sui iuris* de Yihsien in Sinis in Apostolicam Praefecturam evehimus, erigimus et constituimus, eamque praefatae Congregationi Presbyterorum a SS. Stigmatibus D. N. I. C, quae tanto in Missione illa apostolico zelo hucusque adlaboravit, ad S. Sedis beneplacitum, commissam volumus. Novae propterea huic Praefecturae Apostolicae de Yihsien eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque iugiter adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo cuiusvis viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Nostris Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc Nostram paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo quinto., die nona mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P, Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apostolicorum.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol, LIV, n. 86. - Al. Trussardi.

II

URBIS

S. ROCHI PAROECIA SUPPRIMITUR EIUSQUE BONA ALICUI ERIGENDAE PAROECIAE ASSIGNANTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo animarum Pastores crediti sibi gregis regimini melius ac salubrius consulere queant, non parum in quaque dioecesi prodesse videtur paroeciarum circumscriptio, quae, rerum locorumque adiunctis, quantum neri possit, respondeat.

Nos igitur in hac alma Urbe, peculiaribus Romani. Pontificis curis divinitus concredita, iam exinde a Pontificatus Nostri exordiis, aut novas erigi paroecias, aut veteres finibus immutari vel prorsus exstingui, prout necessitas postularet, omni studio curavimus. Cum autem modo, ob immutatas aedilicias Urbis condiciones, plures circa paroecialem Sancti Rochi Ecclesiam domus iam solo aequatae sint et aliae quam primum demoliendae, ac propterea, non parum imminuto fidelium numero, eiusdem paroeciae territorium, absque ullo animarum detrimento, finitimis paroeciis adnecti possit, Nos, collatis cum dilecto Filio Nostro Francisco S. R. E. Cardinale Marchetti Selvaggiani, Nostro in Urbe Generali in spiritualibus Vicario, consiliis, paroeciam illam Sancti Rochi supprimendam duximus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, quam supra diximus Sancti Rochi paroeciam, a fel. 3Pec. Leone Papa Decimosecundo, Praedecessore Nostro, erectam Apostolicis sub plumbo Litteris *Super Universam,* die vigesima octava mensis Octobris, anno millesimo octingentesimo vigesimo quarto datis, de apostolicae potestatis plenitudine penitus abolemus et exstinguimus; territorium vero ad eamdem paroeciam hucusque pertinens finitimis paroeciis adnectimus, quas inter illud praefatus Cardinalis Vicarius distriftuendum curabit. Eiusdem autem paroeciae dos ab eodem Cardinale interim administrabitur, donec alii erigendae paroeciae assignetur.

Quibus omnibus dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda quem supra memoravimus Nostrum in Urbe Cardinalem Vicarium deputamus, cui propterea necessarias et opportunas ad id concedimus facultates, etiam omnes dirimendi controversias in exsecutionis actu

quomodolibet orituras, atque subdelegandi ad effectum de quo agitur alium virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, eique onus imponimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar redigendi, in Vicariatus archivo religiose asservandum. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus ceterisque contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes auctoritate Nostra derogamus. Nemini autem hanc paginam Nostram suppressionis, exstinctionis, attributionis, decreti, mandati, derogationis, et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo quinto, die prima et tricésima mensis Decembris, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. B.

f Dominicus Spolverini, Archiep. tit. Lariss., ***Proton. Apostolicus.***
Alfonsus Carinci, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco £8 Plumbi

Reg. in Cañe. Ap., Yol. LUI, n. 76. - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

S. AUGUSTINUS BP. C. D. COELESTIS PATRONUS DIOECESIS CONSTANTINIANAE ET HIPPONENSIS REGIORUM CONSTITUITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Venerabilis Frater Constantinianus et Hipponensis Regiorum Episcopus a Nobis suppliciter demisseque efflagitavit ut, votis cleri christifideliumque Suae dioecesis obsecundantes,

Sanctum. Augustinum, Episcopum, Confessorem atque Ecclesiae Doctorem, declarare dignaremur coelestem Patronum Oonstantinianae Hipponensis dioecesis, quae huc usque coelesti apud Deum Protectore destituta fuit. Res est quidem notissima Sanctum Doctorem Tagastae, intra fines dioecesis eiusdem, ortum habuisse ac, post suam Mediolani conversionem, suumque in Africam reditum, ab anno trecentesimo nonagésimo sexto ad mortem usque Hippone Regio etiam episcopali munere studiosissime functum esse. Nunc in colli hipponensi ad honorem ipsius praecellentissimi Sancti pulcrum exstat templum cura Episcoporum Constantkiianorum saeculo decimo nono exeunte exaedificatum, atque iam ab anno millesimo nongentesimo sollemniter consecratum, quod nobili structura, turribus, alto tholo, altaribus et suppellectilibus praedivitibus renidet. In eodem pie devoteque servatur in affabre facta theca brachium Sancti Augustini, quod fideles dioecesis continenter venerantur, opera praesertim studioque Fratrum e provincia melitensi Ordinis Eremitarum, qui Sanctuarium ipsum hipponense moderantur. Cum igitur hac de causa Nobis amplissime placeat memoratis supplicationibus annuere, conlatis quoque consiliis cum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, omnibus rei momentis sedulo perpensis, ad maiorem Dei gloriam procurandam nec non ad cultum eiusdem Sancti Episcopi Hipponensis fovendum, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, perpetuumque in modum, Sanctum Augustinum, Episcopum, Confessorem atque Ecclesiae Doctorem, dioecesis Oonstantinianae atque Hipponensis coelestem *Patronum* constituimus et declaramus, omnibus et singulis adiectis iuribus et privilegiis quae huiusmodi coelestis apud Deum Patronatus propria sunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec concedimus, largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque dioecesi Oonstantinianae et Hipponensi Regiorum nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritum que ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XV m. Februarii, an. MCMXXXVI, Pontificatus Nostri decimo quinto.

E. Card. PACELLI, ***a Secretis Status.***

II

NOVA NUNTIATURA APOSTOLICA IN REPUBLICA DE GUATIMALA ERIGITUR

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad munus Nobis traditum pertinere dignoscimus ea tempestive decernere quae, inspectis temporum rerumque adiunctis, ad christifidelium bonum provehendum opportuna videantur. Quae inter etiam instituta procul dubio exstant, quae rationibus inter Sanctam Sedem ac civiles uniuscuiusque nationis auctoritates consulant; ac propterea Legatos Nostros, aptis facultatibus instructos quae frugifere memorato fini assequendo inserviant, data occasione constituimus. Hac de causa, spe freti huiusmodi Nostrae voluntatis consilium vinculis etiam inter nationem de Guatimala et Sanctam hanc Sedem arctius obstringendis valde esse profuturum, ut in. eiusdem Reipublicae quoque Gubernio populoque gratificemur, eisdem-, que peculiare benevolentiae Nostrae testimonium nunc exhibeamus, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine praesentium Litterarum tenore novam *de Guatimala Legationem* sive *Nuntiaturam Apostolicam* erigimus, ita ut territorium illius Reipublicae ex ipsius de Guatimala regionibus constituatur. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; ipsique Nuntiaturae Apostolicae per Nos erectae in Republica de Guatimala nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Martii an. MCMXXXVI Pontificatus Nostri decimoquinto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. IOANNEM TIT. S. BALBINAE S. R. E. PRESB. CARDINALEM VERDIER, ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CATHEDRALEM ECCLESIAM DE DAKAR CONSECRANDAM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quae in remotis sacrarum Missionum terris ad catholicae religionis incrementum, ad moresquae populorum perficiendos magnopere spectant, peculiari admodum studio ac favore prosequimur. Periucundo igitur animo audivimus, Venerabilem Fratrem Vicarium in Senegambia Apostolicum eiusque religiosos sodales ac fideles a Nobis expostulasse, ut in clara urbe maritima, quae Dakar nuncupatur, nova Cathedralis Ecclesia per quendam Legatum Nostrum consecretur. Neque enim habuimus quidquam antiquius, quam ut fides ac pietas carissimorum filiorum, inter infideles gentes commorantium, quam maxime provehantur, simulque, amplificatio templorum spatiis, numerus quoque Christi fidelium magis magisque in dies adaugeatur. Illud praeterea ex rerum historia plane cognitum est, quo magis floreant in populo praeclarae virtutes ex religione allatae vel promotae, eo magis humanitatem civilemque cultum vigere ac proficere. Quapropter eiusmodi votis optatisque libenter obsecundantes, te, Dilecte Fili Noster, qui Principis Ecclesiae honore et dignitate emines, quique tantae tamque insigni archiepiscopali Sedi moderaris apud nobilissimum Galliarum gentem, quae una cum civilibus moribus superna quoque fidei lumina atque christiana praescripta in Senegälensem regionem induxit, Legatum Nostrum^ ut iam antea ediximus, per hasce Litteras deligimus atque constituimus, ut, Nostram gerens personam, sacris ritibus caeremoniisque praesideas, quae ad cathedralem ecclesiam consecrandam pertineant. Auspicato autem cóntinget, ut sacra ista celebratio perficiatur die ipso altero mensis Februarii j quo commemoratur prima Iesu Infantis divini in Templo praesentatio, per manus Beatissimae Virginis Mariae peracta, et ipsa quoque repetuntur verba Simeonis senis ac prophetae : « Lumen ad revelationem gentium ». Haec sane omnia magnam Nobis spem afferunt, ut Legatio eiusmodi Apostolica bene feliciterque succédât, uberrimosque salutis fructus inter gentes illius Africae regionis sit fauste latura. Quo

autem sacra cele oratio in maius profecto bonum cedat animarum, tibi ultro damus, ut, Sacro sollemniter peracto, adstanti populo Nostro nomine Nostraque auctoritate benedicas, plenam commissorum veniam eidem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Divinorum interea munerum nuntia et conciliatrix, praecipuaeque caritatis Nostrae testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, sollerti Vicario in Senegainbia Apostolico eiusque religiosis a Sancto Spiritu sodalibus laborumque sociis, itemque omnibus celebritati proximae adfuturis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xu mensis Ianuarii, Sanctae Familiae Iesu, Mariae et Ioseph dicato, anno MDCCCCXXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. MICHAELEM TIT. S. ANASTASIAE S. R. E. PRESB. CARDINALEM DE FAULHABER, ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM ET FRISINGENSEM, VIGESIMO QUINTO APPETENTE NATALI EPISCOPATUS EIUS.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Haud sine peculiari animi delectatione nuper accepimus, te proxime quinque lustra feliciter peracturum, ex quo dignitate ac munere episcopali decoratus ditatusque es. Illud praeterea libenter audivimus, omnes istic probos Christi fideles, sacrorum administrorum votis obsecundantes, non modo in praeclara ipsa regiminis tui Sede, verum etiam in omni archidioecesis parte, sollemnes Deo preces ad insigne Dei beneficium tecum recolendum suppliciter esse admoturos, ac peculiares tibi caritatis laetitiamque significationes hac faustitate pio gratoque consilio ostensuros. Neque minore profecto afficientur gaudio boni e Spirensi dioecesi fideles, qui curae tuae pastorali primo ipsius muneris sexennio commissi fuere. Communis haec animorum laetitia faustam tuam sollemnitatem expectantium luculenter Nobis declarat, quanta istic gaudeas existimatione, quantaque filii tui veneratione te patrem ac pastorem prosequantur, non modo ob excelsam, qua polies, dignitatem, sed etiam ob praeclaras animi ingeniique tui qualitates. Nos igitur, qui pastorale munus abs te tamdiu emensum, tantaque industria ac sedulitate, per difficiles quoque rerum temporumque condiciones, plane per-

spéctum habemus, sacri istius eventus celebrationem paterne participare exoptamus ac Nostra auctoritate adaugere. Quod quidem benevolenti admodum voluntate per eiusmodi litteras facimus, quibus tibi, Dilecte Fili Noster, et férvidas de faustitate gratulationes iucundosque animi Nostri sensus proferimus ac pandimus, et dulcia in tantis sollicitudinibus solacia ac magnifica laborum tuorum praemia a Deo benignissimo ominamur. Quo autem sollemnia proxima maiorem animarum utilitatem praebere queant, tibi ultro facultatem damus, ut, praestituta die, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus Nostro nomine Nostraque auctoritate benedicas, plena iisdem commissorum venia proposita, usitatis Ecclesiae condicionibus lucranda. Atque tibi denique optantes, ut gregi tuo quam diutissime incolumis vegetusque serveris, in auspicium caelestis praesidii inque praecipuae dilectionis Nostrae testimonium, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, Auxiliari tuo Episcopo, universoque clero populoque vigilantiae tuae tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xn m. Februarii, an. MDCCCCXXXVI, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DUO DAMNANTUR LIBRI A SAC. GEORGIO SEBASTIANO HUBER CONSCRIPTI

Feria IV, die 10 Iunii 1936

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendos mandarunt duos libros a Sac. Georgio Sebastiano Huber conscriptos, quibus tituli:

***Vom Christentum zum Reiche Cottes,* Regensburg, .1934;**
***Weisheit des Kreuzes,* Regensburg, 1935.**

Et sequenti Feria V, die 11 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo Domuio Adsessori Sancti Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 17 Iunii 1936.

I. Venturi, ***Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.***

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

***17 Aprilis 1986.* — Titulari episcopali Ecclesiae Melensi praefecit R. D. Franciscum Monaghan, Rectorem Collegii *Set on Hall* in dioecesi Novarcensi, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Iosephi Conroy, Episcopi Ogdensburgensis.**

— Titulari episcopali ecclesiae Bargalensi R. D. Augustum da Rocha Noronha, canonicum cathedralis Visensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Alves Matoso, Episcopi Aegitaniensis.

18 Aprilis. **— Titulari episcopali Ecclesiae Tiniensi R. D. Adulphum Vorbüchner, parocum loci *Sibiu* in dioecesi Alba Iuliensi, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Gustavi Caroli de Majláth, Episcopi Albae Iuliensis.**

26 Aprilis. **— Titulari episcopali Ecclesiae Modrenae R. D. Ioannem Lorek, e Congregatione Missionis, parochum ecclesiae Sanctae Crucis in Archidioecesi Varsaviensi, quem deputavit Administratorem Apostolicum dioecesis Sandomiriensis.**

2 Maii. **— Abbatiae *nullius* S. Martini ad Montem Ciminum, perpetuo coniuncta cum cathedrali Ecclesia Viterbiensi, Exc. P. D. Aemygdium Trenta, Episcopum Viterbiensem et Tuscaniensem.**

8 Maii. **— Titulari episcopali Ecclesiae Lappensi R. D. Bartholomaeum Pascual, Rectorem Seminarii Maioricensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Ioannis Torres Ribas, Episcopi Minoricensis.**

18 Maii. **— Cathedrali Ecclesiae Canariensi R. D. Victorium Pildáin Zapiáin., canonicum lectoralem Capituli cathedralis Victoriensis.**

— Titulari episcopali Ecclesiae Leucenae R. D. Theodosium Clementem de Guveia, rectorem Collegii Pontificii Lusitani de Urbe;

— Praelaturae *nullius* Mozambicensi Exc. P. D. Theodosium Clementem de Guveia, Episcopum titularem Leucenum.

30 Maii. **— Cathedrali Ecclesiae Ayacuquemsi R. P. Franciscum Solanum Muente y Campos, Ordinis Fratrum Minorum.**

SA CRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

DECRETUM

DIOECESIS H ACODATEN SIS IN POSTERUM SENDAIENSIS NUNCUPABITUR

Cum dioecesis, usque nunc Hacodatensis nuncupatae, ab anno fundationis 1891 fines ob territorii imminutionem ita mutati sint ut eius episcopalis urbs Hakodate fere ad limites iaceat insuperque a longe

maiori dioecesis parte sit freto divisa, Eminentissimi Patres huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositi censuerunt, in sollemnibus comitiis hac die 9 Martii 1936 celebratis, opportunum esse sedem transferri in urbem aptiorem fidelibus regendis et nomini christiano ampliando. Considerantes vero urbem Sendai, in maxima Iaponensis Imperii insula Hondo, situ itinerumque facilitate, artium quoque liberalium cultu et rerum publicarum administratorum frequentia, necnon insignibus memoriis, ita ceteris dioecesis urbibus praestantem iam inde a fundatione dioecesis habitam esse ut mens tunc temporis fuerit in ea sedem episcopalem constituere, ibidemque utiliter ab anno 1902 ad annum 1924 reapse constitutam esse, iidem Eminentissimi Patres, voto Excmi Pauli Marella, Delegati Apostolici in Iaponia consentientes, in urbem Sendai ab Hakodate sedem episcopalem transferendam esse rati sunt, ideoque opportunum quoque censuerunt dioecesim post hac Sendaiensem esse nuncupandam.

Quam Eminentissimorum Patrum sententiam Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Papa XI, in Audientia hac eadem die infrascripto Secretario huius S. C. concessa, ratam confirmatamque habuit. Itaque episcopalem sedem dioecesis, usque nunc Hacodatensis denominatae, ab Hakodate translatam in Sendai constituit, a qua urbe iussit dioecesim nomen sumere et Sendaiensem nuncupari; atque praesens Decretum confici mandavit et expediri.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Prop. Fide, die 9 Martii 1936.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. © S.

f C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano nomini propagando, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI dignatus est sequentes providere Ecclesias, videlicet :

9 Decembris 1935. — Cathedrali Ecclesiae Hacodatensi (quae ex decreto diei 9 Martii 1936 *Sendaicnsis* nuncupabitur), praefecit R. P. Iosephum Lemieux, ex Ordine Praedicatorum.

9 Martii 1936. — Titulari episcopali Ecclesiae Baratensi R. P. Ioannem Casado Obispo, ex Ordine Praedicatorum, quem constituit Vicarium Apostolicum de Thai-Binh (Indocina).

— Titulari episcopali Ecclesiae Cediensi, R. P. Nicolaum Stam, e **Societate Missionarioruni S. Ioseph de Mili Hill, quem constituit Vicarium Apostolicum de Kisumu.**

— Titulari episcopalis Ecclesiae Mciotanae R. P. Camillum Facchinetti, ex Ordine Fratrum Minorum, quem constituit Vicarium Apostocum Tripolitaniae.

19 Maii. **— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Synnadensi in Phrygia R. D. Hildebrandum Antoniutti, quem constituit Delegatum Apostolicum in Albania.**

III

NOMINATIONES

Decretis ut infra Sacra Congregatio de Propaganda Fide renunciavit ad suum beneplacitum :

3 Ianuarii 1986. **— R. P. Tharsicium Martina, e Congregatione Presbyterorum a Ss. Stigmatibus D. N. I. C,** *Praefectum Apostolicum de Tihsien.*

31 Ianuarii. **— R. P. Nicolaum Szarvas, e Societate Iesu,** *Praefectum Apostolicum de Taming.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

TAURINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI MICHAELIS RUA SACERDOTIS„ E PIA SOCIETATE S. FRANCISCI SALESII.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

In Regum libro legimus Eliseum, antequam Elias *per turbinem* **ascenderei** *in caelum,* **duplicem spiritum eius in se fieri ab eo petiisse :** *Obsecro,* **inquit,** *ut fiat in me duplex spiritus tuus.* **Cui Elias respondit :** *Si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti,* **additque sacer**

scriptor : *Requievit spiritus Eliae super Eliseum* (IV, 2, 9-10, 15). Servi Dei Michaelis Bua vitam perpendentibus manifeste apparet super eum S. Ioannis Bosco spiritum, sicut quondam Eliae super Eliseum, requievisse, ut mox est videre.

Ioannem Baptistam et Mariam Perrero Michael parentes habuit, operarios morum honestate et pietate praeclaros. Die nona Iunii mensis a. D. 1837 Augustae Taurinorum natus, die eiusdem mensis undecima in paroeciali ecclesia Ss. Simonis et Iudae, modo S. Ioachim, sacris est ablutus aquis. Piorum parentum cura, religionis et pietatis prima germina, eius animo insita, magis magisque, aetate succrescente, adeo floruerunt, ut adolescens in exemplum inter aequales haberetur. Anno 1845 sacro chrismate fuit linitus, sequentique ad sacram synaxim admissus. Patre interim orbatus, quum, Deo sic disponente, in S. Ioannem Bosco fortuito incidisset, eius Oratorium, cuius initia vix erant inchoata, aliquoties celebrare coepit; postquam autem per biennium apud Christianarum Scholarum Fratres litterarum rudimentis fuisset institutus, Salesiano Oratorio omnino adhaesit, cuius f ulgidissimum sidus extiturus erat. Sub S. Ioannis sapienti magisterio tam miras seu in studiis seu in virtutibus progressiones fecit, ut iam tunc idem Sanctus de eo magna sit divinatus, eumque sui operis consummatorem praevideret.

Litterariis, philosophicis, theologicisque studiis summa cum diligentia laudeque perfectis, sacris initiatus, a. 1859 die 17 Decembris Subdiaconatu est auctus. Sequenti die Piae Salesianae Societatis prima iacta sunt fundamenta, atque per secreta sodalium suffragia Michael spiritualis director electus unanimiter fuit, sancto Ioanne ex corde electionem approbante. Anno 1860 mense Martio ad Diaconatum, Iulio autem ad Presbyteratum ineffabili sui animi gaudio fuit promotus, cuncta Salesiana familia cum S. Ioanne Bosco laetitia gestiente. Omnibus Piae Societatis muneribus perfectissime est functus, ita ut idem Sanctus, Leoni XIII obsequens, qui ei consiliabatur ut suum vicarium generalem in Societate regenda constitueret, ad hoc perarduum munus Dei Servum a. 1884 elegerit. Quam sapiens et prudens fuerit haec electio, manifeste constat ex mirabili tum materiali, cum spirituali Societatis incremento habito sub Servi Dei regimine, qui nihil antiquius habuit, quam ut illibatum omnino sancti Fundatoris spiritum servaret, cuius, communi sensu, perfecta imago habebatur.

Die 31 Ianuarii mensis a. 1888 Sanctus Salesianae Societatis Fundator ad caelestia promerita praemia capessenda a Deo fuit vocatus. Michael Rua quando Pater et Magister e terra sublatus est, veluti

alter Eliseus adstitit, ei in eo quoque *completus est spiritus eius* (Eccli., 48,13). Supremo totius Societatis regimine assumpto, vigilantissime cavit non solum ne minimum quid immutaretur quod a sancto Ioanne fuisset constitutum, quin imo totus fuit ut ad mentem eiusdem Sancti Fundatoris, eius opus perficeretur. Quod, Deo et Beata Virgine auxiliantibus, mirifice est assequutus. Ipse porro animi demissione, alloquii suavitate, sollicita erga omnes caritate, vigili prudentia, ardentissimo zelo in exemplum ref ulsit : orationi vel in ipsis externis curis maxime se dedit : erga sacrosanctam Eucharistiam flagrantissima religione ferebatur, in lacrimas dum sacrum peragebat effusus, longasque coram Christo in sacramento moras protrahebat. Beatissimam Virginem singulari prosequebatur amore, eiusque laudes celebrare numquam destitit. Romani Pontificis iura a suis quoque defendi, eiusque non monitis tantum sed et nutibus obsequi mandabat. Missiones ad infideles summa cura promovit. Piae Societatis regulas ad unguem servavit, nullam sibi, licet infirmo, relaxationem indulgens. Paenitentiae studio aspere suum corpusculum tractabat, fere nullam ei requiem concedens, diu noctuque labóri insistens. Paupertatis studiosissima *eam sibi,* ut S. Bonaventurae verbis dicatur, *desponsasse* visus est. Detritis vestibus semper est usus, sed mundis : si quae novae offerrentur eas constanter repudiabat.

Has ceterasque virtutes Deus magnifice rependit. Pia enim Societas sub eius regimine plurimum amplificata, solidata et ad perfectionem adducta fuit : ipsum autem intima cum Deo unione ditatum fuisse communis est eorum, qui cum eo consuetudinem habuerunt, existimatio, atque hoc idem nonnulla, ut ferunt, prodigia, sive ante sive post eius obitum a Deo patrata, innuunt.

Hos tantos labores, has tantas virtutes pretiosa iustorum morte, quam die 6 Aprilis a. 1910 Michael oppetiit, Deus coronavit. Iusta funebria sollemni triumpho iure merito aequiparata sunt; universa enim Taurinensis civitas ad illius cadaver invisendum accurrit, eumque sanctum conclamabat. Haec sanctitatis fama magis magisque per orbem increvit. Quare duodecimo vix labente post eius obitum anno in archiepiscopali Taurinensi Curia, ordinaria auctoritate ab anno 1922 ad a. 1928 super sanctitatis fama constructus fuit processus : constructi quoque alii duo fuerunt seu *diligentiarum,* quem vocant, seu super cultu numquam praestito.

Die 22 Maii mensis a. 1935, Sacra Rituum Congregatio, scriptis perpensis, nihil obstare decrevit quominus ad ulteriora procedi quiret. Interim plurimae postulatoriae litterae Summo Pontifici fuerunt oblatae ut Causa huius Servi Dei a Sacra Rituum Congregatione pertractare-

tur. Novem enim Cardinales, vigintinovem Archiepiscopi, ultra sexaginta Episcopi, metropolitanum Taurinense Capitulum, pluraque alia Canonicorum Capitula^ nonnulla clericorum Seminaria, Rmus Terrae Sanctae Custos, pluresque Generales Ordinum seu Congregationum Praepositi, aliique non pauci enixe hoc efflagitarunt.

Quum itaque omnia ad normam iuris essent parata, Revmo D. Francisco Tomasetti Piae Societatis S. Francisci Salesii Generali Postulatore instante, in Ordinario coetu die 14 Ianuarii habito, Emus ac Rmus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae huius Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum, de quo agitur,* et super lioc de more retulit. Emi ac Rmi PP., hac audita relatione, nec non auditis Officialium Praelatorum suffragiis scripto datis, auditoque voce quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt : *Affirmative,* seu *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem sequenti subsignata die Ssmo D. N. Pio Papae XI ab infrascripto Cardinali relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Michaelis Rua, signare dignata est.

Datum Romae, die 15 Ianuarii a. D. 1936,

C. Card. LAURENT^ *Praefectus.*

1.ÊBS,

A. Carinci, *Secretarius.*

II

URBIS ET ORBIS

EXTENDITUR FACULTAS CELEBRANDI MISSAM VOTIVAM D. N. IESU CHRISTI, SUMMI ET AETERNI SACERDOTIS.

Duobus abhinc annis Societas Divini Salvatoris, approbante Revmo Ordinario Berolinensi, Pium Exercitium orandi pro sanctificatione Cleri orbis universi, promovere coepit, idque maxime Sabbato post primam feriam VI cuiusque mensis. Mox plurimi Episcopi hoc Pium Exercitium perlibenter approbarunt et magnus numerus fidelium eidem adhaerere coepit, ita ut, vix elapsis duobus annis ex quo initium sumpsit, quasi quadragies centena millia attingat.

, **Nuper vero, edita gravissima Encyclica a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI « De Sacerdotio Catholico », visum est multis etiam praefatum Pium Exercitium concurrere enixius debere ut Deus sacerdotes et adspirantes ad sacerdotium orbis universi sanctificet. Hisce rationibus permotus et vota multorum promeus, Generalis Moderator eiusdem Societatis Sanctissimum Dominum Nostrum enixe humiliterque supplicavit, ut qualibet prima feria V mensis in omnibus ecclesiis et oratoriis, in quibus, approbante loci Ordinario, preces pro sanctificatione sacerdotum orbis universi fiunt, unica Missa votiva de Summo èt Aeterno Sacerdote Iesu Christo litari valeat.**

Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, in Audientia diei 11 Martii 1936 has preces peramanter excipiens, benigne indulgere dignata est ut primis feriis V cuiusque mensis in ecclesiis vel oratoriis, ubi de consensu respectivi Ordinarii peculiaria exercitia pietatis pro Cleri sanctificatione mane peraguntur, una Missa votiva de Iesu Christo Summo et Aeterno Sacerdote litari possit, dummodo non occurrat festum duplex primae vel secundae classis, quodlibet festum, vigilia aut octava Domini, Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum; prohibetur etiam diebus 2, 3 et 4 Ianuarii, in quibus legatur Missa « Puer natus » infra Octavam Nativitatis : salva tamen semper Missa conventuali aut paroeciali. Annuit insuper eadem Sanctitas Sua, ut loco feriae V etiam primo Sabbato mensis de consensu Episcopi cum praefatis privilegiis dictum Pium Exercitium peragi valeat, servatis tamen praescriptis iniunctionibus. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, die 11 Martii 1936.

C. Card. LATJRENTI, *Praefectus.*

L. **ffî S. -**

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

ABSOLUTIO SACERDOTUM AB EXCOMMUNICATIONE, OB ATTENTATUM ETIAM CIVILE TANTUM MATRIMONIUM, ET ACTU CUM MULIERE CASTE CONVIVENDUM EORUMQUE ADMISSIO AD PARTICIPATIONEM SACRAMENTORUM MORE LAICORUM SACRAE PAENITENTIARIAE APOSTOLICAE EXCLUSIVE RESERVATUR.

DECRETUM

Lex sacri coelibatus inter Latinos adeo Sanctae Ecclesiae curae semper fuit atque est ut, si agatur de sacerdotibus, fere nunquam super ea retroactis temporibus dispensatum fuerit, nunquam prorsus, ne in mortis quidem periculo, in praesenti disciplina dispensetur.

Cum tamen, nequitia temporum, contingere aliquando soleat ut infelix aliquis sacerdos, suae vocationis oblitus in sacrilegum concubinatum lapsus, ob matrimonium etiam civiliter tantum attentatum aliasque gravissimas rationes, a cohabitatione sub eodem tecto cum suae desertionis complice, etsi forte tandem ad cor reversus, cessare impediatur, ideoque ad suae eiusdemque suae complicis conscientiae consulendum, data fide de absoluta perfectaque in posterum continentia perpetuo servanda, ad participationem sacramentorum more laicorum petat admitti, Sancta eadem Ecclesia, pro sua erga devios etiam filios materna sollicitudine, ei, quantum in se est, si et quando peculiaria id suadeant rerum adiuncta, subvenire non renuit. Quod quidem cum conscientiam praesertim respiciat, Sacrae Paenitentiariae Apostolicae *exclusive* reservari congruum visum est.

Re igitur collata per infrascriptum Cardinalem Maiorem Paenitentiarium cum Ssmo D. N. Pio divina providentia Pp. XI, eadem Sanctitas Sua, in audientia diei 14 mensis Martii vertentis anni, eidem Cardinali Maiori Paenitentiario impertita, suprema Sua auctoritate decernere ac statuere dignata est ut, firma excommunicatione, de qua in canone 2388 § 1, absolutio ab ea in casu supra exposito et consequens supplicantis admissio ad sacramenta more laicorum suscipienda, ab ipsa tantum Sacra Paenitentiaria Apostolica, servata speciali pro-

cedendi forma et sub peculiaribus quibusdam cautelis et conditionibus ab eadem Sanctitate Sua patefactis ac praescriptis, concedi possint; et si forte concedantur ab aliquo sacerdote in periculo mortis, maneat obligatio ad ipsam Sacram Paenitentiariam recurrendi, ut praescribitur canone 2252 pro censuris a iure Sanctae Sedi specialissimo modo reservatis.

Hoc autem Decretum Sibi relatum in alia audientia diei 28 eiusdem mensis idem Ssmus Dominus Noster in omnibus adprobare et confirmare dignatus est, mandans ut, quo solet modo, publici iuris fiat.

Contrariis quibuscumque etiam speciali mentione dignis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Paenitentiariae Apostolicae, die 18 Aprilis 1936.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. m S.

S. Luzio, *Regens.*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

TARENTINA

NULLITATIS MATRIMONII (DE QUARTO-CALO)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Ange^ae Calò, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 4 Augusti 1936, hora undecima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendo, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Angelae Calè curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

L. £g S. **H. Quattrocolo, *Ponens.***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 1 Iunii 1936.

I. Pendola, *Notarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Ange Calò, défenderesse en cette cause, Nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94), le 4 Août 1936, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Mme Ange Calò devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 19 Maggio 1936, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Raffaele Carlo Rossi, Ponente della causa di Canonizzazione del Beato Giovanni Leonardi, Confessore, Fondatore della Congregazione dei Chierici Regolari della Madre di Dio, si è tenuta la Congregazione *antepreparatoria* della Sacra Congregazione dei Riti, nella quale, dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima si è discusso il dubbio su due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione dello stesso Beato, i quali miracoli vengono proposti per la sua Canonizzazione.

Martedì, 26 Maggio 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione *ordinaria* e *particolare* dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali, e dei Revmi Prelati Officiali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) Intorno alla riassunzione della causa di Canonizzazione della Beata Caterina Labouré, Vergine, Figlia della Carità.

2) Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinarii nella causa di Beatificazione e dichiarazione del martirio dei Servi di Dio, Giuseppe Maria Diaz Sanjurio, Vescovo di Platea e Vicario Apostolico del Tonchino centrale, Melchiorre Garcia Sampedro, Vescovo di Tricornia e successore nel Vicariato stesso, dell'Ordine dei Predicatori, ed altri.

3) Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinarii nella causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Giovanni Maria Robert de la Mennais, Sacerdote, Fondatore della Congregazione dei Fratelli dell'Istruzione Cristiana e delle Figlie della Provvidenza.

4) Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti in Lucca e nel Vicariato Apostolico di Aleppo sopra i miracoli nella causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Emilia de Vialar, Fondatrice dell'Istituto di S. Giuseppe delFApparizione.

5) Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinarii nella causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Pasquale Attardi, Sacerdote secolare.

6) Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinarii nella causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Giacomo Desiderato Lavai, Sacerdote Missionario della Congregazione dello Spirito Santo e dell'Immacolato Cuore di Maria.

Martedì, 9 Giugno 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, ha avuto luogo la Congregazione *preparatoria* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, gli Officiali Prelati ed i Revmi Consultori appartenenti alla medesima Congregazione, hanno dato il loro voto sulle virtù eroiche esercitate dalla Serva di Dio Maria di Gesù Crocifisso, Suora professa dell'Ordine delle Carmelitane Scalze.

Martedì, 16 Giugno 1936, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente della causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Francesca Saveria Cabrini, Fondatrice dell'Istituto delle Suore Missionarie del Sacro Cuore di Gesù, si è adunata la Congregazione dei Sacri Riti, *antepreparatoria*, per discutere sulla eroicità delle virtù della stessa Serva di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, in data 18 Giugno 1936, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è benignamente degnato di assegnare le seguenti Sacre Congregazioni agli Eminentissimi e Reverendissimi Signori • Cardinali :

Al Signor Cardinale Federico Tedeschini, *le Sacre Congregazioni Concistoriale, del Concilio e degli Affari Ecclesiastici Straordinari;* al Signor Cardinale Enrico Sibilia, *le Sacre Congregazioni dei Religiosi, Cerimoniale e degli Affari Ecclesiastici Straordinari*; al Signor Cardinale Francesco Marmaggi, *le Sacre Congregazioni Concistoriale, degli Affari Ecclesiastici Straordinari e dei Seminari e delle Università degli Studi;* al Signor Cardinale Luigi Maglione, *le Sacre Congregazioni per la Chiesa Orientale, degli Affari Ecclesiastici Straordinari e dei Seminari e delle Università degli Studi;* al Signor Cardinale Giovanni Mercati, *le Sacre Congregazioni per la Chiesa Orientale, dei Riti e dei Seminari e delle Università degli Studi;* al Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *le Sacre Congregazioni per la Chiesa Orientale, della Disciplina dei Sacramenti e de Propaganda Fide.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

23 Maggio 1936. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Membro della Sacra Congregazione dei Riti.*

30 » » S. E. Revma Monsig. Frediano Giannini, Arcivescovo tit. di Serre, Vice-Camerlengo di Santa Romana Chiesa, *Consultore della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

19 Giugno » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Giovanni Mercati ed, Eugenio Tisserant, *Membri della Commissione Pontificia per gli Studi Biblici.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

18 Giugno 1936. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Giovanni Mercati, *Bibliotecario e Archivista di Santa Romana Chiesa.*

19 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Segretario della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

» » » Il Revmo D. Anselmo M. Albareda, O. S. B., *Prefetto della Biblioteca Apostolica Vaticana.*

' Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

11 Marzo 1936. Monsig. Vincenzo Kwiatkowski, dell'archidiocesi di Varsavia.
19 » » Monsig. Giovanni Adamowicz, dell'archidiocesi di Wilno.
9 Aprile » Monsig. Flavio Papi, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
30 » » Monsig. Luigi Lewandowski, della diocesi di Culma.
» ». » Monsig. Giovanni Wisniewski, della medesima diocesi.
14 Maggio » Monsig. Mattia Heyker, dell'archidiocesi di Cincinnati.
» » » Monsig. Geremia Sermosi, della diocesi di Cagli.
» » » Monsig. Agostino Tittoni, della diocesi di Pergola.
» » » Monsig. Elia Rotondo, della diocesi di Castellammare di Stabia.
» » » Monsig. Giovanni Javorka, della diocesi di Neosolio.
» » » Monsig. Francesco Savignoni (Roma).
» » » Monsig. Sante Ragazzini, dell'archidiocesi di Ferrara.
21 » » Monsig. Giovanni Bologna, della diocesi di Malta.
28 » » Monsig. Giovanni Enrico Giuseppe Maria Witlox, della diocesi di Bois-le-duc.
11 Giugno » Monsig. Giuseppe Beran, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Monsig. Giuseppe Málek, della medesima archidiocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

20 Dicembre 1934. Il sig. Enrico Coleman May de Courcy, dell'archidiocesi di Baltimora.
14 Maggio 1936. Il sig. Pietro Maria Luchesco dei Conti Lucheschi, della diocesi di Ceneda.
28 » » Il sig. Giovanni Enrico Dixey, dell'archidiocesi di Westminster.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

16 Gennaio 1936. Monsig. Francesco Domanig, dell'archidiocesi di Vienna.
13 Febbraio » Monsig. Agostino Boeckels, dell'archidiocesi di Colonia.
27 » » Monsig. Francesco Saverio Wirtz, della diocesi di Aquisgrana.
2 Aprile » Monsig. Umberto Cassani, della diocesi di Pavia.
» » » Monsig. Antonino Romeo, dell'archidiocesi di Reggio-Calabria.
30 » » Monsig. Adalberto Matyás, della diocesi di Csanád.
» » » Monsig. Tommaso Krämer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Bodor, della medesima diocesi.
14 Maggio » Monsig. Francesco Faciano, dell'archidiocesi di Palermo.
4 Giugno » Monsig. Ladislao Braun, della diocesi di Casso via.
» » » Monsig. Geysa Horváth, della medesima diocesi.

Camerieri d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

26	*Marzo*	*1936.*	**11 sig. Alessandro Rostocki, della diocesi di Luceoria.**
14	*Maggio*	»	**Il sig. Vincenzo Leggeri (Roma).**
»	»	»*11*	**sig. Alberto Sebastiani (Roma).**
»	»	»	**Il sig. Ernesto Coletti (Roma).**
»	»	»	**Il sig. Rosario Sozzi, dell'archidiocesi di Siracusa.**

Cappellani Segreti d'onore di S. S. :

16	*Aprile*	*1936.*	**Monsig. Alessandro Cominelli, dell'archidiocesi di Genova.**
23	»	»	**Monsig. Emilio Riccardi, della diocesi di Tivoli.**
30	»	»	**Monsig. Giulio Kiss, della diocesi di Csanád.**

Cappellani d'onore **extra Urbem** *di S. S.:*

16	*Aprile*	*1936.*	**Monsig. Giuseppe Pasquariello, della diocesi di Avellino.**
»	»	»	**Monsig. Michele De Simone, della medesima diocesi.**

NECROLOGIO

20	*Maggio*	*1936.*	**Emo Signor Card.** ALESSIO ENRICO LBPICIER, **del titolo di S. Susanna.**
2	*Giugno*	»	**Monsig. Alessandro Paolo Chabanon, Vescovo tit. di Bitilio.**
17	»	»	**Monsig. Andrea Giacinto Longhin, Arcivescovo tit. di Patrasso e Vescovo di Treviso.**

An. et Vol. XXVIII 15 Iulii 1936 (Ser. II, r. III) - Num. 8

AGTTAPOSTOLICAEIEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA pn PP. XI

- EPISTULA ENCYCLICA

VENERABILIBUS FRATRIBUS FOEDERATARUM AMERICAE CIVITATUM ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS: DE CINEMATOGRAPHICA SPECTACULIS.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Vigilanti cura, ut Nostrum deposcit apostolicum officium, laudabilem omnem sacrorum Antistitum totiusque christiani populi operam prosequimur; atque adeo summo cum animi gaudio certiores facti sumus providum illud inceptum salutíferos iam edidisse fructus, atque ad uberiores usque contendere utilitates, quod vos plus duobus abhinc annis eo consilio instituistis peculiarique modo « Legioni a decentia » efficiendum credidistis, ut, sanctissimum veluti certamen, cinematographicae artis pravitatem compesceret.

Id optatam diu Nobis affert opportunitatem, ut satius mentem Nostram hac de re aperiamus, quae ad totius christianae plebis mores religionemque tam arctissime pertineat. At primum, quod Vobis ducibus ac magistris, et christifidelibus adiutricem vobis navitatem suam praestantibus, Legio ista, hoc in apostola-

tus campo, tam sollerter allaboraverit, eo vehementius gratulari vobiscum cupimus, quo sollicitare animo videbamus hanc eamdem artem eiusdemque generis industriam illuc, quasi « per magnos passus extra viam » evasisse, ut prostarent omnibus, luce expressa, vitia, scelera, delicta.

Altissimi officii Nostri partes duximus, quotiescumque Nobis obversabatur occasio, non modo Episcopos compellare ceterosque e clero, sed omnes etiam, quotquot sunt probi volentesque homines, ut gravissimam huiuscemodi causam intento animo considerarent.

Iam scilicet in Encyclicis Litteris « Divini illius Magistri », idcirco conquesti sumus quod « validissima eiusmodi ad quidvis; evulgandum subsidia, quae, si ad sana principia apte regantur, eruditioni magnopere atque educationi prodesse queant, saepe — proh dolor — provehendis vitiorum illecebris sordidisque quaestibus serviunt ».[1] Atque anno MDCCCCXXXIV, mense augusto, cum aliquot, coram admissos, e foederatione illa alloqueremur, cuius est in quibusvis Nationibus ephemerides scriptionesque edere, quae ad cinematographea attineant, horum spectaculorum momentum nostra hac aetate ingravescens indicavimus, eorumque gliscentem vim, cum ad virtutem, tum ad vitia suadenda ; ac praeterea animadvertebamus omnino necesse esse cinematographicis scaenis ea praescripta tribuere, quae grande ingenuae artis munus regant ac moderentur, ut christiana, quin immo humana ipsa ad naturalem legem composita, morum ratio iniuria probroque non afficiatur. Iamvero ars quaelibet nobilis in id potissimum nitatur oportet, eoque suapte natura spectet, ut debita hominem probitate virtuteque perficiat; atque adeo sit ad moralis disciplinae principia ac praecepta redacta. Exinde vero necessitate consequi monebamus, probantibus equidem lectissimis illis viris, — grata adhuc subit recordatio animum — opus esse prorsus cinematographicos ludos ad rectas normas conformari, ut ad vitae integritatem verique nominis educationem spectatores omnes excitent.

1 *A. Ap. Sed.*, 1930, vol. XXII, p. 82.

Ac recens quoque, superiore nempe mense aprili, cum grato animo nonnullos coram admisissemus, qui Romam in congressum e variis Nationibus convenerant, ut de cinematographicis scriptionibus vulgo edendis causam agerent, huius negotii momentum gravitatemque iterum proponebamus; itemque, religionis nomine non modo, sed civilis etiam in ordine morum prosperitatis, omnes cordatos homines adhortabamur, ut scriptis prelo excusis omnique ope contenderent, quo cotidie magis id genus spectacula ad sanam institutionem educationemque valerent, non vero ad animarum ruinam earumque interitum.

At tanti ponderis res est, perspectis praesertim civilis nostrorum temporum societatis condicionibus, ut opportunum Nobis videatur eam iterum per has Litteras magisque enucleate edisserere, vobis non solum, Venerabiles Fratres, sed universis etiam catholici orbis Episcopis impertientes praecepta, praesentibus necessitatibus consentanea. Siquidem pernecessarium est ac penitus urget id providere atque efficere, ut quidquid ex Dei munere progrediens aetas in humanas disciplinas ac vel in ipsas technicae industriae artes invexerit, ita divinae gloriae, animarum saluti et Iesu Christi propagando regno reapse inserviat, ut omnes, quemadmodum Ecclesia nos precari iubet, « sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus aeterna ».

Iamvero facile omnibus in comperto est cinematographicam rem quo mirabiliora susceperit incrementa, eo evenisse morum integritati, Religioni ac vel ipsi civilis consortionis probitati perniciosiorem.

Quamobrem ii etiam, qui in Foederatis Americae Civitatibus id genus industriae praesunt, huius rei rationem atque periculum in se recepisse professi sunt, non modo ad singulos quod attineret cives, sed ad universam etiam hominum communitatem. Etenim anno MDCCCCXXX, mense martio, sponte sollemniterque sanxerunt ac polliciti sunt — datis in id scriptis communi consensione subsignatis ac typis editis — se esse in posterum eorum, qui cinematographicos ludos celebraturi essent, honesta-

tem tutaturos. Ac nominatim per eiusmodi acta spoponderunt nullam se unquam esse imaginum seriem exhibituros, quae rectos spectatorum mores demitteret, quaeque vel naturalem humanamque legem detrectaret, vel eiusdem violationem suaderet.

Nihilo secius, quamvis haec laudabili sane consilio statuisset, ii tamen, quorum causa esset, itemque imaginum effectores, vel non posse vel prorsus nolle, ex suscepta ultro obligatione, id exsequi visi sunt. Quamobrem, cum ex paene irrita illorum voluntate vitia ac scelera in cinematographeis exhiberi pergant, probus quisque plerumque prohibetur quominus, honestae oblectationis gratia, hisce spectaculis intersit.

Quibus in gravissimis rerum adiunctis, vos prae primis, Venerabiles Fratres, modis rationibusque studuistis, quibus creditum vobis gregem ab ingruente istiusmodi discrimine tueremini; idque fecistis, cum « Legionem a decentia » sacram veluti aciem instituistis, cuius opera optima quaeque proposita ac principia, ad naturalis christianaeque probitatis normas conformata, excitata tandem revirescerent. Qua in re tantum abfuit ut vobis mens esset huic industriae detrimenta inferre, ut eam potius ab interitu vindicare pro vestra parte eniteremini, in quem dilabi quaevis ludiera pronum esset, quae in artis dehonestamenta depravationesque corruissent.

• Suscepta a vobis consilia christifideles, vestris demandati curis, prompto paratoque animo complexi sunt. Ad decies nempe centena milia Foederatarum Americae Civitatum catholici fidem obligationemque, quam « Legio a decentia » proposuerat, in se libenter recipientes, nullam se polliciti sunt cinematographicam spectationem participatur^, quae christianos mores offenderet, rectaque vitae praecepta. Itaque populum apud vos sacrorumque Antistites — quod vehementi cum animi gaudio profiteri libet — tam concordes vidimus hoc in incepto data opera provehendo, ut nunquam alias, hac recentiore aetate, arctius inter se coniunctos eos cernere potuerimus.

Neque solummodo catholicae Ecclesiae filii, sed e Novatoribus etiam et ex Hebraeis lectissimi viri, aliique non pauci

vestra consilia ac proposita exceperunt; vestrisque nisibus idcirco obsecundarunt ut cinematographicae scaenae ad digna ingenuae artis morumque praescripta redigerentur. In praesens autem fateri summo Nobis solacio est, laudabiliter initam contentionem non mediocres iam assecutam esse exitus atque utilitates. Siquidem perlatum Nobis est cinematographicam artem, ob sedulam vigilantiam vestram communisque opinionis vim, non parum iam ad emendatiorem mod]um processisse. Vitiorum nempe scelerumque imagines non ita crebrius, ut antea, subiectae oculis; prava quaelibet admissa non ita licentius probata, conclamata ; neque procaci eadem ratione, falsa ducendae vitae principia mollibus concitatisque iuvenum mentibus exhibita.

Quodsi in nonnullis civium ordinibus in antecessum asseveratum est fore ut, ex sedula eiusdem « Legionis » navitate huius artificii ornamenta ac decora non parum remitterent, res tamen visa est in contrariam evasisse partem.

Siquidem non parum etiam, pro viribus, allaboratum est, ut scaenicae eiusmodi actiones ad nobilissima liberalium artium praecepta conformarentur ; atque adeo, ut vel vetera optimorum scriptorum, vel nova humanae mentis opera spectatorum oculis proponerentur, quae haud communi laude eniterent.

At neque ii, qui pecuniam suam in huius industriae inceptis collocaverant, detrimenta hac de causa perpessi sunt, quemadmodum nonnulli, quin consentaneam adderent rationem, praemonuerant; haud paucis enim, qui a cinematographicis ludis, ob inustam per eos rectis moribus iniuriam, abhorruerant, cum facinora luce expressa cernere licuit, quae humanae probitati christianaeque virtuti non detrimentosa viderentur, iterum haec spectacula celebrare sollemne fuit.

Ubi vero vos, Venerabiles Fratres, hoc veluti sacrum certamen instituistis, non defuerunt qui dicerent, susceptos hoc in genere nisus eorumque, qui exspectabantur, exitus, fluxos fore brevique tempore dilapsuros; quatenus, remissa pedetemptim vestra vestrorumque vigilantia, harum imaginum auctoribus

integrum esset, pro suo cuiusque arbitrio, ad pristinas iterum redire agendi rationes. Facile equidem dispicitur cur iidem non honestas, ideoque prohibitas a vobis, scaenicas actiones repetere excupiant, quae ad ignobiles cupidines instimulare queant. Si enim harum pellicularum series, quae hominum gesta praeferant virtuti consentanea, summo artificio effingere multum profecto ingenii, laboris, peritiae ac vel sumptuum interdum expostulat; at facile plerumque est quosdam homines et quorumdam civium classes ad cinematographica arcessere theatra, in quibus id genus spectationes habeantur, quae libídines incendant, pravosque exsuscitent in animis latentes motus.

Quamobrem necesse est ut vigilans eademque sedula omnium opera penitus industriae huius artificibus suadeat, hanc. « Legionis a decentia » contentionem non idcirco initium sumpsisse, ut brevi temporis spatio excidat ac neglegatur, sed ut potius — foederatarum Americae Civitatum Episcopis moderatoribus — honesta populi oblectatio, quovis tempore ac quibusvis rationibus habita, pro viribus in tuto ponatur.

Corporis animique oblectamenta, in quae nostra haec aetas varias induxit formas rationesque, iis omnibus, quotquot negotiis vitaeque sollicitudinibus distineantur, necessaria prorsus esse nemo est qui non videat; attamen ad hominis dignitatem eadem sunto et ad morum redacta integritatem; atque adeo eo spectent ut reapse nobiles sensus commoveant atque excitent. Graviter procul dubio populorum magnitudo atque potentia periclitantur, qui per requietis tempora ludicris se dedant, quae decoris, dignitatis honestatisque principia laedant, quaeque ad admissa perpetranda, iuventuti praesertim, occasionem praebeant.

Quibus in ludicris, ut omnibus perspectum est, cinematographea maximi momenti sunt, cum nostra hac aetate ad universas gentes pertineant. Dicere vix attinet cives ad decies centena millia bene multa huiuscemodi spectationes cotidie participare; penes quoslibet populos, sive funditus, sive leviter excultos,

horum theatrorum numerum magis magisque increbrescere; eademque communem iam se relaxandi obleetandique rationem impertire, locupletium non modo, sed cuivis etiam societatis ordini.

Ceterum, aliud nihil in praesens invenire queas, quod tanta efficacitate in multitudines polleat, cum ob ipsam imaginum naturam, quae versatilis lucis motu effinguntur, tum ob ludorum facilitatem, qui vel popularibus conceduntur, tum denique ob rerum adiuncta, quae iisdem ludis comitantur.

Quae quidem efficacitas ex eo profluit, quod per vividas illas species ac formas cinematographica ars loquitur, quae magna cum animi delectatione nulloque negotio eorum quoque sensibus obiiciuntur, qui, ut rudes sunt atque inculti, sive e rerum concretione enitendo ratiocinandoque discedere, sive ex causis earum effectus eruere, vel nolunt, vel saltem nequeunt. Legere etiam ac vel aurem dare alicui dicenti, quamdam postulat intentionem mentisque nisum ; quod quidem cinematographica visio, per subsequentes continuato ordine oculisque subiectas imagines, summo cum gaudio removet. Atque efficientia eadem per cinematographea illa adaugetur, in quibus spectationes cum congruentibus vocibus copulantur; ita enim facinora luce expressa expeditius intelleguntur, et scaenica actio, magna utique cum fascinatione, musicis concentibus coniungitur.

Per choreas vero ac per interiectas illas ex arbitrio scaenas, quas « varietates » vocant, perturbati animi motus cupidinesque gliscunt citatioreque gradu increscunt.

Quapropter haec theatra veluti rerum scholae sunt, quae, magis quam meraca ratiocinatio, plerosque homines ad virtutem aeque ac ad pravitatem instimulare possunt. Oportet igitur salutaribus provehendis christianae conscientiae propositis eadem inserviant, atque adeo res omnes ab se detrahant, quae integros corrumpant depraventque mores.

In comperto cuique est quantopere improbae id genus scaenae in spectatorum animos influant; ut cupidinum enim libidinumque laudes efferunt, ita vitiorum occasionem praebent; iu-

venes e recto itinere transversos agunt;ducendae vitae rationem fucata lucis specie proponunt; capessendae perfectionis consilia infuscant atque debilitant; castum denique amorem, matrimonii sanctitatem atque intimas domestici convictus necessitudines restinguunt. Praeiudicatas praeterea falsasque opiniones cum singulis hominibus, tum civium classibus, nationibus variisque gentibus ingenerare queunt.

At contra, eiusmodi ludi si ad optimas normas conformentur, vim possunt in spectatores elicere sane saluberrimam. Non tantummodo siquidem delectant, sed etiam ad nobilissinia quaeque erigunt atque excitant: valde utilia praecepta impertiunt: itemque suae cuiusque ceterorumque patriae egregie gesta pulchri tudinesque demonstrare possunt; virtutem veritatem que grato speciosoque more ostendere; in Civitatis ordinibus, in Nationibus, variisque stirpibus mutuae cognitionis voluntatisque studia gignere vel saltem promovere; iustitiae quoque causam amplecti; ad virtutem advocare omnes; ac denique ad novam magisque aequam humanae societatis ordinationem temperationemque adiutricem operam conferre.

Quae animadversiones Nostrae magis profecto ex eo sumunt gravitatis, quod cinematoghaphica ars non singulis civibus sed hominum stipationibus quodammodo loquitur; idque per temporum, rerum locorumque condiciones, quae, ut ad pravum, ita ad optimum conflandum animorum ardorem perquam apta videntur: quod quidem ardoris studium in communem illam ac prorsus insanam concitationem evadere potest, quam experiendo novimus.

Imaginum nempe series volubili luce spectatoribus proponuntur, qui in subobscuris theatris assidunt, et quorum mentis facultas spiritualesque vires plerumque languent. Atque id genus theatra longe quaerere non est opus; eadem enim domibus, sacris aedibus ac popularibus litterarum ludis ita contigua sunt, ut vim iam habeant in communem omnium vitam maximam maximunque momentum.

Casus praeterea rerumque vicissitudines, quae per cinema-

tographea effinguntur, ab hominibus sustinentur mulieribusque, dotibus natura datis et artificio auctis, omnique ope tam instructis atque exornatis, ut interdum ad corruptelarum blandimenta adulescentes peculiari modo pellicere possint. Huc accessere musici concentus, sumptuosa loca, res procaciter obiectae oculis, omnisque novitatis varietatisque deliramenta. Qua praesertim ex causa horum ludorum fascinatio puerorum iuvenumque animos afficit ac tenet; ita quidem ut hac ipsa aetate, qua honestatis sensus innascitur atque informatur, qua iustitiae probitatisque principia e mentibus evolvuntur, qua denique officiorum notiones emergunt, et optima perfectionis proposita vitam attingunt atque pervadunt, cinematographica ars vim suam exerceat summamque efficacitatem.

At, proh dolor, huiuscemodi efficientia, praesentibus in rerum adiunctis, nimio saepius in detrimentum vertitur. Quamobrem dum tantam recogitamus iuvenum nominatim ac puerorum ruinam, quorum integritas ac castitas hisce in theatris periclitatur, acerrima illa in tenuiorum corruptores Nobis succurrit Iesu Christi sententia : « Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris ».[1]

Pernecesse igitur est, nostris hisce temporibus, advigilare omnique ope allaborare ut id genus spectacula non illecebrarum scholae evadant, sed ut potius ad rectam hominum educationem et ad elatiorem morum dignitatem summopere conferant.

Heic vero animadvertere operae pretium est — quod Nos libentissime facimus — nonnullos ex iis, qui Civitatis gubernacula moderantur, idcirco sollicitudine permoti, quod magnam in hominum mores huius artis impulsionem cernèrent, per probos viros ex patribus praesertim matribusque familias selectos, peculiares instituisse coetus, quibus sit res quae hac in causa edantur, inspicere, recognoscere ac dirigere. Ac novimus etiam

1 Matth., XVIII, 6-7.

eos saepenumero eamdem artem ad suorum cuiusque Nationis optimorum auctorum poëtarumque scripta hisce imaginibus referenda convertere con tendisse.

Iamvero, si maxime opportunum est vos, Venerabiles Fratres, vigiles curas cogitationesque in cinematographicam Nationis vestrae industriam conferre, quae tam magna susceperit incrementa, quaeque non mediocri pulsu in ceteras quoque gentes influxerit, at omnibus catholici orbis Episcopis officio est, in communi hac, eademque potentissima, oblectationis institutionisque forma collatis, inter se viribus evigilare. Atque ex iniuria ipsa quae probitatis religionisque conscientiae, itemque christianae doctrinae praeceptis inferatur, causam sumere, cur pravos istiusmodi ludos prohibeatis, nihil reliqui facientes, ut omnia pro facultate arceatis, quae decori honestatisque sensus in populo laedere atque restinguere enitantur.

Quod quidem officium non modo Episcopos, sed quoslibet catholicos etiam omnesque cordatos homines tenet, quibus et domestici convictus, et patriae cuiusque suae, et totius humanae consortionis honos atque integritas cordi sit.

In praesens vero, quaenam vigilantiae cura habenda sit, inquiramus atque explanemus.

Causa de cinematographicis pelliculis, quas vocant, efficiendis, ad probos mores quod attinet, funditus omnino feliciterque componeretur, si facultas esset imagines proferre, quae ad christiana fuissent principia conformatae.

Quamobrem numquam eos dilaudare desistemus, qui se huic arti devoverunt, vel in posterum devovebunt, hoc tamen enitentes ut haec scaenica spectacula ad sanam hominum educationem et ad christiana proposita reapse spectent. Id vero non leviter, sed technicorum more accuratisque rationibus faciant, ne incassum vires sumptusque effundant.

At quoniam Nobis perspectum est quot quantaeque occurrant, in re praesertim oeconomica, difficultates, quominus haec incepta ordinatim componantur; ac quandoquidem penitus ne-

cessarium est res omnes hoc in genere edendas ita moderari, ut — ad religionis, morum civilisque societatis rationes quod pertinet — detrimenta eaedem non pariant, idcirco sacri Pastores oportet ad imagines omnes curam convertant, quae undecumque christianae plebi proferantur.

Universos igitur catholici orbis Episcopos, quorum in Nationibus cinematographicae pelliculae effinguntur, ac vos potissimum, Venerabiles Fratres, vehementer adhortamur, ut christifideles illos paterno animo compellatis, qui huius artis industriam quoquo modo participent. Graviter iidem animadvertant et sua ipsorum officia, et eam, qua ut Ecclesiae filii tenentur, obligationem, pro viribus nempe enitendi ut imagines, quas vel ipsimet edant vel edendas adiuvent, saluberrimis principiis sint rectisque normis consentaneae. Haud pauci sane ex catholicis viris numerantur qui exsecutorum, moderatorum, auctorum, actorumve hac in re partes agant; attamen dolendum est non semper eorum operam cum eorum fide eorumque propositis consentire. Quapropter Episcoporum erit eosdem commonere ut sua cuiusque actio proborum hominum conscientiae ac Iesu Christi sectatorum officio omnino respondeat.

Hoc etiam in apostolatus campo, quemadmodum in ceteris omnibus, sacrorum Antistites eos procul dubio optimos experientur laboris socios, qui in Actionis Catholicae agminibus militant; quos Nos contineri non possumus quin per has Litteras iterum atque iterum excitemus ut, hanc etiam in causam, sedulam conferant atque indefatigabilem navitatem suam.

Opportunum equidem est ut identidem sacri Pastores huius artis effectarum in memoriam redigant, sibimetipsis — quemadmodum de ceteris rebus, quae ad ministerium suum pertineant — ita de qualibet etiam honestae oblectationis forma curam esse; cum divino mandato teneantur concrediti sibi populi mores, vel relaxationis tempore, regere atque moderari. Postulat enim sacrum, quo funguntur, munus, ut palam aperteque moneant dehonestamenta ludorum virtutis nervös in ipsis Nationibus elidere. Quamobrem, quod hoc in genere expetunt, non

ad catholicos dumtaxat respicit, sed ad quosvis etiam horum theatrorum spectatores.

At vobis peculiari modo fas est, Venerabiles Fratres, id ab cinematographicae artis auctoribus contendere, quod iidem, ut diximus, in Foederatis Americae Civitatibus, ex suscepta ultro obligatione, polliciti sunt, huius rei rationem atque periculum, ad humanam societatem quod attinet, in se recipientes.

Omnes vero, quotquot ubique terrarum episcopali dignitate aucti sunt, summopere curent, ut iis veluti ante oculos ponant, qui huic industriae dant operam, rem tam pollentem iamque in communem usum invectam perutiliter posse ad elatiorem morum perfectionem cum singulos, tum universam hominum consortionem con vertere atque dirigere.

Ecquid enim de malis vitandis solummodo causa agatur? Et cur cinematographea inanes tantum otii horas conferant ? At eadem possunt ac debent mirifica efficacitate sua spectatorüm animos collustrare, ac reapse ad virtutes omnes compellere.

In praesens vero, argumenti huius gravitate perspecta, opportunum ducimus peculiares aliquas animadversiones edere, huic rei consentaneas. Imprimisque singuli curent animarum Pastores, ut — quemadmodum Foederatarum Americae Civitatum catholici — christifideles sibi crediti quotannis spondeant se numquam cinematographica spectacula participaturos, quae veritatem offendant christianaeque doctrinae instituta. Quae quidem pollicitatio dandaque fides in sacris praesertim aedibus et in litterariis ludis haberi poterit; atque in hanc rem Episcopi adiutricem advocent actuosamque operam, cum patrum matrumque familias, qui peculiari hac in causa obstringuntur officio, tum catholicorum etiam scriptorum, quibus erit huius veluti sacrae contentionis momentum diligenter utiliterque explanare.

Ut autem sollemnis eiusmodi sponsio feliciter effecta detur, omnino necesse est, ut populo penitus in comperto sit quaenam imagines libere omnibus ad spectandum pateant, quasnam vero certis dumtaxat positis cautionibus videre liceat, ac denique

quaenam perniciosae sint, vel reapse pravae. Quod profecto id exposcit, ut peculiaria ordine conficiantur typisque edantur rationaria seu elenchi, in quibus quam saepissime cinematographicae pelliculae distribute, ut diximus, ita proponantur, ut omnium in notitiam venire possint.

In votis equidem est, unum tantummodo pro universis terrarum orbis partibus harum rerum rationarium statuere, quandoquidem omnes eadem in genere morum lege tenentur.

Attamen, cum de scaenicis actionibus agatur, quae ad quaslibet pertinent societatis classes, ad ineruditos nempe doctrinaque excultos, ad populares aeque ac ad primores civitatis, eadem procul dubio ubique gentium haberi sententia non potest. Dissimilia etenim sunt, pro variis regionibus, rerum adiuncta vitaeque rationes; quapropter unum ubique omnibus elenchum impertiri non consentaneum est. At vero, si in quavis Natione distincto, ut diximus, ordine, rationarium exhibeatur, generalis iam, quae requiritur, habeatur norma.

Quam ad rem prorsus necessarium est Episcopos stabile pro tota Natione inspectionis Officium constituere, cuius sit honestas imaginum series promovere, ceteras autem indicato more generatim distribuere, ac denique editum abs se iudicium sacerdotibus et christifidelibus significare. Quod quidem Officium Centralibus, ut aiunt, Catholicae Actionis Consiliis peropportune demandari poterit, quae, ut omnes norunt, a sacrorum Antistitibus pendent. Utcumque hoc pro certo habeatur, hanc scilicet inspectionis operam, ut valida in rectamque formam redacta eveniat, unam pro unaquaque Natione efficiendam esse, ab unoque regimine moderandam.

Attamen, si satis graves causae id reapse postulare videbuntur, sacris Pastoribus, in sua cuiusque Dioecesi, integrum erit per suos ad hoc delectos dioecesanos coetus severiore ea sententia uti, quam peculiaris deposcat illius regionis indoles; cinematographicas videlicet pelliculas vetando, quas generale rationarium idcirco permiserit, quod normas tradere teneatur, quae ad universam Nationem respiciant.

Hoc praeterea Officium theatra id genus, quae vel penes paroeciales aedes, vel in catholicarum sodalitatum domibus habeantur, ita ordinanda curet, ut eadem probatis solummodo imaginibus fruantur. Per idoneam enim horum theatrorum disciplinam ordinationemque, quae in facilem saepenumero huius industriae electorum clientelam transeant, id etiam vindicari poterit, ut nimirum effectores iidem res proferant, quae propositis nostris omnino respondeant, quaeque non ¡modo scaenicis hisce catholicorum spectationibus, sed ceteris etiam inservire queant.

Haud ignoramus equidem Officii huius constitutionem non mediocres a christifidelibus postulare labores, postulare sumptus. Nihilo secius magnum huius causae momentum, itemque necessitas cum christianae plebis integritatem, tum totius Nationis honestatem tutandi, id impensae atque operae satis superque requirunt. Siquidem ob detrimentosum illud pravae cinematographicae artis ulcus, et scholarum nostrarum, et Catholicae Actionis sodalitatum, et sacri ipsius ministerii vis atque efficacia imminuitur atque periclitatur.

Animadvertendum vero est in Officium idem oportere prorsus ut viri coeant, qui tam sint huius rei industriaeque periti, quam christianae doctrinae praeceptis penitus conformati. Ac praeterea sacerdos ab Episcopis delectus eosdem dirigat ac moderetur.

Mutua etiam necessitudinum notitiarumque commercia, quae inter eiusmodi Nationum Officia peropportune habeantur, hanc inspectionis operam efficientiorem procul dubio magisque concordem reddent; quamquam dissimiles rerum, locorumque condiciones hac in causa diligenter reputandae sunt. Ita enim, omnium catholicorum scriptorum ope, miram sentiendi, iudicandi, agendique unitatem assequi fas erit.

Officia eadem non modo ex experimentis inceptorumque eventibus, in Foederatis Americae Civitatibus habitis, utilitatem opportune percipient, sed ex laboribus etiam, quos in cinematographicae artis campo catholici ceterarum regionum homines susceperint.

' Quodsi huius Officii sodales — quamvis optimis consiliis propositisque praestent — pro sua tamen hominum infirmitate, e recto interdum itinere deflexerint, videant sacrorum Antistites, pro sua ipsorum pastorali prudentia, ut, efficaciore quo poterit modo, illapsis erroribus medeantur; utque debitam Officii auctoritatem ac nomen pro viribus tutentur, vel aliquem eidem attribuendo socium ampliore virtute enitentem, vel in locum eorum, qui ad gravissima haec obeunda munera non omnino apti visi fuerint, alios sufficiendo lectissimis viros.

Si igitur catholici orbis Episcopi id in se receperint, ut ad impertitas normas de cinematographicis spectaculis vigilem curam agant — quod Nos, quibus pastorale eorum studium omnino perspectum est, fore non dubitamus — perutilem profecto iidem operam conferre poterunt ad optimos tuendos, relaxationis oblectationisque tempore, sui populi mores. Omnium pro certo cordatorum hominum, catholicorum non modo, sed eorum etiam qui nostram non profitentur fidem, laudes adipiscentur et adiutricem navitatem; idque pro sua cuiusque parte efficient, ut maxima huiuscemodi vis, quae ad universas Nationes pertinet — cinematographica nempe ars — ad nobilissima quaeque provehenda proposita et ad rectioris vitae rationes commendandas convertatur.

Interea vero, ut haec omina ac vota, quae paterno ex animo fundimus, virtutem sumant, divinae gratiae auxilium imploramus; cuius sit auspex Apostolica Benedictio, quam vobis, Venerabiles Fratres, cunctoque clero ac populo, unicuique vestrum demandato, peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxix mensis iunii, in festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, anno MDCCCCXXXVI, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE G ARIEP

PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE GARIEP » IN VICARIATUM APOSTOLICUM SUB NOMINE ((DE ALIWAL» EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad potiorem dignitatis gradum iure optimo provehit Apostolica Sedes quamlibet enascentem in infidelium partibus novam Ecclesiam, si catholicum ibi nomen haud parvum incrementum susceperit. Quum itaque Praefectura Apostolica *de Qariep,* in Africa Meridionali, sedulis Evangelii praeconum Congregationis Sacerdotum a S. Corde Iesu curis concredita, innumeris difficultatibus minime obstantibus, laetos postremis hisce annis profectus obtinuerit, dilectus filius illius Congregationis Moderator Generalis enixe a Nobis expostulavit ut illa in Vicariatum Apostolicum elevaretur. Nos autem, de consulto venerabilium Fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, attento etiam venerabilis Fratris Iprdani Gijlwijk, Archiepiscopi Euchaïteni, Africae Meridionalis Delegati Apostolici, favorabili voto, omnibus mature perpensis, praefatis praecibus annuendum censuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine quam supra diximus Praefecturam Apostolicam *de Gariep* in Vicariatum Apostolicum tenore praesentium evehimus et constituimus, ipsumque in posterum Vicariatum Apostolicum *de Aliwal* appellari volumus et decernimus. Illum insuper Congregationi Sacerdotum a S. Corde Iesu, cuius sollerti Missionalium zelo tantum, favente Deo, Missio illa hucusque profecit, posthac etiam, ad Sedis Apostolicae tamen beneplacitum, concreditum volumus. Novo proinde huic Vicariatui Apostolico *de Aliwal,* eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent, eosque iugiter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut

excerptas, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo cuiusvis viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Nostris Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam Nostram evectionis, erectionis et constitutionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die vigesima septima mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apostolicorum.*
Ludovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Yol. LIT, n. Iß - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

TEMPLUM, IN URBE BONAERENSI, TITULO NOSTRAE DOMINAE B0NAËRENSIS DICATUM, BASILICAE MINORIS DIGNITATE AC NOMINE DECORATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Allatum ad Nos est Bonaerensi in civitate atque archidioecesi paroeciale templum exstare titulo Beatae Mariae Virginis *Nostrae Dominae Bonaërensis,* quod inter praestantiores urbis eiusdem sacras aedes ob magnificentiam suam atque artis pulcritudinem merito accensendum est. Christifideles vero, non modo e paroecia sed e reliqua etiam civitate, magna frequentia templum ipsum celebrant sacrisque functionibus, quae digne ac sollemniter ibidem peraguntur, summa religione et pietate adstant. Haec animo repetentes, cum sacra haec aedes omnibus condicionibus polleat, quae ad basilicae minoris dignitatem suffragantur, ultro libenterque concedendum censemus votis hodierni Vice-provinciae Nostrae Dominae Bonaërensis ex Ordine Beatae Mariae Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum Vicarii, cui templum ipsum paroeciale concreditum est, quique Nos enixis praecibus flagitavit ut aedem eandem ad Basilicae minoris gra-

dum promovere dignaremur. Accedunt amplissima suffragia commendationesque tum Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalis Bonaèrensium Archiepiscopi, tum Apostolici Nostri Nuntii in Republica Argentina, tum denique Procuratoris Generalis eiusdem Ordinis. Nos, igitur, audito Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, memoratum templum Ordinis Beatae Mariae Virginis de Mercede, Bonaerensi in civitate, Deiparae Virgini titulo « *Nostrae Dominae Bonaërensis* » dicatum, *Basilicae Minoris* dignitate ac nomine decoramus, omnibus et singulis iuribus privilegiisque adiectis quae de iure competunt. Contrariis non ostantibus quibuslibet. Haec edicimus, largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, seu pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, actoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die x m. Februarii an. MCMXXXvr, Pontificatus Nostri decimoquarto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EXCMUM P. D. PASCHALEM RIGHETTI, EPISCOPUM SAVONENSEM ET NAULENSEM, QUARTO EXEUNTE SAECULO A MANIFESTATIONE DOMINAE NOSTRA® A MISERICORDIA IN SACRARIO PROPE SAVONENSEM URBEM VENERATAE.

PIUS PP. XI

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Inter clarissima delubra, Beatae Mariae Virgini dicata, istud profecto templum refertur, quod prope nobilem urbem Savonensem in honorem Dominae nostrae a Misericordia conditum est, postquam Ipsa, die XVIII Martii anno MDXXXVI, benignissime se Antonio Botta conspiciendam dederat. Huic enim Mariali Sacrario non modo diuturnitas ipsa quattuor saeculorum, quibus tanta populi veneratione est affectum, ma-

gnum attulit nomen decusque, sed peculiaris quoque honor atque gloria ex eo accessit, quod simulacrum Virginis, ibidem religiose excultum, ab ipso Romano Pontifice corona est redimitum. Qnod quidem contigit, quum Pius VII fel. rec. Decessor Noster, die x Maii anno MDCCCXV, publicas referre statuit gratias Beatae Virgini, cuius deprecatione Ipse ab impia captivitate, qua potentissimus princeps imperiali diademate insignitus eum detinebat, praeter omnium exspectationem solutus erat. Eventum admodum sane mirabile, quod luculenter confirmat quanta sollicitudine caelestis Mater in publicis gravissimisque calamitatibus, sicut in curis cotidianis, filiis suis praesentissima auxilietur. Hisce praeteritae aetatis memoriis accedunt quotannis egregia fidei ac venerationis testimonia, quae non modo ista dioecesis, sed omnes finitimae eidem Sanctuario proferunt. Illuc enim turmatim fideles peregrinantur, sive ad bona animi vel corporis impetranda, sive ad gratias ob delata sibi beneficia persolvendas; tanta siquidem tamque frequens est gratiarum, quae accipiuntur, copia, ut nemo fere civium Savonensium inveniatur, quin pergrata voluntate filialique amore erga caelestem Matrem suavissimo afficiatur; qui sane praeclari animi sensus et gentibus istis maximo sunt honori et easdem excitant ad opera religionis caritatisve provehenda, quae apud ipsum quoque Sacrarium florent vigentque. Quapropter iure meritoque, Venerabilis Frater, clerum fidelesque tuos hortatus es, ut in proximo anno maxima pompa ac religione celebretur tum dies XVIII Martii, quo quartum feliciter saeculum claudetur ex quo Deipara conspiciendam se dedit, tum dies x Maii, quo Virginis simulacro aurea corona per augustas manus imposita est, tum denique dies VIII Septembris, quo frequentes fideles de more vetusto sacrae imaginis pedes deosculari solent. Neque vero parva animi delectatione accepimus, quanto studio quantaque alacritate élaborent omnes ex utroque clero viri ac boni fideles, ii praesertim qui consociationibus Actionis Catholicae adscripti sunt, ut, faventibus ipsis civilibus magistratibus, sollemnia ista quam splendidissime anno proximo peragantur, ita ut non modo in honorem caelestis Reginae evadant, sed egregium quoque animum atque avitam religionem nobilis istius Savonensis civitatis claro in lumine collocent. Ad tradendam praeterea posteris eiusmodi celebrationis memoriam, peropportune susceptum est consilium quaedam peragendi opera, quibus cultui incrementum afferatur; quare nullum est dubium, quin Savonenses cives, quorum fides operibus significari gestit, conlata liberaliter stipe, effecturi sint, ut pia incepta ad felicem exitum perducantur. Id vero maiore etiam laetitia audivimus, per sacras Missiones precesque piaculares fidelium animos ad saecularia sollemnia pa-

ratum iri, ita ut cuncti probi fideles, praeclarum caelesti Matri honorem tributuri, gratiam amicitiamque eius Filii, Redemptoris nostri, sibi concilient, aut maiorem coniunctioremque assequantur. Qua quidem ratione periucundum illud denuo comprobabitur, cuique aditum ad Iesum patentissimum expeditissimumque iter per Mariam plane praeberi. Haec quidem omnia tam grata tamque accepta Nobis exstitere ac tantam de futura celebratione spem attulere, ut in animo iam habeamus eidem per Nostram participationem cumulum addere et Legatum Nostrum renuntiare quendam S. R. E. Cardinalem, qui nomine et auctoritate Nostra sollemnioribus sacris praesit, quae in diem xvin Martii proximi anni apparantur. Hoc autem eo libentius facturi sumus, quod post longum temporis intervallum gratam usque memoriam servamus diei illius, quo Sanctuarium Ipsi invisimus. Ita profecto Nobis placet et tibi, Venerabilis Frater, novum existimationis signum et cunctae Dioecesi peculiaris benevolentiae testimonium declarare. Interea impensis votis Deum efflagitamus, ut caelesti ipsa Matre deprecante, studia ac sollertiam pastoralem tuam laboresque eorum, qui te adiuvant, gratia sua prosequatur, ut uberes salutis fructus ex proxima celebritate a christiano populo percipiantur. Quorum quidem caelestium donorum nuntia et conciliatrix praecipuaeque dilectionis Nostrae testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater, et clero fidelibusque utriusque Dioecesis, iis praesertim, qui apparandis saecularibus sacris operam suam navabunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvi mensis Iulii, in Commemoratione Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, anno MDCCCCXXXV, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. DALMATIUM TIT. S. EUSEBII S. R. E. PRESB. CARDINALEM MINORETTI, ARCHIEPISCOPUM IANUENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD SOLLEMNIA SAECULARIA MANIFESTATIONIS DOMINAE NOSTRAE A MISERICORDIA IN SANCTUARIO SAVONENSI CELEBRANDA.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Praeterito iam anno, Litteris Nostris *Inter clarissima deludra* ad egregium Savonensem Naulensemque Episcopum datis, die xvi mensis Iulii, probos Christi fideles paterne cohortati sumus, ut pia sacrorum admini-

strorum vota prosequentes, quater saecularia sollemnia in honorem Dominae nostrae a Misericordia summo pietatis studio atque omni alacritate, vertente hoc anno, celebrentur. Nunc vero peculiari animi delectatione Ipsi audivimus fidelem populum Savonensem, pro sua erga Deiparam observantia ac veneratione, sedula opera ac piacularibus supplicationibus fervida Pastoris clerique optata atque incepta persolvisse, in eoque iam iamque esse, ut publicas erga caelestem Matrem obsequii amorisque significationes sacra pompa apparatuumque splendore faciat. Quam ob rem Nos, qui ad augendam Marialem celebritatem Nostram participationem memoratis Litteris libenter polliciti sumus, te, Dilecte Fili Noster, qui in nobilissima urbe ista, Liguriae capite, metropolitanam Sedem honorifice tenes, atque, in amplissimum Senatum Nostrum cooptatus, principis dignitate ac magnificentia enites, Legatum Nostrum eligimus ac renuntiamus, ut, Nostram ipsam gerens personam, sacris ritibus caerimoniisque praesideas, quae duodevicesimo die huius mensis, quarto scilicet exeunte saeculo, ex quo beatissima misericordiae Mater Antonio Botta conspiciendam se obtulit, Savonae fauste sollemniterque peragentur. Pro certo autem habemus temet, pro flagranti tua erga poten tissimam Virginem caritate, proque studiosa, qua teneris, in Savonenses cives benevolentia, perhonorificum munus iucunda obiturum voluntate, atque omnes, qui sollemnibus proximis interfuerint, uberrimam salutarium fructuum copiam ex Deiparae liberalitate percepturos. Quo vero celebratio ista christiano populo gratior utilior que evadat, tibi ultro, Dilecte Fili Noster, facultatem concedimus, ut faustitatis die, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus Nostro nomine Nostraque auctoritate benedicas, plenam iisdem admissorum veniam proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Felicissimi interea huius missionis exitus auspex esto ac praenuntia Apostolicae Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, sollerti Episcopo Savonensi et Naulensi, utrique vestrum clero populoque tradito, iisque praesertim, qui de sollemnibus apparandis egregie meriti sunt vel merebuntur, effusa in Domino caritate impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die i m. Martii, an. MDCCCXXXVI, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO RITUUM

MASSILIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI CAROLI IOSEPHI EUGENII DE MAZENOD, EPISCOPI MASSILIEN. ET CONGREGATIONIS OBLATORUM MARIAE IMMACULATAE FUNDATORIS.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Obstupescite caeli... et portae eius desolamini vehementer. Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquae vivae et foderunt sibi cisternas, cisternas quae continere non valent aquas... Confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, et dixisti: Non serviam (Ier., II, 12, 13, 20).

Vehementibus his Prophetae verbis graphice nationum desolatio describitur, quae, Deo derelicto, in vanitates abeuntes, omne genus errorum amplectuntur, atque ad extremum iisque depravationis deveniunt. Duo praesertim errores saeculis XVII et XVIII per nobilem Gallorum gentem insidiose serpebant : Iansenismus et Gallicanismus. Prior de divina bonitate male sentiens, Deum, qui caritas est, sacrilega doctrina impetebat, pronam ad atheismum sternens viam; alter vero potestatem a Christo Ecclesiae datam politicae potestati subiiciens, divinam eius auctoritatem ad nihilum redigebat. *Rupisti vincula mea, et dixisti: Non serviam.* Encyclopedistarum denique placita, horum errorum consectariis falsae scientiae fuco ulitis, totius societatis non religiosae tantum, sed et civilis fundamenta subverterunt. Horribilia, quae exeunte XVIII et XIX saeculo ineunte, in Gallia praesertim, evenere : interneciones, perturbationes, ruinae, quae nobilem hanc nationem, teste historia oppressere, eiusdem Prophetae verba confirmant : *Malum et amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, et non esse timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum* (Ib., II, 19).

Quibus tantis malis remedium afferre volens misericors Deus, ex ipso generosi Gallici populi sinu, pro eius salute non paucos suscitavit, qui sive per se, sive quoque per spirituales filios, doctrina veram fidem assererent, caritate vero divinam bonitatem verbo et exemplo monstrarent. Insignis vir, de cuius ineunda Beatificationis causa modo agitur, divinae huius misericordiae documentum extat.

Carolus Iosephus Eugenius de Mazenod, nobili genere ex Carolo Antonio et Maria Rosa Eugenia de Ioannis a. D. 1782 Aquis Sextus die 1 Augusti natus, sequenti die regenerationis sacramentum accepit. Piorum parentum cura ad omnem pietatem educatus, caritatis erga pauperes mirifica puerulus exempla dedit. Non solum enim panem et pecuniam, sed*et proprium obsonium largiebatur, immo et suas vestes cum eorum detritis vestibus commutavit. Angelica puritas ex ore, ex corporis habitu, ex gestu prodibat; a mendacio abhorrens, si in aliquam puerulus culpam incidisset, hanc aperte fateri non dubitabat.

Egregiae huic indoli et ad pietatem proclivi fortem firmumque animum natura addidit, quem ipse, ab omni excessu cohibitum ad magna pro Dei gloria facinora exantlanda per totam vitam adhibuit. Iam tum animarum zelum persentiens, coram famulis sacras caeremonias imitari, nec non e suggestu concionari in deliciis habuit.

Gallica seditione exorta, Eugenii pater, vitandae persecutionis causa, Niceam ad Varum clanculo se contulit, quo Eugenius a. 1791 a patruo fuit deductus. Paulo post in nobilium epheborum collegio Taurinensi, intercepta litteraria studia prosequutus, primas tulit. A. 1792 feria V in Coena Domini ad sacram synaxim primitus fuit admissus, atque duos post menses Confirmationis sacramento roboratus. Anno 1794 Venetias familia de Mazenod se contulit, qua in urbe Eugenius, opera praesertim Sacerdotis Bartholomaei Zinelli, maiores seu in litteris seu in pietate progressiones fecit, atque se ad sacerdotium a Deo vocari praesentire coepit. Tribus annis post cum suis Neapolim se contulit, deinde Panormum, ubique mira relinquens virtutum exempla. A. 1802 in patriam reversus, dum patrimonialia bona, quae superfuerant, administrabat, operibus caritatis omne genus et religionis studiis se devovit. Ecclesiasticae vocationis certior factus, in S. Sulpitii Parisiense Seminarium a. 1808 ingressus est, in quo sub sapienti moderamine Sacerdotis Pouget-Duclaux, qui sanctitatis fama fruebatur, ad Sacerdotium fuit comparatus, quo, die 21 Decembris mensis a. 1811, fuit auctus.

Inter plures insignes viros, qui in eodem Seminario id temporis pietati studiisque vacabant, commemorare iuvat Carolum de Forbin-Janson, futurum Nanceyensem Episcopum nec non Pii Operis a San-

cta Infantia fundatorem, quod millenis millibus infantium paradisi ianuam aperuit, quocum sancta amicitia Eugenius se devinxit.

Aquas Sextias reversus, magno cum animarum emolumento totum se divini verbi praedicationi, aliisque sacerdotalibus ministeriis, in carceribus praesertim, se dedidit. Nec, grassante pestifero morbo, ab incepto destitit, quo fere ad mortem correptus, eam oppetere, quasi caritatis martyr, optabat.

Spirituales populorum necessitates probe perpendens, ad missionalium virorum Congregationem condendam animum intendit; cui cum sa. me. Sacerdote Henrico Francisco a Paula Tempier tribusque aliis sociis die 25 Ianuarii mensis a. 1816 initium dedit, emissis cum eodem Sacerdote tribus religiosis votis die 11 Aprilis, *feria V in Coena Domini,* anni eiusdem.

Ingentium fructuum, quos in sacris expeditionibus ipse cum sodalibus referebat, fama extra dioecesim disseminata, nova Societas maiora incrementa cepit. Quare constitutiones conscripsit, iuxta quas sodales tria vota: Obedientiae, castitatis et perseverantiae anno 1818 nuncuparunt. Paupertatis votum post tres annos additum fuit. Anno 1825 Societas nomen assumpsit : *Oblatorum S. Caroli.* Leo XII fel. rec. Sodalitatem a. 1826 approbavit, mutato nomine in : *Oblatorum Mariae Immaculatae.*

Interim patruus Eugenii, Fortunatus de Mazenod, Episcopus Massiliensis, eum Vicarium Generalem creavit, novamque Congregationem veluti in suam tutelam recepit. Anno 1832 Gregorius XVI eum elegit Episcopum titularem Icosiensem et Auxiliarem Massiliensis Episcopi, cui, anno 1837 sedem abdicanti, successit.

Episcopus Massiliensis factus, opus, quod iam antea uti Vicarius Generalis inchoaverat, maiori alacritate est prosecutus; totamque Dioecesim ad christianam vitam revocavit. Incredibile dictu est quanta in tam ampla Dioecesi regenda per aliud viginti quatuor annorum spatium gesserit* quantos pro Ecclesiae iuribus, animarumque sibi creditarum salute labores exantlaverit, quanta sit passus; sed *pro nomine Iesu,* sicut Apostoli, *contumeliam pati* gaudebat. Pro gloria enim Salvatoris durissima luctamina contra Iansenistarum, Gallicanorumque errores sustinuit. Doctrinam enim S. Alfonsi de Ligoriq contra rigoristas, primus in Galliam invexit : doctrinam de Immaculata B. M. V. Conceptione deque Romani Pontificis praerogativis, infallibilitate praesertim, iam tum strenue docuit, a suis subditis teneri ac doceri iussit, eamque veluti pretiosam hereditatem Suae Congregationi legavit.

Licet vigilantissima cura amplissimam Dioecesim administrare^ non

minori Congregationem Oblatorum moderatus est, mirantibus omnibus virum, tot tantisque curis intentum, utramque provinciam pari diligentia, tot per annos, senescente iam aetate, cumulate gubernantem. Ut infantes mature ad Sacram Eucharistiam accederent curavit; catholicam, quam nunc dicimus, actionem iam ab a. 1848 promovit : ut fideles sacris exercitationibus in aliquo recessu incumberent fovit; pauperibus liberaliter subvenit, pauperrimus ipse factus; ut rectae clericorum educationi consuleret, Oblatis Mariae Immaculatae episcopale Seminarium regendum concredidit; divinum cultum quam maxime promovit. Probe itaque de Servo Dei accommodari posse videntur quae de Simone, Oniae filio, Spiritus Sanctus edixit (Eccli., 50) : *Sacerdos magnus, qui suffuh sit domum:... curavit gentem suam et liberavit eam a perditione... quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei.*

Sub eius sapienti prudentique regimine Oblatorum Congregatio per orbem diffusa ingentes animarum fructus collegit. Eo autem mortuo, amplius incrementum accepit; et modo seu in gelidis polaribus borealis Americae regionibus, seu in torridis Asiae et Africae, missionales viri, quos Christi amor perurget, legiferi patris generosos ausus aemulantes, christianam fidem impigre dilatare contendunt.

Iam tantum virum iustitiae corona manebat.

Die 21 Maii a. D. 1861, morientium sacramentis refectus, et Apostolica Pii IX benedictione recreatus, dum qui aderant antiphonam *Salve regina* recitabant, ad verba *O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria,* oculis ad caelum elevatis, animam exhalavit.

Sanctitatis fama, qua vivens gavisus est, post mortem non deferbuit. Pius IX s. m., accepta mortis notitia, scripsit de eo : *Doluimus et Nos vehementer eiusdem Antistitis obitum, qui eximia religione, pietate ac sacerdotali zelo praestans, singulari Nos et hanc Petri Cathedram fide, amore et observantia prosequi summopere gloriabatur.* Attamen variis de causis processuum constructio ad annum 1926-29 dilata fuit. Confecti sunt itaque processus Massiliae, princeps, rogatoriales autem in Curiis Aquen., Avenionen., Burdigalen, et Parisien.

Die 22 Maii 1935 S. E. C, scriptis perpensis, decrevit : *Nihil obstare quominus ad ulteriora procedi queat.* Interim biscentae decem et novem litterae Postulatoriae Beatissimo Patri fuere porrectae, quarum 20 a Cardinalibus, 175 ab Archiepiscopis et Episcopis totius orbis, item a nonnullis Abbatibus, Generalibus Ordinum Moderatoribus, a Capitulo Cathedrali Massiliensi, a Studiorum Universitatibus Lugdunen., Andegaven., Insulen. et Washingtonien., etc.

Omnibus itaque ad iuris normam comparatis, instante R. P. Fer-

diñando Thiry, Generali Postulatore Congregationis Oblatorum M. I., in Ordinario S. E. C. coetu, die 14 Ianuarii mensis huius anni habito, Emus ac Rmus D. Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., Causae Ponens seu Relator, dubium •discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio Introductionis Caume, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Emi ac Rmi PP. Cardinales sacris tuendis ritibus praepositi, audita Cardinalis Ponentis relatione, auditisque Officialium Praelatorum suffragiis scripto datis, et audito voce quoque R. P. D. Salvatore JSTatucci, Fidei Promotore Generali, omnibus perpensis, respondere censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem si Ssmo placuerit.*

Subsignata autem die, Ssmo D. N. facta relatione a subscripto Cardinali Praefecto, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Caroli Iosephi Eugenii de Mazenod signare dignata est.

Datum Romae, die 15 Ianuarii a. D. 1936.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

It. & S.

A. Carinci, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 30 Giugno 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi, hanno discusso sull'eroicità delle virtù del Ven. Servo di Dio Carlo Giacinto di S. Maria, sacerdote professo dell'Ordine degli Agostiniani Scalzi.

Martedì, 7 Luglio 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *ordinaria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali hanno discusso:

1) Sulla introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Fratel Muoiano Maria, dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane.

2) Approvazione dell'Ufficio e messa della Beata Giovanna Elisabetta Bichier Des Ages, Confondatrice dell'Istituto delle Figlie della Croce, dette Suore di S. Andrea.

3) Revisione degli scritti : *a)* della Serva di Dio Benigna Consolata Ferrerò, dell'Ordine della Visitazione di Maria Santissima; *b)* del Servo di Dio Adolfo Petit, sacerdote professo della Compagnia di Gesù; c) della Serva di Dio Francesca Salesia Aviat, Fondatrice delle Oblate di S. Francesco di Sales; *d)* del Servo di Dio Pietro Friedhofer, secolare; *e)* della Serva di Dio Caterina Tekakwitha, Vergine indiana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

30 Giugno 1936.* Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Luigi Maglione, Giovanni Mercati e Eugenio Tisserant, *Membri della Pontificia Commissione per la Redazione del Codice di Diritto Canonico Orientale.

*** » » Il Revmo Monsig. Mariano Rampolla del Tindaro, *Sotto-Segretario della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.***

30 Giugno 1936. L Tilmo e Revmo Monsig. Francesco Roberti, *Consultore delia Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

4 Luglio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marmaggi, *Membro della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.*

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

11 Maggio 1936. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore della Congregazione dei Missionari Operai, volgarmente detta « Aumôniers du Travail »,* di cui la Casa Madre si trova nel Belgio.

22 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore della Congregazione delle Suore dei Santi Nomi di Gesù e di Maria,* di cui la Casa Madre si trova nell'archidiocesi di Montréal.

26 » » L'Eráo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore della Piccola Missione per i sordomuti,* di cui la Casa Madre trovasi a Bologna.

28 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore della Congregazione delle Suore Ancelle della S. Infanzia di Gesù,* di cui la Casa Madre si trova a Oberzell (diocesi di Würzburg).

1 Giugno » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore dell'Istituto dei Padri Giuseppini, ¡di* cui la Casa Madre trovasi a Velm (diocesi di Liegi).

3 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Domenico Mariani, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Provvidenza e della Immacolata Concezione di Champion* (diocesi di Namur).

5 » » L'Illmo e Revftio Monsig. Francesco Roberti, *Prelato Uditore della Sacra Romana Rota.*

8 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Sacra Famiglia di Bordeaux.*

17 » » L'Emo e Revnlo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Carità di Namur.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

13 Maggio 1936. **S. E. Revma Monsig. Giuseppe Maria Tissier, Vescovo di Châlons.**
» » * **S. E. Revma Monsig. Giovanni Arturo Chollet, Arcivescovo di Cambrai.**
» » » **S. E. Revma Monsig. Giuseppe Patrizio Lynch, Vescovo di Dallas.**
» » » **S. E. Revma Monsig. Floriano Démange, Vescovo tit. di Adraso, Vicario Apostolico di Tai-Kou.**

***Protonotario Apostolico* de numero participantium:**

23 Aprile 1936. **Monsig. Francesco Annibale Ferretti.**

***Protonotario Apostolico* ad instar participantium:**

23 Maggio 1936. **Monsig. Antonio Rozier, della diocesi di Langres.**

Prelati Domestici di S. S. :

25 Febbraio 1936. **Monsig. Stefano Coté, della diocesi di Sault-Ste-Marie.**
» » » **Monsig. Alfonso M. Tomaselli, della medesima diocesi.**
21 Marzo » **Monsig. Gaetano Scolaro, della diocesi di Patti.**
5 Maggio » **Monsig. Gerolamo Chirouter, della diocesi di Lilla.**
8 * » **Monsig. Luigi Cavazza, della archidiocesi di Gaeta.**
9 » » **Monsig. Giovanni Conio, della diocesi di Ventimiglia.**
» » » **Monsig. Benedetto Arrigo, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Pietro Lupi, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Felice Voglino, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Pier Carlo Landucci (Roma).**
18 » » **Monsig. Emerico Csepregi, della diocesi di Csanád.**
» » » **Monsig. Alessandro Raskó, della medesima diocesi.**
» »• » **Monsig. Giuseppe Hoss, della diocesi di Veszprimia.**
20 » » **Monsig. Francesco Nicoletti, dell'archidiocesi di Palermo.**
23 »• » **Monsig. Francesco Nicola Giacomo Hendrihx, della diocesi di Bois-le Due.**
» » > **Monsig. Paolo Francesco Saverio Guise, della diocesi di Nancy e Toul.**
25 » » **Monsig. Martino Varley, dell'archidiocesi di Cincinnati.**
» » » **Monsig. Alberto A. Burke, della medesima archidiocesi.**
» » » **Monsig. Luigi J. Biskupski, della diocesi di Peoria.**
» » » **Monsig. Rocco Schettino, della diocesi di Castellamare di Stabia.**
1 Giugno » **Monsig. Domenico Frola, della diocesi di Ivrea.**

3 Giugno 1936. Monsig. Giovanni Litschauer, della diocesi di S. Ippolito.
10 » » Monsig. Gualtiero Francesco Traynor, della diocesi di Liverpool.
17 » » Monsig. Medardo Bélzile, della diocesi di S. Germano di Rimouski.
20 » » Monsig. Armando Chaussé, della diocesi di S. Giovanni di Quebec.
23 » » Monsig. Giulio Chiavoni, della diocesi di Civitavecchia.
» » » Monsig. Giuseppe Caprio, dell'archidiocesi di Benevento.
24 » » Monsig. Giovanni Nepomuceno Manfredo Leite, dall'archidiocesi di S. Paolo del Brasile.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda con placca dell'Ordine Piano:

4 Aprile 1936. Al sig. ing. Pasquale Franco, della diocesi di Lecce.

La Commenda dell'Ordine Piano :

26 Maggio 1936. Al sig. comm. Luigi Perticucci De Giudici, della diocesi di Arezzo.

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

28 Giugno 1936. A S. E. il sig. prof. Giuseppe Bottai, Governatore di Roma.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 Maggio 1936. Al sig. comm. Pietro Toni (Italia).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

29 Maggio 1936. Al sig. Giuseppe Delloye, dell'archidiocesi di Cambrai.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 Marzo 1936. Al sig. Federico Morassutti, della diocesi di Padova.
3 Ghigno » Al N. U. sig. Alessandro Jordanow (Roma).
6 » » Al sig. prof. Giovanili Villata, dell'archidiocesi di Torino.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

16 Marzo 1936. Al sig. Bernardo Blavignac, della diocesi di Agen.
25 » » Al sig. Guglielmo Atkinson, dell'archidiocesi di Westminster.

il Maggio 1936. **Al sig. Prospero Rodet, dell'archidiocesi di Lione.**
13 » » **A I sig. Achille del Re (Roma).**
» » » **Al sig. Guglielmo Arts, dell'archidiocesi di Malines.**
19 » » **Al sig. Giuseppe Rhodius-Deby, del Vicariato Apostolico di Leopold ville.**
» » » **Al sig. Andrea Staub, del medesimo Vicariato.**
» » » **Al sig. Lorenzo Cavanagh, dell'archidiocesi di New York.**
» » » **Al sig. Giuseppe Trong, del Vicariato Apostolico di Hai-phong.**
26 » » **Al sig. rag. Augusto Girod (Roma).**
30 » » **Al sig. Giacomo Boutry-Chardon, dell'archidiocesi di Cambrai.**
30 » » **Al sig. Enrico Legrand, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. Felice Cambier, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. Narciso Lefebvre, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. Renato Fagniez, della medesima archidiocesi.**
» » » **Al sig. Giacomo Froissart, della medesima archidiocesi.**
5 Giugno » **Al sig. Stefano Martino Middelhoff, délia diocesi di Haarlem.**
» » » **Al sig. Giovanni De' Rossi (Roma).**
6 » » **Al sig. Mario Roli, dell'archidiocesi di Milano.**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 Maggio 1936. **Al sig. ing. cav. di gran croce Leone Castelli dell'archidiocesi di Milano.**
» » » **Al sig. ing. architetto comm. Giuseppe Momo (Roma).**
1 Giugno » **A S. E. il sig. Vittorio Andrea Bekunde, Ministro del Perù in Svizzera.**

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

1 Maggio 1936. **Al sig. Guglielmo Van Noten, dell'archidiocesi di Malines..**
26 » » **Al sig. Marchese avv. Enrico de Maillardoz (Roma).**
» » » **Al sig. dott. Enrico Giuliani (Roma).**
» » > **Al sig. cav. Pio Morra (Roma).**
13 Giugno » **Al sig. Nullo Borini, della diocesi di Forlì.**

U Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

26 Marzo 193ß. **Al sig. Macedonio Negri, della diocesi di Reggio Emilia.**
28 Aprile » **Al sig. Giovanni Huebmer, dell'archidiocesi di Vienna.**
20 Maggio » **Al sig. Colomanno Droppa, della diocesi di Veszprimia.**
» » ». **Al sig. Nguyen-Van-Yen, del Vicariato Apostolico di Saigon.**

5 Giugno 1936. Al sig. Giuseppe Endrico Uberto van Groenendael, della diocesi di Ruremonda.
13 » » Al sig. Giuseppe Fuzzi, della diocesi di Forlì.
15 » » Al sig. Giovanni Novelli, della diocesi di Alessandria.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

3 Gennaio 1936. Monsig. Antonio Gomes Vieira, della diocesi di Taubaté.
16 » » Monsig. Girolamo Gollo, della diocesi di Campinas.
» » » Monsig. Umberto Manzini, della medesima diocesi.
16 Aprile » Monsig. Antonio Zompi, della diocesi di Pontecorvo.
» » » Monsig. Leone Medeiros Leite dell'archidiocesi di Bello Horizonte.
4 Giugno » Monsig. Giacomo Zanini, della diocesi di Brescia.
11 » » Monsig. Pietro Sigismundi, della diocesi di Bergamo.
» » » Monsig. Giuseppe Zappala, della diocesi di Patti.
» » » Monsig. Tommaso Damiani, della diocesi di Sezze.
20 » » Monsig. Giovanni Unzalu, della diocesi di Vittoria.
» » » Monsig. Giovanni Schònhòftér, della diocesi di Spira.
» » » Monsig. Francesco Saverio Parenti, dell'archidiocesi di Benevento.
21 » » Monsig. Giulio Posch, dell'archidiocesi di Trento.
» » » Monsig. Domenico Paganucci, dell'archidiocesi di Lucca.
25 » » Monsig. José M[a] da Rocha, dell'archidiocesi di Braga.

Cameriere d'Onore in abito paonazzo di S. S.:

21 Giugno 1936. Monsig. Giuseppe Galbiati, dell'archidiocesi di Genova.

NECROLOGIO

17 Giugno 1936. Monsig. Pietro Muñagorri y Obineta, Vescovo tit. di Pitionte.
6 Luglio » Monsig. Pacifico Tiziano Micheloni, Vescovo tit. di Lete.
10 » » Monsig. Ludovico Cattaneo, Vescovo di Ascoli Piceno.

An.....et Vol. XXVIII 25 Augusti 1936 (Ser. II, v. III) - Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

NOVAE ANTUERPIAE

STATUITUR UT VICARIATUS APOSTOLICUS «NOVAE ANTUERPIAE», MUTATO NOMINE, IN POSTERUM ((DE LI SALA)) NUNCUPETUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Litteris Apostolicis *Quae catholico nomini,* die tertia mensis Aprilis, anno millesimo nongentesimo decimo nono a fel. rec. Benedicto Papa decimoquinto, Praedecessore Nostro, datis, novus in Congo Belgico Vicariatus Apostolicus erectus fuit et curis commissus Congregationis ab Immaculato Corde Mariae, vulgo Missionariorum de Scheut nuncupatae, eique *Novae Antuerpiae* nomen impositum ab urbe in qua Vicarii sedes tum fuit constituta. Cum autem, ob immutata rerum adiuncta, Vicarii sedes in *Usala* urbem postea translata sit, venerabilis Frater Aegidius de Boeck, Episcopus titularis Azotiensis et Vicarius Apostolicus Novae Antuerpiae, ab hac Apostolica Sede enixe expostulavit ut ab ipsa urbe *Lisala* Vicariatus sibi commissus nomen in posterum accipiat. Nos vero, attento de hac re favorabili voto venerabilis Fratris Ioannis Dellepiane, Archiepiscopi titularis Stauropolitani, in Congo Belgico Delegati Apostolici, de venerabilium Fratrum

Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, oblatis precibus annuendum censuimus. Per praesentes igitur apostolica auctoritate statuimus ac decernimus ut quem supra memoravimus Vicariatus Novae Antuerpiae in posterum *de Lisala* numcupetur, contrariis quibuscumque non obstantibus. Volumus autem et mandamus ut harum Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce ipsis Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die vigesima septima mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno decimoquarto.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGCIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ludovicus Kaas, ***Protonotarius Apostolicus.***
Michael Jacchini, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco £8 Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LI V, n. J/2. -r Al. Trussardi.

II

DE ANKING ET DE HWANGCHOW

PRAEFECTURA APOSTOLICA «DE HWANGCHOW» IN VICARIATUM, SUB NOMINE «DE KICHOW», EVEHITUR, EIQUE ADNECTITUR DISTRICTUS <(DE YINGSHAN », VICARIATUI ((DE ANKING» HUCUSQUE PERTINENS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quidquid catholico nomini aeternaeque christifidelium saluti bene prospereque evenire videtur j in iis potissimum regionibus nondum evangelica lucè penitus conlustratis, Nos, pro supremo quo fungimur apostolico munere;, omni studio praestare debemus. Quum itaque venerabilis Frater Fridericus Melendro, Episcopus titularis Remesianensis et

Vicarius Apostolicus *de Anhing,* et dilectus Filius Raphael Rogerius Cazzanelli, Praefectus Apostolicus de *Hwangchow,* a Nobis, collatis precibus, expostulaverint ut districtus de *Yingshan,* ecclesiastico Vicariatus *de Anking* territorio hucusque adnexus, sed provinciae civili *de Hupeh,* in qua Praefectura Apostolica *de Hwangchow* sita est, iam ab anno millesimo nongentesimo tricesimo secundo adscriptus, ex Vicariatus *de Anhing* territorio distraheretur et ecclesiasticae circumscriptioni *de Hwangchow,* adnecteretur; quumque dilectus filius Ordinis Fratrum Minorum Minister Generalis Nobis preces obtulerit, ut Praefectura Apostolica *de Hwangchow,* sui Ordinis Missionalium curis concredita, attentis in dies subcrescente in ea tum fidelium frequentia, tum religionis et caritatis operibus, in Vicariatus Apostolici gradum dignitatemque evehetur, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto et habito venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi Traianopolitani in Rhodope et Delegati Apostolici in Sinis favorabili voto, omnibus mature perpensis, porrectis Nobis precibus libenter annuere statuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, Apostolicam quam supra diximus Praefecturam *de Hwangchow* in Vicariatum Apostolicum evehimus, erigimus et constituimus, illumque ab urbe *Kichow,* quae princeps nunc exstat civilis illius provinciae, et eiusdem Missionis Ordinarii sedes habitualis, Vicariatum Apostolicum *de Kichow* posthac nuncupari statuimus. E Vicariatus insuper *de Anhing* territorio districtum de *Yngshan* distrahimus et novo Vicariatui Apostolico *de Kichow* adnectimiis; quem sollertibus Ordinis Fratrum Minorum evangelicis operariis, qui tam indefesse pro Dei regno in missione illa dilatando hucusque adlaboraverunt; etiam in posterum, ad Sanctae Sedis tamen beneplacitum, commissum volumus et per presentes committimus. Novo igitur huic Vicariatui Apostolico *de Kichow* eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent, eosdemque omnibus pariter adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, Notarii tamen publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc

paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die vigesima septima mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno quartodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ludovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £ß Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LIV, n. 53. - Al. Trussardi.

III

SENEGAMBIAE ET SENEGALENSIS

STATUITUR UT VICARIATUS APOSTOLICUS SENEGAMBIAE NOMINE ((DE DAKAR» ET PRAEFECTURA APOSTOLICA SENEGALENSIS NOMINE « SANCTI LUDOVICI SENEGALENSIS » IN POSTERUM APPELLENTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Non semel Apostolica Sedes dioecesium aliorumve catholici orbis districtuum nomina aliquando immutare consuevit ut, immutatis rerum et locorum adiunctis, aptius illa respondeant. Cum itaque venerabilis Frater Augustus Grimaiilt, Episcopus titularis Maximianopolitanus in Palaestina, Vicarius Apostolicus Senegambiae, et Praefecturae Senegalensis Administrator Apostolicus, iustis de causis a Nobis enixe expostulaverit ut praefatarum Missionum, Instituti a Spiritu Sancto sodalibus concreditarum, nomina prout infra immutarentur, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, oblatis precibus annuendum censuimus. Per praesentes igitur auctoritate apostolica statuimus ac decernimus ut Vicariatus Apostolicus Se-

negambiae in posterum *de Dalcar,* Praefectura vero Senegalensis *Sancti Ludovici Senegalensis* nomine vocetur, contrariis quibuscumque non obstantibus. Volumus autem et mandamus ut harum Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis, ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce ipsis Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die vigesima septima mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno decimo quarto.

Fr. TH. PIUS. O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ludovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*
Michael Jacchini, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LIV, n. 41. - Al. Trussardi.

IV

CHATAMENSIS ET SANCTI IOANNIS CANADENSIS

E DIOECESIBUS CHATAMENSI ET S. IOANNIS CANADENSIS TERRITORII PARS DISTRAHITUR, EX QUA NOVA CONSTITUITUR ARCHIDIOECESIS MONCTONENSIS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad animarum salutem facilius procurandam et ad ecclesiasticae disciplinae incrementum non parum prodest Dioeceses territorio et populi frequentia nimius praestantes dividere et novas exinde, iuxta temporum locorumque adiuncta, constituere. Cum itaque in spirituale christifidelium bonum opportunum visum fuerit e Chatamensi et Sancti Ioannis Canadensis dioecesibus territorii partem distrahere et novam exinde archidioecesim erigere, Nos, praehabito venerabilis Fratris Andreae Cassulo, Archiepiscopi titularis Leontopolitani in Augustamnica et in Dicione Canadensi Delegati Apostolici, favorabili voto, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali

praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, suppletö, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, e dioecesi Chatamensi Comitatum civilem *Kent, et* e dioecesi Sancti Ioannis Canadensis Comitatos civiles *Albert* ac *West mor land* distrahimus, atque e territorio ita avulso novam constituimus et erigimus archidioecesim, cuius fines iidem erunt, quibus praedicti Comitatus limitantur; et idcirco dioecesium Chatamensis et Sancti Ioannis Canadensis hac ratione immutantur fines. Ab urbe autem *Moncton* novam hanc archidioecesim *Monctonensem* nuncupari volumus, eiusque sedem in ipsa urbe *Monoton* constituimus, quam propterea ad archiepiscopalis civitatis fastigium extollimus; Archiepiscopi vero cathedram in paroeciali ecclesia Deo in honorem Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae dicata, in eadem Urbe exstante, figimus, quam igitur ad Ecclesiae archiepiscopalis gradum et dignitatem evehimus, simulque ipsi eiusque pro tempore Archiepiscopis omnia tribuimus iura, privilegia, honores, insignia et gratias, quibus ceterae archiepiscopales Ecclesiae earumque Antistites iure communi gaudent ac fruuntur; iisdemque omnia im ponimus obligationes et onera quibus ceterae archiepiscopales Ecclesiae earumque Antistites adstringuntur. Ad huius autem Archidioecesis dotem constituendam ius tribuimus Archiepiscopis pro tempore Monctonensibus cathedraticum, iuxta morem aliorum Ordinariorum in Dicione Canadensi, aliaque, iuxta sacros canones, onera imponendi, quibus rite consuli possit ipsius Archidioecesis necessitatibus. Quod vero attinet ad Capituli archiepiscopalis erectionem, vel, si praesentis temporis adiuncta id modo non permittant, ad Consultorum coetus electionem, atque ad Seminarii archidioecesani institutionem, ad Vicarii Capitularis vel Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus, quae sacri canones statuunt atque praescribunt. Quod autem ad clerum praecipue spectat, statuimus ut simul ac novae huius Archidioecesis erectio ad exsecutionem mandata fuerit, eo ipso Clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant. Mandamus denique ut omnia documenta et acta quae novam Archidioecesim respiciunt, quam primum fieri possit, e cancellariis dioecesium Chatamensis et Sancti Ioannis Canadensis tradantur Curiae archiepiscopali Monctonensi, ut in eius archivo religiose asserventur. Quibus omnibus ut supra dispositis ac statutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem quem supra diximus Fratrem Andream Cassulo, in Dicione Canadensi Delegatum Apostolicum, ipsique propterea necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effe-

ctum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, atque onus imponimus ad S. Congregationem Consistorialem intra sex menses ab his Litteris datis authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque perpetuo valituras volumus et iubemus; et si quid secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Statuimus denique et harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis, ac sigillo munitis viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis; generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis tamen ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die vigesima secunda mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Ioseph Wilpert, ***Decanus Collegii Proton. Apost.***
Carolus Respighi, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LIV, n. 11. - Al. Trussardi.

V

HALIFAXIENSIS ET MONCTONENSIS

B PROVINCIA ECCLESIASTICA HALIFAXIENSI DIOECESES CHATAMENSIS ET S. IOANNIS CANADENSIS SEPARANTUR, ATQUE EX IISDEM UNA CUM ARCHIDIOECESI MONCTONENSI NOVA ERIGITUR PROVINCIA ECCLESIASTICA, « MONCTONENSIS » NUNCUPANDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si qua sit ecclesiastica in catholico orbe provincia, quae nimia pateat latitudine, absque dubio prodesse videtur illam dividere, atque alteram constituere alterius metropolitae regimini tradendam. Ita quidem res se habere dicitur in provincia ecclesiastica Halifaxiensi, quae, tres civiles provincias modo comprehendens, quum latius profecto pateat, opportunum sane duximus aliter in regione illa ecclesiasticam hierarchiam ordinare. Quapropter, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consulto atque habito venerabilis Fratris Andreae Cassulo, Archiepiscopi titularis Leontopolitani in Augustamnica et in Dicione Canadensi Delegati Apostolici, favorabili voto, Nos, re mature perpensa ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, aut eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, quam supra diximus provinciam ecclesiasticam Halifaxiensem dividimus atque ab ea Chatamensem et Sancti Ioannis Canadensis dioeceses, usque adhuc ipsi suffraganeas, separamus atque iisdem, una cum archidioecesi Monctonensi, Apostolicis sub plumbo Litteris *Ad animarum salutem* hac ipsa die datis a Nobis erecta, novam erigimus provinciam ecclesiasticam, *Monctonensem* appellandam, cuius Metropolitanam constituimus archiepiscopalem ecclesiam Monctonensem. Dioeceses igitur Chatamensem et Sancti Ioannis Canadensis ab Halifaxiensis Archiepiscopi metropolitico iure subtrahimus easque novae Metropolitanae Ecclesiae Monctonensi suffraganeas declaramus et eius Archiepiscopi metropolitico iuri subiicimus. Metropolitanae insuper istius Ecclesiae pro tempore Archiepiscopis omnia concedimus iura, privilegia, honores, quibus ceteri per orbem Metropolitae ad iuris tramitem pollent, praecipue vero ius intra fines suae provinciae Crucem ante se ferendi et Sacro Pallio utendi, quo tamen uti poterunt, postquam illud in Sacro Consistorio postulatum et obtentum fuerit. Ad

quae omnia, uti supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Andream Cassulo, in Dicione Canadensi Delegatum Nostrum, deligimus, eidemque necessarias et opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur virum quemlibet in ecclesiastica dignitate constitutum, eique onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum peractae actorum exsecutionis exemplar intra sex menses ab his Litteris datis computandos transmittendi. Volumus insuper ut harum Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen cuiusvis Notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Nostris Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque rata ac valida esse volumus ac iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, evectionis, constitutionis, subiectionis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die vigesima secunda mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Ioseph Wilpert, ***Decanus Collegii Proton. Apost.***
Carolus Respighi, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco SB Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LIV, n. IS - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TITULO PRIVILEGIISQUE MINORIS BASILICAE INSIGNITUR TEMPLUM S. FRANCISCI ASSISIENSIS IN CIVITATE BONONIENSI.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sancti Francisci Assisiensis, Fratrum Minorum Institutoris, mirificum, anno MCCXXXVI incohatum, exstat Bononiae templum, cuius iam altaria titulo Annuntiationis

B. Mariae Virginis et Sancti Seraphici Patriarchae ipsemet Innocentius Papa IV, dec. Noster, anno millesimo ducentésimo quinquagesimo primo sollemniter consecravit. Bononienses cives sive e primoribus sive e popularibus stipem suam curamque in eandem Aedem Sacram exstruendam, perficiendam, exornandamque contulere ob existimationem magnam qua prosequebantur Fratres Minores, qui ab aliquot annis, post scilicet B. Bernardi a Quintavalle et ipsius Sancti Francisci adventum in civitatem Bononiensem, iam extra muros apud quandam Mariae Virginis Annuntiatae ecclesiolam pie degebant, assidue in vinea Domini pro animorum salute fructuoseque laborantes. Novum urbanum Sancti Francisci templum, stylo, uti aiunt, gothico exaedificatum, tribus altis navibus constans, pulcris sacellis circum aram maximam quasi corona dispositis ditatum, mirabilibus altaribus, quae celeberrimi quoque artifices sculpserunt, ornatum, picturis affabre factis decoratum, verum optimae artis monumentum iam antiquitus omnibus apparuit; hodieque denuo apparet, cum ad pristinum splendoris statum nunc reductum sit post accuratissimos labores, quibus, saeculo decimo nono exeunte, templum franciscale suum, ob hominum iniurias temporumque vastatum, Bononienses ipsi magno fidei patriaeque amore succensi restituendum curarunt, una cum adiecto monasterio, quod medio saeculo decimo tertio extructum est ut pro Fratribus Minoribus ibidem theologica etiam facultas, Universitatis Parisiensis privilegiis aucta, suam sedem haberet. Nil mirum itaque quod Bononienses cives iugiter célébrassent templum Sancti Francisci non modo pie et devote sacris functionibus adstantes, quas Fratres Minores ibidem continenti zelo atque aliquando magna quoque sollemnitate perficiebant, sed etiam doctas Academias ac studiorum sive artium Conlegia constituissent; quodque Decessores Nostri Romani Pontifices singularibus honoribus gratiisque eadem sacra, Bononiae inter praestantiora, aedificia cumulatissime prosequuti sint. Haec animo repetentes, cum hodiernus Administer provinciae Bononiensis Ordinis Minorum Conventualium occasionem nactus sollemnium, quae septimo saeculo expleto a templi ipsius fundatione proxime habenda sunt, enixas Nobis adhibuerit preces ut sacram enunciatam aedem ad Basilicae Minoris dignitatem evehere dignemur, hasque preces cumulent atque ornent amplissime suffragia tum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Bononiensium Archiepiscopi, tum Procuratoris dicti Ordinis Fratrum Conventualium Generalis, Nos Optatis huiusmodi annuendum ultro libenterque censemus. Quae cum ita sint, audito quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis,

motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, templum in honorem Sancti Francisci Assisiensis Deo dicatum in civitate Bononiensi atque archidioecesi situm, praeclarissimum sacrum non minus quam civile monumentum, necessariis atque opportunis condicionibus ad rem instructum, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* decoramus, iuribus privilegiisque additis, quae huiusmodi titulo ac dignitati competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec edicimus, largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Februarii, an. MCMXXXVI, Pontificatus Nostri decimo quinto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

ALBENDORFENSE TEMPLUM B. MARIAE V., INTRA FINES ARCHIDIOECESIS PRAGENSIS, HONORIBUS BASILICAE MINORIS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — In Pragensis Archidioecesis oppido, cui vulgo nomen *Albendorf,* ingens exstat templum molis amplitudine atque artis operum splendore praenobile, turriculis tholoque ac multis sacellis praeditum, pictis tabulis speciosisque supellectilibus ornatum, quod in honorem Beatae Mariae Virginis Deo dicatum est. Hoc Albendorfense Marianum Sanctuarium iuxta fines inter Bòhemiam et Comitatum Glacensem positum, quasi Fidei catholicae propugnaculum, multi devota peregrinatione inviserunt, hodieque invisunt omnis condicionis christifideles, populares non minus quam proceres, e finitimis Bohemiae, Moraviae, Silesiae regionibus nec non e Polonia, Saxonia, Borussia, Austria et Hungaria, ante miraculosae Virginis Deiparae statuam orantes, quae ab antiquo servatur ipso sacro in loco, quem hac de causa indulgentiis privilegiisque singularibus iam Decessores Nostri Romani Pontifices cohonestarunt. Haec animo repetentes,

cum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Pragensium Archiepiscopus enixas Nobis preces adhibuerit ut sacram enunciatam aedem ad Basilicae Minoris dignitatem evehere dignaremur, Nos optatis huiusmodi annuendum ultro libenterque censemus. Quae cum ita sint, audito quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, omnibus rei momentis sedulo studio perpensis, certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Albendorfense templum Beatae Mariae Virginis iuxta fines archidioecesis Pragensis positum atque opportunis condicionibus ad rem instructum, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* decoramus iuribus privilegiisque adiectis quae de iure huic dignitati competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec edicimus ac largimur,, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, seu pertinere poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxir mensis Februarii, an. MCMXXXVI, Pontificatus, Nostri decimoquinto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

SANCTUARIUM B. MARIAE V. SUB TITULO « SALUS INFIRMORUM », LOCI « CORTENBOSCH » INTRA FINES LEODIENSIS DIOECESIS, AD BASILICAE MINORIS DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex amplissimis Episcopi Leodiénsium litteris compertum habemus in loco qui vulgo « Cortenbosch » nuncupatur, intra fines dioecesis Leodiensis, templum paroeciale exstare quod et venerabile marianum est sanctuarium Beatae Mariae Virginis titulo « Salus Infirmorum », in honorem Deo dicatum. Ipsum vero in sacrum locum sive seorsim sive turmatim peregrinorum more christifideles non modo e dioecesi sed e finitimis etiam regionibus intercessionem imploraturi Deiparae Virginis conveniunt. In eodem enim sanctuario, quod, saeculo decimo septimo exaedificatum, amplitudine, artis pulcritudine

et divini cultus splendore renidet, Beatae Virginis Imago magna veneratione ac fidelium pietate servatur; ibique patres ex Ordine Praemonstratensi, cuius curis idem templum concreditum est, sacras functiones peragunt ea qua debent nobilitate, sacrumque in ministerium cum haud mediocri tum incolarum loci tum peregrinorum utilitate sollerter incumbunt. Quapropter cum hodiernus Leodiensium Episcopus, vota quoque cleri populique sui exprimens, enixas Nobis supplicationes adhibuerit, ut templum seu sanctuarium praefatum titulo privilegiisque Basilicae Minoris honestare dignaremur. Nos, quibus Decessorum Nostrorum vestigiis prosequutis, ecclesiarum decoris augendi maxima cura est, memoratis precibus annuendum ultro libenterque censemus. Quae cum ita sint, audito quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, templum seu sanctuarium in honorem Beatae Mariae Virginis sub titulo « Salus Infirmorum » Deo dicatum, atque in oppido •« Cortenbosch » nuncupato positum, intra fines Leodiensis dioecesis, *Basilicae Minoris* titulo ac dignitate decoramus, iuribus privilegiisque adiectis quae huic titulo ac dignitati rite competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare et fore; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et; in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv m. Februarii, an. MCMXXXVI, Pontificatus Nostri decimo quinto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DAMNATUR PUBLICATIO PERIODICA, CUI TITULUS « TERRE NOUVELLE))

Feria IV, die 8 Iulii 1936

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in indicem librorum prohibitorum inserendam mandarunt publicationem periodicam, quae inscribitur :

« Terre Nouvelle », organe des chrétiens révolutionnaires.

Hac occasione capta, ipsi Efiai Patres monent fideles, ut caveant ab omnibus libris, publicationibus diariis, periodicis et aliis editis scriptis insidiose propugnantibus (praesertim sub praetextu amicalis cooperationis in charitatis operibus fovendis) collaborationem catholicorum cum communismi asseclis.

Et seqnenti Feria V, die 9 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Ofiicii, die 23 Iulii 1936.

I. Venturi, ***Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.***

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

BAMBERGENSIS-HERBIPOLENSIS

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

DECRETUM

Nuper expostulatum est ab Apostolica Sede ut pagus *Königsberg* et alia septem loca adiacentia, quae ad archidioecesim Bambergensem pertinent, quaeque tamen intra territorium dioecesanum Herbipolense modo sparsim inveniuntur, ab eadem archidioecesi separentur atque dioecesi Herbipplensi, ob maiorem fidelium commoditatem, incorporetur.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, attento consensu Ordinariorum utriusque dioecesis atque praehabito favorabili voto Excmi P. D. Caesaris Orsenigo, Archiepiscopi titularis Ptolemaidensis in Libya et Nuntii Apostolici in Germania, oblatas preces excipiendas decrevit.

Quapropter, vi praesentis Decreti Consistorialis, statuit ut praefata loca ab archidioecesi Bambergensi seiungantur et dioecesi Herbipolensi perpetuo attribuantur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est praefatum Excmum P. D. Caesarem Orsenigo, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum jie quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidem facto onere mittendi intra sex menses ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae executionis.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 17 aprilis 1936.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. $ S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

20 Iunii 1936. — Titulari episcopali Ecclesiae Syenitanae praefecit R. D. Marianum Garriga, parochum ad S. Caeciliae, in dioecesi S. Antonii, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Emmanuelis Ledvina, Episcopi dioecesis Corporis Christi.

26 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Claudiopolitanae in Isauria R. P. Emmanuelem Moll Salord, e sacerdotibus operariis S. Cordis Iesu, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Felicis Bilbao Ugarriza, Episcopi Derthusensis.

27 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tloensi R. P. Candidum a Caxias O. M. Cap., in saeculo Iulium Bempi, quem constituit Praelatum Praelaturae *nullius* Vaccariensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Augustanae R. D. Antonium Rocca, Vicarium Generalem archidioecesis Bonaërensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Iacobi Aloisii Cardinalis. Copello, Archiepiscopi Bonaërensis.

4 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Caesariemsi Philippi R. D. Franciscum Beretti, canonicum Patriarchalis Basilicae S. Petri in Vaticano.

6 Iulii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Melitenaeae Exc. P. D. Andream du Bois de la Villerabel, hactenus archiepiscopum Rothomagensem.

16 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Netensi R. D. Angelum Calabretta, presbyterum dioecesis Iaciensis.

18 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Nelsomewsi, nuper erectae, R. D. Martinum Johnson, parochum Ecclesiae Cathedralis Torontinae.

2If Iulii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Naupactensi R. D. Maurilium Silvani, renunciatum Nuntium Apostolicum in Republica Haitiana et in Republica Dominicana.

25 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Bityliensi R. D. Alphridum Viola, presbyterum dioecesis Saltensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Thomae Camacho, Episcopi Saltensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Limnensi R. D. Hannibalem Mena Porta, presbyterum archidioecesis Ss. Assumptionis, quem deputavit

Auxiliarem Exe. P. D. Symphoriani Bogarin, Archiepiscopi Ss. Assumptionis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ionopolitanae R. D. Ioannem Baptistam Dietz, Antistitem Urbanum, quem deputavit Coadiutorem cum iure successionis Exc, P. D. Damiani Schmitt, Episcopi Fuldensis.

28 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Aversanae R. D. Antonium Teutonici! m, Delegatum Archiepiscopi Beneventani.

7 *Augusti.* — Metropolitanae Ecclesiae Rothomagensi Exc. P. D. Petrum Petit de Julleville, hactenus Episcopum Divionensem.

8 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Altunensi R. D. Richardum Guilfoyle, Cancellarium Curiae episcopalis Eriensis.

— Cathedralibus Ecclesiis invicem perpetuo unitis Kildariensi et Leighliensi R. D. Thomam Keogh, parochum loci *Portarlington* in eadem dioecesi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Panitanae R. D. Franciscum Tschann, Pro-Vicarium Generalem Administrationis Apostolicae Oenipontanae.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

DECRETUM

u

TERRITORIA A VICARIATU APOST. BIRMANIAE SEPTENTRIONALIS DISMEMBRANTUR ATQUE PRAEFECTURAE APOST. DE KENG TUNG ADNECTUNTUR.

Ad expediendam in Statibus Shan Septentrionalibus praedicationem Evangelii, quae in praesentibus circumstantiis fere impossibilis evadit, Excmus D. Albertus Falière, Vicarius Apostolicus Birmaniae Septentrionalis, et Revmus P. Erminius Bonetta, Praefectus Apostolicus de Keng Tung ab hac S. Congregatione simul petiere ut territoria Statuum Shan de Tawng Peng, Hsenwi Septentrionali, Hsenwi Meridionali et partis Status de Munglun sitae ab occidente fluminis Salween, a Vicariatu Apostolico Birmaniae Septentrionalis distraherentur atque Praefecturae Apostolicae de Keng Tung pleno iure adnecterentur. Eminentissimi vero Patres huic S. Congregationi praepositi, in generalibus

Comitiis die 9 Martii vertentis anni celebratis, mature perpensis argumentis Excmorum Ordinariorum, necnon prae mente habito consensu omnium quorum interest, territoria supra descripta Statuum de Tawng Peng, Hsenwi Septentrionali et Meridionali et partim de Munglun dismembranda esse a Vicariatu Apostolico Birmaniae Septentrionalis atque Praefecturae Apostolicae de Keng Tung adnectenda esse censuerunt.

Quam quidem Emorum Patrum sententiam Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Papa XI, in audientia infrascripto Secretario S. Congregationis de Propaganda Fide eadem die 9 Martii concessa, ratam confirma tamque habuit ac praesens in re Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. de Prop. Fide, die 9 mensis Martii A. D. 1936.

P. Card. FUMASONI BIONDI, ***Praefectus.***

L. & S.

f C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., ***Secretarius.***

II

DESIGNATIO PRO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, pro appellatione Exc. P. I). Vicarius Apostolicus Togonensis designavit Tribunal Vicariatus Apostolici de Volta Inferiore. Quam designationem Ssmus approbavit in Audientia diei 5 martii 1936.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

ROMANA SEU ANAGNINA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI MARIAE DE MATTIAS, INSTITUTI SORORUM AB ADORATIONE PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. I. C. FUNDATRICIS.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in casu et ad effectum de quo agitur.

Exurge, quare obdormis Domine! exurge... quare faciem tuam avertis, obliviscens tribulationem nostram?... exurge, Domine, adiuva nos et libera nos **(Introït. M. Dom. Sexag.).**

Hoc suspirantis Ecclesiae votum turbulentissima saeviente tempestate, deciminoni saeculi initio, omnes christifideles, crudeliter propter christianam fidem Romamque Pontificis iura tuenda vexati, per orbem ad Deum elevabant, enixis precibus pacem, reique publicae ordinem, remediumque tot tantisque malis, quibus undique opprimebantur, implorando. Haec vota, haec dilectae Sponsae Suae suspiria miserentissimus Deus exaudivit. Vix enim concessa Ecclesiae aliquanta tranquillitate, plures viros ac mulieres hac illae suscitavit, qui tot ruinas repararent, quos inter, hac ipsa in Urbe, B. Gasparem Del Bufalo et Ven. Vincentium Pallotti, utrumque romani cleri ornamentum, qui gemina luce, difficili eo tempore resplenduerunt, atque, religiosis constitutis familiis, ad plebis mores christiana disciplina informandos sedulo adlaborarunt.

Hic enim Piam Societatem Missionum fundavit, ille Presbyterorum a Pretiosissimo Sanguine Congregationem, e qua, veluti surculus, Institutum Sororum ab Adoratione Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. originem duxit.

Porro B. Gaspar, qui, patria extorris factus, exilii rigores, carcerumque squalorem per quadriennium, ob detrectatum nefarium iusiu-

randum, fuerat perpessus, Urbem reverti permissus, maiori ac antea zelo, adscitis sibi nonnullis sociis, qui exordientis Congregationis primitias fuere, ad divini verbi intermissam praedicationem rediit, regionesque plures maximo animarum emolumento evangelizavit. Interim dum sacram expeditionem in Vallis Curtiae oppido B. Gaspar habebat, puella Maria De Mattias ei se sistit, ex quo divinitus praeordinato occursu nostrae heroidis sanctitatis exordium incepit.

Maria, domo Valle Curtia, die 4 Februarii mensis a. D. 1805 ex Ioanne et Octavia de Angelis orta, eodem die, sacro baptismate regenerata est. A piis parentibus, patre praesertim, christianis moribus fuit imbuta et ad omnem pietatem adducta. Fervidum nimis ingenium puellula compescuit, patremque imitata, longas coram sacrosancta Eucharistia moras trahebat.

Decennis, Confirmationis sacramento fuit inuncta, atque sequenti anno caelesti pabulo primitus refecta. Saeculi vanitates, non sine speciali beatae Virginis instinctu, exosa, demissis vestibus uti, oblectamenta vel licita abhorrere, pietatis caritatisque opera exercere, orationi magis magisque incumbere, paenitentiis ieiuniisque corpusculum macerare coepit, Deum vehementer exorans, ut quodnam vitae genus sibi sectandum esset ostenderet.

Mirabili tunc divina dispositione factum est, ut B. Gasparem concionantem audirét, eique aliquanto post suum animum, suumque de religiosa vita amplectenda optatum patefaceret. Beatus, quasi prophetans, divinae voluntatis esse respondit ab ea extra claustrum sanctitatem esse assequendam : interim a quodam docto et sancto viro consilium exquireret. Quod dociliter praestitit. Hic vix dum eam vidit, cum eius intime conceptum propositum, animarum saluti vacandi, ex Deo procedere, idque quamprimum in actum esse deducendum, aperuit. Maria, hoc confirmata consilio, impensius orationibus paenitentiis que incumbens, a Deo lumen auxiliumque implorabat, ut clarius eius voluntas sibi manifestaretur, quibusque modis hanc assequi valeret. Sacerdos Ioannes Merlini, veluti *homo missus a Deo,* Mariam opus perficiendum, ad quod fuerat destinata, docuit, et in B. Gasparis nutibus exequendis quasi manu duxit. Huic Dei Servo, qui inter priores Beati socios adnumerabatur, Maria totam se concredidit, eoque auctore, Institutum Sororum a Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. adoratione fundavit eo fine, ut sodales apostolico in animarum salute zelo ac singulari erga Pretiosissimum Sanguinem D. N. I. C. studio ad pietatem ac bonas artes puellas informarent.

Itaque primitus in patrio oppido puellas colligere coepit, easque mu-

liebria opera atque sacram catechesim docere, piisque exhortationibus excolere sua in domo satagebat. Res adeo feliciter successere, ut B. Gaspar pro novo Nursiae condendo ludo eam Episcopo proposuerit, sed, ob publicas id temporis seditiones exortas, negotium ad finem perduci nequivit. Non multo post, ab Apostolico Anagninae Dioecesis administratore advocata, a. D. 1834 Acuti in oppido scholam, et postea Institutum, huiusque principem domum constituit. Postea plusquam sexaginta alias domus, ipsa fundavit, quas, conscriptis a se regulis, sapientibusque epistolis summa prudentia moderata est, frequenterque adivit.

Institutum a. D. 1855 decretum *laudis, approbationis* vero a. 1878 est consequutum.

Incredibile dictu est quantos dolores sit passa, in quantas difficultates et odia incurrerit, in quanta periculorum discrimina inciderit, quae omnia Deo unice confisa, Beatique Gasparis atque Servi Dei Ioannis Merlini consiliis fideliter innixa, forti invicto que animo superavit. Nec mirum : *iustus* enim *meus ex fide vivit,* dicit Dominus, et *fortis ut mors dilectio.* Maria vivissima fide ad fortia quaeque sustinenda propellebatur, atque ardentissima caritate adeo flagrabat, ut ad mortem ipsam perferendam pro Dei gloria proximique salute esset parata. Deum iugiter eiusque maiestatem prae oculis habens, humillime de se sentiebat, seque despectu dignam putabat. Orationis studio dedita adeo fuit, ut semper Deo coniuncta summa serenaque pace vel in adversis frui conspiceretur. Divini Sanguinis peculiari religione tenebatur, quam apud omnes promovere mire satagebat. Maternam B. Virginis protectionem pluries experta, tenerrima pietate rependit. Puritatis lilium asperis paenitentiis illibatum servavit. Suae conscientiae moderatoris aliorumque sibi praepositorum mandata sancte servavit. Paupertatem quam maxime coluit : non solum enim quae superflua viderentur, sed et quae necessaria solent haberi, a se arcebat. Ceterae quoque virtutes in ea enituerunt. Nec superna dona ei, dum viveret, a Deo collata deesse videntur.

Tot laboribus fracta, post longum atque asperum iter Urbem repetiit, in qua iamdiu domicilium collocaverat, dieque 20 Augusti mensis, a. D. 1866, morientium sacramentis peculiarique Pii Papae IX benedictione recreata, pientissime spiritum Deo reddidit.

Summus hic Pontifex, Mariae virtutes probe noscens, nobile aere suo in Agro Verano sepulcrum extrui curavit.

Fama haec post obitum in dies magis magisque enituit; quare Ordinaria auctoritate tum Romae cum Anagniae super fama sanctitatis,

super scriptis nec non super cultu numquam exhibito, sunt adornati processus, quibus Hydruntinus rogatorialis accessit.

Super scriptis favorabile a S. R. O. die 11 Augusti a. 1901 editum est decretum. Commissio autem Introductionis causae, die 9 Decembris a. 1903, a sa. me. Pio Papa X sua manu obsignata fuit.

Die 22 Novembris 1905 S. R. C. constare de cultu numquam Ven. Servae Dei exhibito decrevit.

Constructi postea Apostolici inchoativi et continuativi processus fuere, de quorum vi die 23 Iunii a. 1926 decretum est.

Omnibus itaque ad iuris normam paratis, die 22 Decembris a. 1931 Antepraeparatoria Comitia apud Revmum Cardinalem Alexandrum Verde, Causae Ponentem seu Relatorem, coacta sunt : quibus die 30 Iulii a. 1935 Praeparatoria successere : demum die 28 elapsi mensis coram Ssmo D. N. Pio Papa XI Generalis Congregatio habita est, in qua Rmus D. Cardinalis Ponens Dubium proposuit discutiendum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores sua quisque suffragia panderent, quae Beatissimus Pater attento animo excepit : suum tamen aperire iudicium distulit ut communibus precibus maiori in re tanti momenti lumine a Deo illustraretur.

Suam autem editurus sententiam diem hanc, 16 Februarii mensis, Dominicam in Sexagesima, selegit, Deum magnificans, quia eius gratia bonum semen, in Venerabilis Mariae anima satum, *fecit fructum centuplum* (Ev. Imi. Dom.).

Quapropter sacrosancto Eucharistico sacrificio religiose litato, arcessitis Rmis Cardinalibus Camillo Laurenti S. R. C. Praefecto et Alexandro Verde Causae Ponente seu Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucci Fidei Promotore Generali meque infrascripto Secretario, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate, tum in Deum cum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servae Dei Mariae De Mattias in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta Sacrae Rituum Congregationis referre mandavit.

Datum Romae, die 16 Februarii a. 1936.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. Ei S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

SAVONEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE IOSEPHAE ROSSELLO, E TERTIO ORDINE S. FRANCISCI, FUNDATRICIS FILIARUM DOMINAE NOSTRAE A MISERICORDIA.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Beatissimam Virginem, Misericordiae Matrem, Savonensi civitati ac Dioecesi, singulari dilectione favisse, insignia documenta testantur. Quartum modo expletur saeculum a celeberrima eiusdem cuidam pio ruricolae apparitionem quam innumera omne genus beneficia, ad hodiernam usque diem, sunt subsequuta, Memoratu prae ceteris digna est mitissimi Pii VII Summi Pontificis in ea urbe permanentia, quem, a Romana Sede extorrem inique factum, ibi ferme per triennium captivitate detentum, Savonenses cives summa pietate ac veneratione prosequentes, in exilii dolore pro viribus levarunt, eumque postea, a Gallia redeuntem, triumphantium ritu summo gestientes gaudio exceperunt.

Quo vero erga Deiparam grati animi sensus ob recuperatam libertatem significaret, simulque tantam sibi redditam a Savonensibus humanitatem rependeret, venerandus Pontifex Eiusdem simulacrum aurea corona sua manu redimi vit. Quae ideo commemorare iuvat, quum, hodierna die, eius praeclarissimae virginis heroicae virtutes declarantur, quam per ea tempora Savonensi Dioecesi Deus dono dedit, ut Matri Misericordiae novum pietatis monumentum aere perennius erigerei, Institutum nempe religiosum ab eadem benignissima Matre nuncupandum, quod eius misericordiae beneficia per orbem diffunderet.

Ex Bartholomaeo Rossello et Maria Dedone, pauperibus quidem, sed piis honestisque coniugibus, quarta ex novem filiis, die 27 Maii mensis a. C. 1811, Albissolae marinae prope Savonam, nata est eodemque die baptizata Hieronj^ma Benedicta. Vere benedicta puella haec fuit, cuius sive in Deum sive in proximum caritas, inde usque ab ipsa pueritia, se prodidit. Vix enim septennis, pauperibus subvenire, aequales puellas congregare easque ad sacratissimo Rosarii recitationem invitare,

devotas cantiunculas docere, ad bonum allicere, a malo retrahere, ad recipienda sacramenta hortari, ad Ecclesiam secum trahere in deliciis habebat.

Caelestis mensae particeps facta, uni Deo adhaerere statuit, sibique *peccatum abhorrere, animarum saluti incumbere, sanctam fieri,* veluti vitae suae normas posuit. Quod generosum animi propositum, ineunte aetate conceptum, per totum vitae cursum, nunquam deflexo itinere, ita alacriter prosequuta est, ut altius in dies conscendens illud meruerit Sacrae Scripturae elogium : *Iustorum semita, quasi lux splendens, procedit et crescit usque ad perfectum diem* (Prov., IV, 18).

Porro sive intra domesticos parietes, sive in suo oppidulo, sive Savonae adhuc in saeculo manens, sive religiosi Instituti mater effecta, omnem vel levis culpae umbram, pro viribus, sedulo devitare studens, suae ac proximorum sanctitati assequendae iugi conatu mirabilique successu incubuit.

Tertii Ordinis S. Francisci regulam professa, eam in exemplum servavit.

Quum Episcopus Savonensis De Mari quomodo spiritualibus adolescentularum necessitatibus providere posset, maerenti animo volveret, atque rationem ad id assequendum perpenderet, Benedicta eidem se totam ad id operis obtulit, eoque moderante, Institutum *Filiarum Dominae Nostrae a Misericordia die* 10 Augusti a. D. 1837 cum aliis tribus sodalibus inchoavit. Die 22 Octobris, eodem anno, Episcopus religiosas eis vestes ac religionis nomina imposuit : Benedicta, ob fervidam, qua erga Sanctum Patriarcham tenebatur, devotionem, suum in MARIAE IOSEPHAE nomen commutavit : biennio post, votorum professionem cum eis emisit.

Interim plures aliae puellae novae huic familiae se adiunxerunt, sicque Institutum inter aspera et adversa mire succrevit. Episcopus Alexander Octavianus Riccardi di Netro, qui defuncto Episcopo successerat, omni ope MARIAE IOSEPHAE favit : novam vestium formam constituit, regulasque instituto dedit, quarum haec praestituta proposita : *sodalium sanctificatio, puellarum, praesertim derelictarum, institutio, infirmis opitulari.* Quos praestitutos fines MARIA IOSEPHA cum suis sodalibus mirabiliter est assequuta.

Lethifero morbo Savonae grassante, a nullo ministerii genere ad infirmos diu noctuque levandos Sorores refugiebant, mirantibus omnibus tantam animi fortitudinem, suique contemptum. Plura mulierum et puellarum hospitia ludosque seu in Italia seu in australi America constituit, pluraque nosocomia administranda ei fuere concredita, quae om-

nia seu coram, seu per frequentes epistolas sapientissime et prudentissime est moderata, maximo cum animarum sibi creditarum emolumento, quas eius exemplum pertrahebat.

Omnigenae in ea virtutes enituere : profunda humilitas, virginalis puritas, consummata prudentia, actuosum animas lucrandi studium, fortitudo in adversis, evangelicus paupertatis amor, ita ut nescias quam praesertim mireris. Verum has omnes virtutes aluit, evexit fervidissima in Deum caritas et dilectio in proximum, pro cuius animae corporisque salute se totam impendebat atque superimpendebat. Nec praetereundum eius studium ad ecclesiasticas vocationes fovendas, pro clericis instituendis, summo labore, approbante Episcopo, collegium condens.

Regularum observantissima, ab eis, licet infirma, solvi non patiebatur. Tenerrima devotione erga Eucharistiam et Dominicam passionem ferebatur, beatissimam Virginem eiusque castissimum Sponsum singulari affectu diligebat, Custodem Angelum, S. Ioannem Baptistam sanctumque Vincentium a Paulo veluti apud Deum patronos elegerat. Ex intima cum Deo eiusque Sanctis unione, suavem, singularem et efficacem illum agendi et loquendi modum hausit, qui animos ad Deum veluti rapiebat. Ceterum virilem eius animi vigorem mentisque celsitudinem summae auctoritatis viri demirati sunt.

Anno 1880, gravi morbo quo iamdiu tentabatur, ingravescente, ad extremum deducta, sacramentis piissime susceptis, in pervigilio festi Immaculatae Conceptionis B. M. V. purissimam animam efflavit.

Sanctitatis fama, Serva Dei demortua, adeo increvit ut, quam primum licuit, in Savonensi Curia Ordinaria auctoritate seu super fama sanctitatis, seu super scriptis nec non super obedientia Urbani Papae VIII decretis de cultu Servis Dei non praestando, item Rogatorialis in Curia de Plata constructi sint processus. Die 23 Iulii a. D. 1922 a S. R. C. decretum super scriptorum approbatione est editum; die 23 Iulii a. D. 1924 Ssmus D. N. Introductionis causae Commissionem Sua manu signare dignatus est : die 23 Iunii a. 1925 Urbanianis decretis obedientia ab hac Sacra Congregatione recognita fuit. Apostolica auctoritate annis 1925 et 1926 in Curiis Savonensi et de Piata adornati sunt processus, de quorum et ordinariorum iuridica vi die 18 Decembris a. D. 1929 favorabile decretum fuit promulgatum. Hisce de iure praeiactis, die 4 Decembris a. 1934 Antepraeparatoria Congregatio coram Revmo Cardinali Raphaele Carolo Rossi, causae Ponente seu Relatore; die 3 Decembris elapsi anni Praeparatoria coacta fuit; Generalis demum coram Ssmo D. N. Pio Papa XI die 3 mensis huius, in qua Revmus Cardinalis Ponens seu Relator dubium proposuit discutiendum :

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur. Revmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores suum quisque reverenter suffragium dedere, quae Beatissimus Pater benigne excepit; iudicium tamen suum in hanc diem pandere distulit, sanctissimo Patriarchae Ioseph sacram, ut non modo Dei Famulam, quae erga beatissimae Virginis Sponsum, cuius nomen assumpserat, suavissimaque religione ferebatur, sed etiam eius caelestem Patronum, per suam hanc sententiam honestar et.

Quare ad se Revmis Cardinalibus Camillo Laurenti, S. R. C. Praefecto, et Raphaële Carolo Rossi, Causae Ponente, nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, meque infrascripto Secretario arcessitis, divina hostia sancte litata, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servae Dei* MARIAE IOSEPHAE ROSSELLO, *in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Datum Romae, in festivitate S. Ioseph C, 19 Martii a. D. 1936.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. & S..

A. Carinci, *Secretarius.*

S. R. E. PATRUM CARDINALIUM COMMISSIO

DE HONORIFICENTIA ET INSIGNIBUS EQUESTRIBUS A B. MARIA V. DE MERCEDE NUNCUPATIS.

Peculiaris Eminentissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Commissio, quam Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI constituit ut diiudicaret de conlatione honorificentiarum et insignium equestrium, quae fit ab Ordine Beatae Mariae Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum,

proposito dubio :

An expediat ut Sancta Sedes memoratas recognoscat honorificentias et insignia equestria (vulgo : decorazioni), *quae confert dictus Ordo;*

respondit : *Negative et ad mentem.*

Mens vero est :

I. Ordo praefatus a Mercede se abstineat a quaslibet honorificentias in futurum conferendo et insignia equestria praedicta, sive per aggregationem, sive per conlationem directam.

II. Ordinis praelaudati Constitutiones quam primum cum normis congruant vigentis Codicis Iuris Canonici. Ordo vero idem nuncupetur tantum : « *Ordo Beatae Mariae Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum* », omissis omnino praedicatio : « *Coelesti, Regali, Militari* » et quibusvis aliis huiusmodi appellationibus.

III. Fidelium aggregationes Ordini de Mercede sint in posterum aggregationes, quae charactere tantum polleant mere et stricte religioso et spirituali, exclusa prorsus quavis caeremonia atque aggregatorum appellatione, quae speciem militarem sive equestrem significationem inducant; propterea ad hunc explicitum finem Ordinis praelaudati Caeremonialia aptentur.

IV. Illos autem, quibus usque nunc honorificentiae et insignia cuiusque generis ex parte dicti Ordinis conlata sunt, eadem Eminentissimorum Patrum Cardinalium Commissio, omnibus perpensis, non esse inquietandos edixit.

Facta autem de his omnibus Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Pp. XI relatione per infrascriptum Emae Commissionis Secretarium in audientia diei xin m. Iulii, an. MCMXXXVI, Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum Cardinalium sententiam in omnibus adprobare et confirmare dignata est, atque etiam iussit ut eadem, quae plenum vigorem obtinet ab hac ipsa die, publici iuris fiat.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die xin mensis Iulii anno MCMXXXVI.

Albertus Serafini

Commissionis Emorum Patrum Cardinalium a Secretis

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

INDULGENTIAE EXTENDUNTUR PIO EXERCITIO ADNEXAE QUOD « DIES PRO MISSIONIBUS » NUNCUPATUR.

Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XI, in audientia infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 14 Martii c. a. concessa, benigne largiri dignatus est in favorem locorum in quibus non celebratur pium exercitium, « Dies pro Missionibus » nuncupatum et per Rescriptum S. Rituum C. diei 14 Aprilis anni 1926 pro paenultima mensis Octobris die Dominica statutum, Indulgentiam partialem septem annorum, eadem Dominica die lucrandam a christifidelibus qui saltem corde contrito ac devote quamlibet ecclesiam vel publicum oratorium visitaverint et pro infidelium conversione oraverint, firma pro iisdem locis Indulgentia plenaria, per praefatum Rescriptum tributa iis qui, rite confessi, ad sacram Synaxim eo die accesserint atque uti supra pias preces fuderint. Praesentibus, absque Apostolicarum Litterarum expeditione, in perpetuum valituris, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae, die 25 Martii 1936.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. B S.

^ S. Luzio, *Regens.*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

PANORMITANA

NULLITATIS MATRIMONII (ROMANO-LAUDICINA)

Cum ignoretur locus commorationis Domini Laurentii Laudicina, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 8 Octobris 1936, hora meridiana ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendo, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

Dubium : ***An constet de matrimonii nullitate, in casu.***

Ordinarii locorum, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Laurentii Laudicina, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

G. T. Heard, ***Ponens.***

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 6 Iulii 1936.
I. Pendola, ***Notarius.***

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Laurent Laudicina, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne, oa par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 8 Octobre 1936, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.**

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr l^aurent Laudicina devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

APPENDIX

VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (CHIESA-VELLA)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini lesualdi Velia, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se sive per legitimum procuratorem, in sede huius Tribunalis (Via della Pigna 13-a, Roma) die 29 Septembris 1936, hora decima, ad concordandum de dubio disputando vel sin minus ad subscribendum sequens dubium :

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Excmi Ordinarii locorum, animarum pastores et fideles quicumque notitiam habentes de loco actualis commorationis dicti lesualdi Velia ipsum de praesenti citatione admonere ne omittant.

L. |$ S. **B. de Felicis, *Officialis.***

Ex Cancellaria Vicariatus Urbis, die 8 Iulii 1936.
Petrus Mattioli, *Cancellarius.*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Jesuald Velia, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne, ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal du Vicariat de Rome (via della Pigna 13 - Roma) le 2Í) Septembre 1936, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté:**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Jesuald Vella devront, dans la mesure du possible, i ^avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 14 Luglio 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi han discusso di due miracoli, che si asseriscono da Dio operati ad intercessione del Beato Andrea Bobola, Martire della Compagnia di Gesù.

Martedì, 28 Luglio 1936, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, Ponente della causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Torres Acosta, Fondatrice dell'Istituto delle Serve di Maria, Ministre degli infermi, si è tenuta la Congregazione *antepreparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla medesima Serva di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

7 Luglio 1936. **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Bpetto, *Protettore della Congregazione delle Figlie del SSmo Crocifisso,* di cui la Casa Madre trovasi a Livorno.**

11 **» »** **S. E. Revma Mons. Valerio Valeri, Arcivescovo tit. di Efeso, *Nunzio Apostolico in Francia.***

16 **» »** **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore dell'Istituto delle Ancelle del S. Cuore di Gesù Agonizzante,* di cui la Casa generalizia trovasi a Lugo (diocesi di Imola).**

» » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominion i, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Santa Marta,* di cui la Casa Madre trovasi a Chiavari.**

» » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi, *Protettore della « Canadian Catholic Student's Mission Crusade ».***

20 **» »** **Il Revmo P. Mariano Cordovani, dell'Ordine dei Frati Predicatori, *Maestro del Sacro Palazzo Apostolico.***

23 **» »** **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Capotosti, *Protettore dell'Istituto « Lega » delle Suore della Sacra Famiglia di Modigliana.***

25 Luglio 1936. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Carità Domenicane della Presentazione della S. Vergine, di Tours.*

27 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore delle Religiose del S. Cuore di Maria di Marymount.*

5 Agosto » L'Eöio e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore della Congregazione delle Suore di Carità di S. Carlo di Nancy.*

6 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore dell'Istituto delle Suore Carmelitane Teresiane del Terz'Ordine, ài* cui la Casa generalizia trovasi a Roma.

8 » » L'Emo e Revino Signor Cardinale Raffaello^ Carlo Rossi, *Protettore dell'Istituto delle Suore di S. Francesco di Sales,* di cui la Casa generalizia trovasi a Padova.

Assistente al Soglio Pontificio:

25 Aprile 1936. S. E. Revma Mons. Guglielmo Marco Duke, Arcivescovo di Vancouver.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

7 Luglio 1936. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedeschini, *Membro della Sacra Congregazione Ceremoniale.*

17 » » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Federico Tedeschini, Francesco Marmaggi e Luigi Maglione, *Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

NECROLOGIO

10 Luglio 1936. Monsig. Guglielmo Turner, Vescovo di Buffalo.

15 » » Emo Signor Card. CARLO GIUSEPPE ENRICO BINET, Arcivescovo di Besanzone.

16 » » Monsig. Pietro Mozzanica, Vescovo tit. di Sela.

21 » » Monsig. Gioacchino Lima, Arcivescovo di Bombay.

» » » Monsig. Eugenio Maria Le^Fer de la Motte, Vescovo tit. di Gionopoli.

8 Agosto » Monsig. Giuseppe Maria Parreira Lara, Vescovo di Caratinga.

14 » » Monsig. Luigi Pellizzo, Arcivescovo tit. di Damiata.

15 » » Monsig. Giulio Tommasi, Arcivescovo di Conza e Vescovo di Sant'Angelo dei Lombardi e Bisaccia e di Lacedonia.

An. et Vol. XXVIII 10 Septembris 1936 (Ser. II, v. III) - Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

INSTRUCTIO

SERVANDA A TRIBUNALIBUS DIOECESANIS IN PERTRACTANDIS CAUSIS DE NULLITATE MATRIMONIORUM

DECRETUM

Provida Mater Ecclesia, ut matrimonii dignitatem tueretur, animarumque saluti consuleret, constantem adhibuit sollicitudinem sive Constitutionibus sive Instructionibus, regulas inter alia praescribens causas de matrimonii valore respicientes, ne, quod Deus coniunxit, homo separare auderet, vel ex adverso validum idem enuntiaret vinculum nullitate laborans.[1]

Et quidem hoc editas consilio normas Codex Iuris Canonici opportune perfecit leges statuens in genere de iudiciis et in specie de causis matrimonialibus. Verumtamen rerum usus docuit curiales iudices singulis casibus aptaturos processuales leges, praesertim generales, pluribus in difficultatibus aliquando versari. Unde sacra haec Congregatio,

[1] Ante promulgatum Codicem I. C. editae fuerunt Const. Benedicti XIV, *Dei miseratione*, 3 nov. 1741; Instr. S. C. C, 22 aug. 1840, *pro confectione processus in causis matrimonialibus:* Instr, sine data S. C. S. Officii sequenda *in conficiendo processu super xiri impotentia* etc.; Instr. S. C. S. Officii, feria IV, diei 25 iunii 1883; et Instructio Austriaca.

cni proposita est universa legislatio circa disciplinam septem Sacramentorum, plene perpendit pericula quibus, debita in iudicibus deficiente peritia, *magnum Sacramentum* necnon et Ecclesiae ipsius decus in eiusmodi causis pertractandis exponuntur.

Saepe enim a christianae fidei hostibus callide ac temere Ecclesia impetitur, quasi ipsa divortio viam sternat, dum e contra hisce in causis de validitate vel minus tantum initi matrimonii agitur.

Eapropter, quo citius et securius instruendis dirimendisque iisdem causis prospiciatur, quae frequentius quam antea, in magnis praesertim dioecesibus ac civitatibus, agitantur, huic S. Congregationi nedum opportunum sed necessarium visum est quasdam exarare regulas quibus dioecesani iudices veluti manuducantur ad huiusmodi magni momenti expedienda negotia.

In hisce regulis iudices ipsi et tribunalium administri praecipuos canones de processibus agentes accurate apteque dispositos reperient, necnon brevem facilemque eorundem explanationem, ex iurisprudentia praesertim erutam atque ex Normis S. E. Rotae, quo plenius ipsis iidem Codicis canones, quibus derogatum non est, sint perspecti, eosque expeditius singulis aptare possint matrimonialibus causis.

Attamen animadvertatur oportet eiusmodi regulas insufficientes ad propositum finem evasuras esse, nisi dioecesani iudices sacros canones apprime calleant et forensi experientia bene sint instructi.

Hinc S. Sedis mens est, et hoc Rmi locorum Ordinarii probe noscant, ut electi iuvenes, doctorali saltem in iure canonico in hac Alma Urbe laurea decorati, praesertim apud Studium S. R. Rotae, ad processus rite conficiendos atque ad recte iudicandum erudiantur, iustitia ac veritate ducibus.

Quamobrem Emi ac Rmi Patres Cardinales huius S. C. de disciplina Sacramentorum, in Plenariis Comitiis die 18 Iulii 1936 in Civitate Vaticana habitis, perpensis peritorum virorum votis "ceterisque ad rem facientibus maturo ac diligenti examini subiectis, sequentem Revmis locorum Ordinariis dederunt Instructionem, jjuam omnes dioecesani iudices tum in conficiendis processibus super matrimoniorum nullitate tum in. sententiis, ex quocumque nullitatis capite ferendis, servare tenentur.

Ssmus autem Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, in Audientia diei 24 eiusdem mensis et anni habita ab infrascripto sacrae Congregationis Secretario, hanc Instructionem approbare et Apostolica Auctoritate munire dignatus est, mandavitque ut eadem in *Actorum Apostolicae Sedis commentario officiali,* ederetur ab omnibus, ad quos spectat, rite ac religiose servanda.

N O E M A E

TITULUS I

De foro competenti

Art. 1. - § 1. *Causae matrimoniales inter baptizatos iure proprio et exclusivo ad iudicem ecclesiasticum spectant* (can. 1960).

Idem obtinet si una tantum pars sit baptizata.

§ 2. *Causae de effectibus matrimonii mere civilibus, si principaliter agantur, pertinent ad civilem magistratum ad normam can. 1016; sed si incidenter et accessorie, possunt etiam a iudice ecclesiastico ex propria potestate cognosci ac definiri* (can. 1961).

§ 3. Causae matrimoniales respicientes vinculum nequeunt dirimi partium seu coniugum transactione, aut compromisso in arbitros, aut iureiurando litis decisorio, sed tantum publica auctoritate per sententiam tribunalis competentis, vel Ordinarii in casibus exceptis (cfr. cann. 1927 § 1; 1930; 1835 n. 1; 1990, et infra art. 226 et seqq.); salvo praescripto sequentis articuli.

In hisce causis aliorum iudicum incompetentia est absoluta.

Art. 2. - § 1. Romani Pontificis dumtaxat ius est iudicandi in quibuslibet causis, ac proinde etiam in matrimonialibus, eos qui supremum tenent populorum principatum, horumque filios ac filias, eosve quibus ius est proxime succedendi in principatum (cfr. can. 1557 § I n. 1).

§ 2. Causas ad hos spectantes illa S. Congregatio vel illud Tribunal aut specialis ea Commissio exclusive cognoscet, cui eas toties quoties Summus Pontifex delegaverit (cfr. can. 1962).

§ 3. Idem dicendum de aliis causis matrimonialibus, quas Romanus Pontifex ad suum advocaverit iudicium (cfr. can. 1557 § 3).

§ 4. Ad S. C. de disciplina Sacramentorum deferri *possunt quaestiones de validitate matrimonii, quas tamen, si accuratiorem disquisitionem aut investigationem exigant, ad tribunal competens ipsa remittit* (can. 249 §3).

Art. 3. - § 1. *In aliis causis matrimonialibus iudex competens est iudex loci in quo matrimonium celebratum est aut in quo pars conventa vel, si una sit acatholica, pars catholica domicilium vel quasi-domicilium^ habet* (can. 1964).

§ 2. Ordinarii nomine non veniunt in hac Instructione neque Vicarius Generalis, quando agitur de ponendis actis iudicialibus (cfr. can. 1573 § 2), neque Superiores religiosi.

Art. 4. - Domicilium et quasi-domicilium acquiruntur et amittuntur ad normam cann. 92-95.

Art. 5. - Si causa proponenda sit coram Ordinario quasi-domicilii, servanda est Instructio H. S. C. diei 23 Decembris 1929 (vide App. II).

Art. 6. - § 1. Uxor, etsi a viro malitiose deserta, eum convenire debet vel coram Ordinario loci in quo matrimonium celebratum est, vel coram Ordinario domicilii vel quasi-domicilii viri ipsius.

§ 2. Uxor, a viro perpetuo aut ad tempus indefinitum separata legitime, i. e. per sententiam iudicialem competentis tribunalis ecclesiastici, vel etiam civilis a S. Sede, vi concordati, recognitam, aut per Ordinarii decretum, non sequitur domicilium viri, ideoque conveniri debet vel coram Ordinario loci in quo nuptiae initae sunt, vel coram Ordinario sui domicilii vel quasi-domicilii.

§ 3. Uxor catholica, etsi a viro non legitime separata, virum acatholicum convenire potest vel coram Ordinario proprii ac distincti quasi-domicilii, vel coram Ordinario domicilii viri (Comm. Pont., 14 Iulii 1922 ad can. 93 et 1964).

Art. 7. - Uxor, a viro non legitime separata, quae proprium quasi-domicilium habeat, conveniri potest etiam coram Ordinario domicilii viri, non autem quasi-domicilii eiusdem viri, nisi in casu quo hic domicilio careat.

Art. 8. - Lite pendente, mutatio domicilii vel quasi-domicilii coniugum competentiam tribunalis, citatione firmatam, minime tollit aut suspendit (cfr. can. 1725 nn. 2, 5).

Art. 9. - Si exceptio proponatur contra tribunalis competentiam, hac de re ipsum tribunal videre debet (cfr. can. 1610 § 1 et artt. 27-29).

Art. 10. - Si inter duo aut plura tribunalia oriatur controversia, quodnam eorum sit competens, servetur praescriptum can. 1612.

Art. 11. - Quando eadem causa potest proponi coram duobus vel pluribus tribunalibus aeque competentibus, illi tribunali ius est causam cognoscendi, quod prius citatione reum legitime convenerit (cfr. can. 1568).

Art. 12. - Causae inter partem catholicam et partem acatholicam, sive baptizatam sive non baptizatam, in prima et in altera instantia cognosci possunt a tribunalibus dioecesanis; attamen, si ad Sanctam Sedem delatae fuerint, exclusive competunt ad S. C. S. Ofiicii, quae tamen potest, si ita censeat et casus ferat, causam remittere ad Tribunal S. R. Rotae (cfr. can. 247 § 3 et resp. S. C. S. Officii, 27 Ian. 1928 ad II).

TITULUS II

De tribunali constituendo

Art. 13. - § 1. Reprobata qualibet contraria consuetudine et revocato quolibet contrario privilegio ante Codicem obtento, et firmo praescripto art. 2, causae de vinculo matrimonii tribunali collegiali trium saltem iudicum reservantur (cfr. can. 1576 § 1 n. 1); sententia autem forte prolata contra huiusmodi praescriptum vitio insanabilis nullitatis laborat (cfr. can. 1892 n. 1).

§ 2. In locis tamen missionum causae matrimoniales cognosci possunt iuxta speciales instructiones a competenti S. C. prolatas.

Art. 14. - § 1. ***Tribunal collegiale collegialiter procedere debet, et ad maiorem suffragiorum partem sententias ferre.***

§ 2. ***Eidem, praeest officialis vel vice-officialis,*** **ab Episcopo constitutus ad normam can. 1573,** ***cuius est processum dirigere, et decernere quae pro iustitiae administratione in ca,usa quae agitur necessaria sunt*** **(can. 1577).**

§ 3. Quamvis Episcopus possit eidem tribunali praeesse, valde expedit ne id faciat, nisi speciales causae id exigant (cfr. can. 1578).

§ 4. Duo alii iudices ad collegiale tribunal constituendum eligendi sunt inter iudices synodales, quos designare potest, sed per turnum, etiam oflâcialis, qui cum potestate ordinaria iudicandi absque ulla causarum reservatione ad normam can. 1573 §§ 1-2 electus fuerit, nisi Episcopus aliter in singulis casibus statuerit (cfr. can. 1576 § 3; Comm. Pont., 28 Iulii 1932).

Art. 15. - § 1. Constituendus est ab Episcopo stabiliter aut pro singulis causis matrimonialibus designandus defensor vinculi, cuius praesentia in evolutione processus semper requiritur.

§ 2. Vinculi defensore non citato, acta irrita sunt, nisi ipse, etsi non citatus, revera interfuerit. Si vero ille, licet legitime citatus, aliquibus actibus non interfuerit, acta quidem valent, verum postea ipsius examini subiicienda omnino sunt, ut ea omnia sive voce sive scriptis possit animadvertere et proponere, quae necessaria aut opportuna iudicaverit (cfr. can. 1587).

Art. 16. - § 1. Promotor iustitiae intervenire debet cum ipse matrimonium accusat, et ubi de lege processuali tutanda agitur. Hoc in casu interventus promotoris iustitiae decernitur ab Episcopo vel a collegio sive ***ex officio,*** **sive ad instantiam ipsius promotoris iustitiae, vel defensoris vinculi, vel partium.**

§ 2. Eodem modo constituitur ac defensor vinculi, et eodem modo citari et intervenire debet (cfr. can. 1587).

Art. 17. - *Cuilibet processui interesse oportet notarium, qui actuarii officio fungatur; adeo ut nulla habeantur acta, si actuarii manu non fuerint exarata, vel saltem ab eo subscripta* (can. 1585 § 1). Quare antequam tribunal causam cognoscere incipiat, eiusdem praeses debet in actuarium assumere unum e notariis legitime constitutis ad normam can. 373, nisi Ordinarius aliquem pro peculiari causa designare censeat (cfr. can. 1585 § 2).

Art. 18. - § 1. *Ad acta tribunalis intimanda, nisi alia sit probata tribunalis consuetudo, constituantur cursores sive pro omnibus causis sive pro causa peculiari; item apparitores ad sententias ac decreta tribunalis, eo committente, exsecutioni mandanda. Eadem persona utroque officio defungi potest* (can. 1591).

§ 2. *Laici ipsi sint, nisi prudentia in aliqua causa suadeat ut ecclesiastici ad id muneris assumantur; quod vero ad eorum nominationem, suspensionem et revocationem attinet, eaedem serventur regulae quae pro notariis canone SIS statutae sunt* (can. 1592).

§ 3. *Acta quae hi confecerint, publicam fidem faciunt* (can. 1593).

Art. 19. - § 1. Tum iudicibus tum promotori iustitiae et defensori vinculi, tum actuario, sicut et cursori atque apparitori, ab Episcopo per decretum, de quo in actis mentio fieri debet, dari possunt substituti, sive ab initio sive decursu processus, qui eorum vices gerant, si et quando illi, qui primo loco electi fuerant, impediantur.

§ 2. Curandum est ut iidem iudices causam et cognoscant et definiant : quod si iudex substitutus partem habuerit in sententia aliqua incidentali, ipse processum absolvat.

§ 3. Tribunalis praeses et ipse potest designare actuario adiutorem, qui eum coadiuvet in actis scribendis, transumptis conficiendis, documentis inter se conferendis. •

Art. 20. - Excepto Episcopo, qui per se potestatem iudiciariam exerceat, omnes qui tribunal constituunt aut eidem opem ferunt, iusiurandum de ofiicio rite et fideliter implendo, coramlE^iscopo, si agatur de ofiiciali, pro aliis vero coram Ordinario vel coram iudice a quo electi sunt, vel coram viro ecclesiastico ab alterutro delegato, praestare debent : idque ab initio suscepti officii, si sint stabiles, aut antequam causa agi coeperit, si pro peculiari causa sint constituti, aut antequam suo munere fungi incipiant, si, causa pendente, suffecti sint ad normam art. 19 (cfr. can. 1621 § 1).

Art. 21. - Attenta harum causarum gravitate necnon diflicultate, tum

quoad leges procedurales servandas, tum quoad intrinsecum causae meritum, Episcoporum est, ***graviter onerata eorum conscientia,*** **caute et diligenter seligere sacerdotes, quorum prudentia et probitas sit omni •exceptione maior, quique laurea vel saltem licentia in iure canonico sint praediti, sin minus scientia et experientia iuridica** ***vere*** **polleant.**

Art. 22. - § 1. ***Tribunalis collegialis praeses debet unum de iudicibus collegii ponentem seu relatorem designare qui in coetu iudicum de causa referat et sententiam in scriptis*** **latine** ***redigat; et ipsi idem praeses potest -alium ex iusta causa substituere*** **(can. 1584).**

§ 2. Ipsemet praeses ponentis seu relatoris munere, assentiente tribunali, defungi potest.

Art. 23.- § 1. Episcopus unum aut plures auditores seu actorum instructores, sive stabiliter, sive pro certa causa, constituere potest. Officialis tantum pro certa causa id peragere potest, nisi Episcopus iam providerit (cfr. can. 1580).

§ 2. Auditores, quantum fieri potest, deligantur ex iudicibus synodalibus (cfr. can. 1581).

Art. 24. - ***Auditorum est testes citare et audire aliaque acta iudicialia instruere secundum tenorem mandati, non autem sententiam definitivam ferre*** **(can. 1582).**

Art. 25. - ***Auditor in quovis litis momento ab officio removeri potest nb eo qui eundem elegit, iusta tamen de causa, et citra partium praeiudicium*** **(can. 1583).**

Art. 26. - Nomina iudicum, auditoris et tribunalis ministrorum debent statim partibus notificari, ut exceptiones, si casus ferat, proponere valeant : idem servari debet si forte fiat earundem substitutio.

Art. 27. - § 1. Exceptio incompetentiae relativae proponenda et cognoscenda est ante litis contestationem (cfr. can. 1628 § 1). Exceptio autem incompetentiae absolutae tribunalis a partibus opponi potest in quovis statu et gradu causae (cfr. can. 1628 § 2).

§ 2. Tribunal ***quovis in stadio causae se absolute incompetens agnoscens, suam, incompetentiam declarare tenetur*** **(can. 161.1).**

§ 3. Exceptiones suspicionis proponendae et cognoscendae sunt ante litis contestationem, nisi postea primum emerserint, aut pars iureiurando affirmet eas tunc tantum sibi innotuisse (cfr. can. 1628 § 1).

Art. ***28.*** **- § 1.** ***In casu exceptionis de incompetentia relativa, si*** **tribunal** ***se competens pronuntiet, eius decisio non admittit appellationem.***

§ 2. ***Quod si*** **tribunal** ***se incompetens declaret, pars, quae se gravatam reputat, potest intra decem dierum spatium appellationem ad superius tribunal interponere*** **(can. 1610 §§ 2, 3).**

Art. 29. - Contra tribunalis decisionem, quae incompetentiam absolutam admittat aut reiiciat, datur appellatio intra decem dies ad superius tribunal.

Art. 30. - § 1. Iudices ***cognoscendam ne suscipiant causam, in qua ratione consanguinitatis vel affinitatis in quolibet gradu lineae rectae\ et in primo et secundo gradu lineae collateralis, vel ratione tutelae vel curatelae, intimae vitae consuetudinis, magnae simultatis, vel lucri faciendi aut damni vitandi, aliquid ipsorum intersit, vel in qua antea advocatum aut procuratorem egerint.***

§ 2. ***In iisdem rerum adiunctis ab officio suo abstinere debent iustitiae promotor et defensor vinculi*** **(can. 1613).**

Art. 31. - § 1. Cum iudex a parte recusatur ut suspectus, haec exceptio, si proponatur contra collegium vel maiorem delegatorum iudicum partem, definienda est a delegante; si contra unum vel alterum ex pluribus iudicibus delegatis, etsi collegii praesidem, a ceteris iudicibus delegatis et non suspectis; si contra officialem, ab Episcopo; si contra auditorem, ab éo qui illum designavit (cfr. can. 1614 § 1).

§ 2. ***Si ipsemet Ordinarius sit iudex et contra ipsum exceptio suspicionis opponatur, vel abstineat a iudicando vel quaestionem suspicionis definiendam committat iudici immediate superiori*** **(can. 1614 § 2), seu iudici appellationis.**

§ 3. ***Si exceptio suspicionis opponatur contra promotorem iustitiae, defensorem vinculi aut alios tribunalis administros, de hac exceptione videt tribunalis praeses*** **(can. 1614 § 3).**

Art. 32. - Si quis iudicum vel etiam omnes iudices, qui tribunal collegiale constituunt, suspecti declarentur, personae mutari debent, non vero iudicii gradus (cfr. can. 1615 § 1).

§ 2. ***Ordinarii autem est in locum iudicum qui suspecti declarati sunt, alios a suspicione immunes subrogare*** **(can. 1615 § 2).**

§ 3. ***Quod si ipsemet Ordinarius declaratus fuerit suspectus, idem peragat iudex immediate superior*** **(can. 1615 § 3), seu iudex appellationis.**

Art. 33. - Exceptio suspicionis expeditissime definienda est, auditis partibus, promotore iustitiae, si intersit, et vinculi defensore, nec in ipsos suspicio cadat (cfr. can. 1616), exclusa appellatione ad normam can. 1880 n. 7.

TITULUS III

De iure accusandi matrimonium

Art. 34. - ***Tribunal collegiale nullam causam matrimonialem cognoscere vel definire potest, nisi regularis accusatio vel iure facta petitio praecesserit*** **(can. 1970).**

Art. 35. - § 1. Habiles ad accusandum sunt :

I° Coniuges, nisi ipsi fuerint impedimenti causa;

2° Promotor iustitiae, in impedimentis natura sua publicis, iure proprio (Comm. Pont. 17 Iulii 1933 ad IV) et absque praevia denuntiatione; praevia autem denuntiatione in aliis impedimentis, si iure actionem instituendi ad obtinendam declarationem nullitatis sui matrimonii denuncians careat, salvo tamen praescripto art. 38 et 39.

§ 2. Reliqui omnes, etsi consanguinei, non habent ius accusandi matrimonium, sed tantum nullitatem matrimonii Ordinario vel promotori iustitiae denuntiandi (cfr. can. 1971).

§ 3. Itidem actoris partes agere nequeunt in causis matrimonialibus acatholici sive baptizati sive non baptizati; si quidem autem speciales occurrant rationes ad eosdem admittendos, recurrendum est in singulis casibus ad S. C. S. Officii (cfr. responsionem S. C. S. O., diei 27 ianuarii 1928).

Art. 36. - Iis in dioecesibus in quibus officia promotoris iustitiae et vinculi defensoris eadem in persona cumulantur (cfr. can. 1588), si causa a promotore iustitiae instituatur, alia persona in vinculi defensorem deputanda erit.

Art. 37. - § 1. Coniux inhabilis est ad accusandum matrimonium, si fuit ipse causa culpabilis sive impedimenti sive nullitatis matrimonii.

§ 2. Qui causam impedimenti honestam et licitam apposuit, habilis est ad accusandum matrimonium.

§ 3. Habilis est ad accusandum matrimonium coniux qui metum aut coactionem passus est.

§ 4. Qui inhabilis est ad accusandum suum matrimonium, denunciare potest eiusdem matrimonii nullitatem vel Ordinario vel promotori iustitiae tribunalis competentis (cfr. can. 1971 § 2 et Comm. Pont., 12 Martii 1929; 17 Febr. 1930 et 17 Iulii 1933, ad I, II, III).

Art. 38. - § 1. Ubi agitur de denuntiatione nullitatis a coniuge vel coniugibus facta, quia alteruter vel ambo

a) **positivo voluntatis actu excluserunt matrimonium ipsum, aut**

omne ius ad coniugalem actum, aut essentialem aliquam matrimonii proprietatem; vel

b) **condicionem apposuere contra matrimonii substantiam, promotor iustitiae matrimonium ne accuset, sed coniugem vel coniuges pro viribus moneat ut suae conscientiae consulant, et, si neri possit, causam impedimenti auferant, e. g. per novum consensum rite praestandum.**

§ 2. Si tamen matrimonii adserta nullitas publica evaserit et scandalum revera adsit, denuncians autem resipiscentiae signa, Ordinarii iudicio, revera dederit; itemque denunciata nullitatis causa argumentis nitatur, sive in facto sive in iure, ita certis et validis, ut probabilis omnino sit ipsius matrimonii nullitas, tunc promotori iustitiae ius et officium est denuntiatum matrimonium rite accusandi.

Art. 39. - Si vero matrimonii nullitas a coniuge vel a coniugibus denunciatur, qui causa culpabilis fuerint sive impedimenti sive nullitatis matrimonii, exceptis casibus de quibus in art. praecedenti, promotor iustitiae accusationem ne instituat, nisi haec tria concurrant :

a) **de impedimento agatur quod publicum evaserit, quodque argumentis nitatur, sive in facto sive in iure, ita certis et validis, ut de eiusdem impedimenti exsistentia et vi serio dubitari non possit;**

b) **bonum publicum, scandali nempe amotio, Ordinarii iudicio, id revera postulet;**

c) **fieri nequeat ut, cessato impedimento, matrimonium rite ineatur.**

Art. 40. - Ordinarius, etsi nullitatis denunciatio sibi facta fuerit, accusationem numquam ipse instituat, sed rem deferat promotori iustitiae sui tribunalis, qui iuxta superius dicta procedat.

Art. 41. - § 1. Denunciationes scripto exhibitae, quarum auctores personaliter interrogari nequeant, ut sufficiens causa instituendi processus, in peculiaribus tantum rerum adiunctis, Ordinarii iudicio, haberi possunt; praehabitis tamen opportunis aptisque investigationibus.

§ 2. Nulla ratio habenda est tum denunciationum anonymarum, nisi positivas et graves facti probationes indicent, tum denunciationum non anonymarum, quando ius accusandi coniugibus **competit, neque de impedimentis agitur natura sua publicis (cfr. art. 35 § 1, n. 2).**

§ 3. Si quae denunciatio ab aliis facta probationes contineat, ex quibus matrimonii nullitas probabilis appareat, Ordinarii vel promotoris iustitiae erit investigare, interrogatis caute et secreto denunciatoribus, utrum locus sit accusationi *ex officio,* ad normam art. 38 et 39, an vero dispensationi ad matrimonium revalidandum.

§ 4. Promotoris iustitiae est ab accusatione recedere si postea sibi

constiterit, factam accusationem sustineri non posse vel in iure vel in facto.

Art. 42. - ***Matrimonium, quod, utroque coniuge vivente, non fuerit accusatum, post mortem alterutrius vel utriusque coniugis ita praesumitur validum fuisse, ut contra hanc praesumptionem non admittatur probatio, nisi incidenter oriatur quaestio*** **(can. 1972).**

TITULUS IV

De procuratoribus et advocatis

Art. 43. - § 1. Quamvis pars per seipsam agere et respondere possit in iudicio, expedit tamen ut habeat advocatum, vel a se electum vel a praeside datum, iuxta normas quae sequuntur.

§ 2. Praeses, audito iudicum collegio, potest etiam alium advocatum designare, si casus ferat, veluti in casibus negligentiae advocati a parte delecti (cfr. can. 1655 § 2).

I 3. Si uterque coniux nullitatis declarationem petat, sufficit si alteruter advocatum constituat, nisi altera pars suum proprium constituere velit, aut praeses id opportunum duxerit.

§ 4. Pars conventa, quae matrimonii nullitatem oppugnet, constituere potest advocatum, quamvis adsit vinculi defensor qui pro vinculo certare debet, cui ipsa pars argumenta et probationes suppeditare valet.

Art. 44. - § 1. Pars constituere quoque potest procuratorem ab advocato distinctum.

§ 2. Procuratoris est, partem repraesentare, libellos aut recursus cuiuscumque generis tribunali exhibere; quae vero spectant ad defensionem semper advocato reservantur.

Art. 45. - ***Licet actor*** **vel conventus** ***procuratorem aut advocatum constituerit, semper tamen tenetur in iudicio ipsemet adesse ad praescriptum iuris vel iudicis*** **(can. 1647).**

Art. 46. - Causa a promotore iustitiae instituta ad normam artt. 35 § 1 n. 2, 38 et 39, coniux, cui ius non est accusandi matrimonium, advocatum sibi constituere potest; sed, promotore iustitiae accusationem revocante vel a lata sententia non appellante, advocati eiusdem officium cessat.

Art. 47. - § 1. ***Unicum quisque potest eligere procuratorem, qui nequit alium sibimet substituere, nisi expressa facultas eidem facta fuerit*** **(can. 1656 § 1).**

§ 2. ***Quod si, iusta causa suadente*** **et annuente praeside,** ***plures ab***

eodem deputentur, hi ita constituantur, ut detur inter ipsos locus praeventioni (can. 1656 §2).

§ 3. *Advocati,* firmo art. 46, *plures simul constitui queunt* (can. 1656 § 3).

§ 4. Procurator, nisi aliud praeses indulgeat ob peculiaria adiuncta, in ipsa civitate ubi est tribunal, vel in loco propinquo, residere debet.

Art. 48. - § 1. Procurator et advocatus esse debent catholici, aetate maiores et honestate ac religionis fama praestantes; acatholicus non admittatur nisi per exceptionem et ex necessitate (cfr. can. 1657 § 1).

§ 2. Advocatus sit oportet praeterea doctor saltem in iure canonico (cfr. can. 1657 § 2) et per triennium tirocinium laudabiliter exercuerit; quod valde optandum est ut fecerit apud Tribunal S. R. Rotae.

§ 3. Procurator sit oportet in iure canonico saltem prolvta et per annum tirocinium, de quo in § 2, laudabiliter expleverit.

§ 4. Procurator et advocatus, ut ad sua munera exercenda admittantur, indigent approbatione Ordinarii, quae aut generalis sit ad omnes causas, aut specialis pro certa causa (cfr. can. 1658 § 2). Advocati autem S. Consistorii vel in albo S. R. Rotae admissi hac approbatione non indigent, cum ius habeant patrocinium exercendi in quibuslibet dioecesanis tribunalibus, nisi Episcopus gravi de causa eos prohibuerit, quo in casu datur recursus ad S. C. de disciplina Sacramentorum.

Art. 49. - § 1. Procurator a praeside ne admittatur nisi prius apud tribunal deposuerit speciale mandatum ad lites scriptum, etiam in calce libelli vel citationis, mandantis subscriptione munitum, et locum, diem, mensem et annum referens, dummodo subscriptio a parocho vel a Curia recognita sit (cfr. can. 1659 § 1).

§ 2. Quod si mandans scribere nesciat, hoc ipsum ex scriptura constet necesse est, et parochus vel notarius Curiae vel duo testes, quorum subscriptiones sint a parocho vel a Curia recognitae, loco mandantis, mandatum subsignent (cfr. can. 1659 § 2).

§ 3. *Mandatum procuratoris asservari debet in actis causae* (can. 1660).

§ 4. *Advocatus, ut causae patrocinium suscipiat, habeat necesse est a parte vel a* praeside (cfr. art. 43) *commissionem ad instar mandati procuratorii, de qua in actis constare debet* (can. 1661),

Art. 50. - Nisi speciale mandatum habuerit, procurator non potest renuntiare actioni, instantiae vel actis iudicialibus, et generatim ea agere pro quibus ius requirit mandatum speciale (cfr. can. 1662).

Art. 51. - Tum procurator tum advocatus possunt a tribunali, dato decreto, repelli, sive *eoo officio* sive ad instantiam partis, iusta tamen et gravi de causa (cfr. can. 1663), salvo iure recursus ad Episcopum.

Art. 52. - § 1. *Advocati et procuratores possunt ab eo, a quo constituti sunt, removeri, salva obligatione solvendi honoraria ipsis debita; verum ut remotio effectum sortiatur, necesse est ut ipsis intimetur, et, si lis iam contestata fuerit,* praeses *et adversa pars certiores facti sint de remotione* (can. 1664 § 1).

§ 2. Mandatum exspirat causa per sententiam definitivam decisa, salvo iure et oñicio interponendae appellationis inter decendium, nisi mandans renuat (cfr. can. 1664 § 2).

Art. 53. - § 1. Episcopi est publici iuris facere indicem seu *album,* in quo adnotentur advocati et procuratores apud suum tribunal admissi. In albo expressa mentio fiat de iure}, quod habent ad normam art. 48 § 4, patrocinium exercendi, tum advocati S. Consistorii, tum advocati a S. R. Rota approbati.

§ 2. Advocati in albo inscripti tenentur, de mandato praesidis tribunalis, gratuitum patrocinium, aut gratuitam assistentiam praebere iis quibus hoc beneficium tribunal concesserit (cfr. artt. 237-240).

Art. 54. - Advocati et procuratores vetantur :

I° sibi de immodico emolumento pacisci : quod si fecerint, pactio nulla est et poenae imponendae erunt, de quibus in can. 1665 § *2)*

***2°* ob dona, pollicitationes aliamve causam prodere ofiicium, sub poenis, de quibus in can. 1666;**

3° renunciare mandato, lite pendente, sine iusta causa a praeside probanda.

TITULUS V

De libello causae introductorio

Art. 55. - § 1. Illi tantum causam de nullitate matrimonii introducere possunt, qui accusandi matrimonium iure pollent, ad normam regularum, quae in Titulo III traditae sunt.

§ 2. Qui matrimonium accusare vult, debet libellum competenti tribunali exhibere, in quo obiectum controversiae proponatur et ministerium iudicis expostuletur ad matrimonii nullitatem declarandam (cfr. can. 1706).

Art. 56. - Si actor scribere nesciat, aut legitime impediatur quominus libellum exhibeat, potest oretenus suam petitionem coram tribunali proponere. Quo in casu officialis actuarium iubeat actum in scriptis redigere; scriptum vero legendum est actori et ab eo probandum signo crucis per se apposito in testimonium approbationis, de cuius signi sensu notarius testetur (cfr. can. 1707 §§ 1, 3).

Art. 57. - Libellus ita conficiendus est :

1° exprimatur tribunal coram quo causa erit introducenda, v. g. coram tribunali ordinario ecclesiastico dioecesis *N.;*

2° indicetur petitio; nempe ut matrimonium declaretur nullum, et quidem ob hoc vel illud caput, ex gr. ob impotentiam, ob metum etc., vel ob plura, si plura sint nullitatis capita;

3° exponatur, generatim saltem, quo iure innititur actor ad comprobanda ea quae allegantur et asseruntur. Non est necesse, nec expedit, ut conficiatur accurata et longa argumentorum enucleatio, nam haec pertinent ad probationis et defensionis periodos; sufficit ut appareat haud temere fuisse petitionem exhibitam;

4° afferri etiam debent ea quae pertinent ad partium domicilium vel quasi-domicilium, nec non ad actualem earundem commorationem, ita ut tribunal videre possit de propria competentia;

5° libellus debet subscribi ab actore vel, si iam fuerit nominatus, ab eius procuratore, salvo praescripto art. 56, appositis die, mense et anno, necnon loco in quo actor vel eius procurator habitant aut residere se dixerint, actorum recipiendorum gratia (cfr. can. 1708).

Art. 58. - Officialis curare debet ut constet de personae, quae matrimonium accusat, identitate, iuxta Instructionem huius S. O. diei 27 Martii 1929 (vide App. I).

Art. 59. - Si proponatur probatio *per instrumenta* seu *documenta,* haec una cum libello tradantur, quantum fieri potest; si *per testes,* eorum nomina et domicilium indicentur (cfr. can. 1761 § 1), designatis urbe, via et numero domus, et si *per praesumptiones,* indicentur saltem in genere facta seu indicia, unde illae eruuntur. Nihil tamen impedit quominus actor ulteriores probationes in iudicii cursu afferat.

Art. 60. - Libello addantur mandatum procuratoris (si non fuerit iam traditum), commissio advocati ad instar mandati procuratorii et exemplar authenticum celebrati matrimonii integre transcriptum.

TITULUS VI ^

De libelli admissione vel reiectione

Art. 61. - *Tribunal, postquam viderit et rem esse suae competentiae et actori legitimam personaim esse standi in iudicio, debet quantocius libellum aut admittere aut reiicere, adiectis in hoc altero casu reiectionis causis* (can. 1709 § 1).

Art. 62. - *Si* tribunalis collegialis *decreto libellus reiectus fuerit ob vitia quae emendari possunt, actor novum libellum rite confectum potest*

eidem tribunali *denuo exhibere; quod si* tribunal *emendatum libellum reiecerit, novae reiectionis rationes exponere debet* (can. 1709 § 2)¿

Art. 63. - Libello acceptato, tribunal, instante promotore iustitiae vel *ex officio,* coniugum separationem, si adhuc forte convivant, et grave scandalum, Ordinarii iudicio, adsit, indicere debet.

Art. 64. - Si factum, quo accusatio nititur, licet undequaque verum, matrimonio tamen irritando impar omnino foret, vel, quamvis factum matrimonium foret quidem irritaturum, assertionis vero falsitas sit in aperto, libellus decreto tribunalis collegialis reiiciatur.

Art. 65. - § 1. Quod si impedimentum in ius adductum tale sit, ut, quomodocumque veritas rei se habeat, consensus coniugis sufficiat ad illud removendum, officialis rem deferat Ordinario qui, pro sua conscientia et pro rerum et personarum adiunctis, parocho coniugum aliive sacerdoti iniungat, ut admonitionibus opportunis partem matrimonium impugnantem inducat ad illud, consensus renovatione, convalidandum.

§ 2. Si coniux convalidationi consentiat, Ordinarius dispensationem, qua opus sit, ipse, si poterit, tribuet, vel a S. Sede obtinebit, satagens ut convalidatio peragatur remoto omni scandalo aut rumore.

Art. 66. - § 1. *Adversus libelli reiectionem integrum semper est parti intra tempus utile decem dierum recursum interponere ad superius tribunal; a quo, auditis parte et vinculi defensore, quaestio reiectionis expeditissime definienda est* (can. 1709 § 3), exclusa appellatione ad normam canonis 1880 n. 7.

§ 2. Si tribunal superius libellum admittat, causa remittenda est pro eius definitione ad tribunal *a quo.*

Art. 67. - *Si* tribunal *continuo mense ab exhibito libello decretum non ediderit quo libellum admittit vel reiicit ad normam* art. 61, *pars cuius interest instare potest ut* tribunal *suo munere fungatur; quod si nihilominus* tribunal *sileat, lapsis quinque diebus a facta instantia, poterit recursum ad Ordinarium loci, si ipse iudex non sit, vel ad superius tribunal interponere ut vel* iudices *ad definiendam causam adigantur,* vel alii iudices in eorum locum *subrogentur* (can. 1710).

TITULUS VII

De officio iudicum et tribunalis ministrorum post causam per libelli acceptationem rite introductam

Art. 68. - § 1. Praesidis officium est : dirigendi processum et decernendi quae pro iustitiae administratione in causa necessaria sunt (art. 14 § 2); designandi relatorem seu ponentem causae (art. 22); cognoscendi

exceptionem suspicionis contra tribunalis administros (art. 31 § 3); praecipiendi nt in nonnullis casibus defensio typis imprimatur una cum documentis principalibus (art. 179 § 2); moderandi nimiam defensionum extensionem, nisi de hoc peculiari tribunalis lege sit cautum (art. 182); constituendi diem et horam, quibus iudices ad deliberandum de sententia proferenda conveniant (art. 185); ducendi moderatam discussionem ad rem habendam (art. 198 § 3), et omnes iudicio assistentes, qui a reverentia et obedientia tribunali debita graviter desciverint, ad officium reducendi (cfr. can. 1640 § 2).

***§ 2.* Idem insuper potest, nisi collegium aliquid sibi reservaverit : litis contestationem peragere, terminos statuere ad probationes afferendas atque ad defensiones exhibendas, testes inobedientes coercere et, si casus ferat, mulctare, probationes admittere ante litis contestationem in casibus de quibus in canone 1730, testium indemnitatem atque impensas taxare, peritos eligere, eorum iusiurandum excipere, necnon expensas atque honoraria definire, exhibitionem documentorum imponere, designare advocatum *ex officio,* declarare litem contestatam, causam conclusam, instantiam peremptam esse aut eidem renuntiatum etc.**

§ 3. Praeses quoque potest, nisi adsit instructor ad normam art. 23, ea peragere quae ad causae instructionem pertinent.

Art. 69. - Adversus actus praesidis vel instructoris recursus patet ad collegium, cuius est decretum vel sententiam interlocutoriam edere, audito vinculi defensore et, si adsit, promotore iustitiae (cfr. Tit. XI).

Art. 70. - § 1. *Defensoris vinculi est:*

V Examini partium, testium et peritorum adesse; exhibere iudici interrogatoria clausa et obsignata, in actu examinis a iudice aperienda, et partibus aut testibus proponenda; novas interrogationes, ab examine emergentes, iudici suggerere;

2° *Articulos a partibus propositos perpendere, eisque, quatenus opus sit, contradicere; documenta a partibus exhibita recognoscere;*

3° *Animadversiones contra matrimonii nullitatem ac probationes pro validitate matrimonii scribere et allegar^, eaque omnia deducere, quae ad matrimonium tuendum utilia censuerit* (can. 1968).

§ 2. Defensor vinculi curet ut interrogatoria proponantur omnino recte concinnata, quaeque ad rem faciant, attento nullitatis capite de quo agitur, facta eidem facultate articulos a patronis propositos reformandi, quod facere non omittat praesertim si suggestivi videantur, ita tamen ne supprimat quae necessaria et opportuna sint ad plenam rei veritatem dignoscendam; documenta, a partibus exhibita, recognoscat, aliaque, si opus sit, *ex officio* expetat.

Art. 71. - § 1. *Defensori vinculi ius esto :*

1° *Semper et quolibet causae momento acta processus, etsi nondum publicati, invisere; novos terminos ad scripta perficienda flagitare, prudenti* praesidis *arbitrio prorogandos;*

2° *De omnibus probationibus vel allegationibus ita certiorem fieri, ut contradicendi facultate uti possit;*

3° *Petere ut alii testes indicantur vel iidem iterum examini subiiciantur, processu etiam absoluto vel publicato, novasque animadversiones edere;*

4° *Exigere ut alia acta, quae ipse suggesserit, conficiantur, nisi tribunal unanimi suffragio disse?itiat* (can. 1969).

§ 2. Quando promotor iustitiae matrimonium accusat, ipse quoque proponere debet vinculi defensori articulos pro interrogatoriis deferendis partibus, testibus ac peritis. Horum articulorum necessariam rationem habere debet vinculi defensor, dempta ei facultate variandi, in conficiendis articulis seu positionibus ad normam art. 70 § 1 nn. 1, 2, quae sunt dein clausa instructori tradenda.

Art. 72. - Defensor vinculi potest, et, si casus ferat, id facere ne omittat, opportunas exquirere notitias, praesertim a vinculi defensore illius dioecesis ubi matrimonium initum fuit, itemque exquirere a parocho, cui ius assistendi matrimonio fuit, authenticum exemplar investigationum ante matrimonii celebrationem peractarum, et interrogationum quas hic, ad normam iuris, nupturientibus detulit.

Art. 73. - Actuarii est omnia diligenter et fideliter conscribere; acta caute, ordinate et religiose colligere et servare; curare ne acta, praecipue secreto custodienda, ad extraneos deveniant; de omnibus fidem facere et omnia cum praeside subsignare; rite digestum habere librum causarum, seu *protocollum;* positiones conficere; adstare quoties iusiurandum de iure praestatur; citationes subscribere easque, denunciatas, adnotare; interesse processus instructioni ac disputationi; fidelitatem exemplarium cum autographo declarare; rescripta, decreta, decisiones curare, ut ad exsecutionem mandentur; partem sententiae dispositivam partibus significare; sententiarum autographa subsignare et de earum exemplaribus iidem facere.

TITULUS VIII

De citatione necnon de litis contestatione et contumacia

Art. 74. - § 1. *Libello vel orali petitione admissa, locus est vocationi in ius seu citationi alterius partis* (can. 1711 § 1) nec non defensoris vinculi ad litem contestandam : quae, instante actore, vel etiam *ex officio*, fieri potest.

§ 2. *Quod si partes litigantes sponte coram iudice se sistant ad causam agendam, opus non est citatione, sed actuarius significet in actis partes sponte sua iudicio adfuisse* (can. 1711 § 2).

§ 3. Citatio debet etiam actori ^enunciari ut, statuta die et hora, ipse quoque coram iudice se sistat (cfr. can. 1712 § 3).

§ 4. Si reus vel actor procuratorem legitime constituerit, ad normam art. 44 § 1, citatio procuratori fieri potest; itidem et advocato, qui, procuratoris defectu, eius impleat partes.

Art. 75. - Si causa instituatur agente *ex officio* promotore iustitiae, ambo coniuges citandi sunt.

Art. 76. - § 1. *Citatio denuntietur per schedam, quae praeceptum iudicis parti conventae factum ad comparendum exprimat, id est a quo iudice, ob quam causam saltem verbis generalibus indicatam, quo actore, reus, nomine et cognomine rite designatus, conveniatur; necnon locum, et tempus, idest a*nnum, mensem, diem et horam ad comparendum? praefixam perspicue indicet.*

§ 2. *Citatio, sigillo tribunalis munita, subscribenda est a* praeside *vel ab eius auditore et a notario* (can. 1715).

Art. 77. - Si pars conventa rationis usu sit destituta, vel minus firmae mentis, citatio tutori vel curatori denuncianda est.

Art. 78. - § 1. Ubi tutor vel curator a civili auctoritate constitutus adest, hic ordinarie admittatur, nisi peculiares rationes Ordinario aliud suadeant (cfr. can. 1651).

§ 2. Si tutor vel curator non est a civili auctoritate constitutus, vel, etsi constitutus, ab Ordinario non fuit admissus, eiusdem Ordinarii erit eum designare.

§ 3. In curatore constituendo ab Ordinario procedendum est iuris ordine servato, audita altera parte, necnon vinculi defensore.

Art. 79. - § .1. *Citationis scheda, si fieri poterit, per Curiae cursorem tradenda est ipsi convento ubicumque is invenitur.*

§ 2. *Ad hoc cursor etiam fines alterius dioecesis ingredi potest, si* praeses *id expedire censuerit et eidem cursori mandaverit.*

§ 3. *Si cursor personam conventam non invenerit in loco ubi commoratur, relinquere poterit citatoriam schedam alicui de eius familia aut famulatu, si hic eam recipere paratus sit ac spondeat se reo conventos quamprimum schedam acceptam traditurum;* (quo in casu optandum est ut scheda tradatur clausa) *sin minus eam ad* praesidem *referat, ut transmittatur ad normam can. 1719,11W* (can. 1717; cfr. artt. 80, 83)'.

Art. 80. - *Si ob distantiam vel aliam causam difficulter per cursorem tradi possit reo convento scheda citatoria, poterit iussu* praesidis *transmitti per tabellarios publicos, dummodo commendata et cum syngrapha receptionis, vel alio modo qui secundum locorum leges et conditiones tutissimus sit* (can. 17.19).

Art. 81. - § 1. Cursor schedam traditam subsignet, die et hora traditionis adnotata, et tribunali relationem scriptam faciat de persona cui traditio facta est. Curet etiam ut schedae acceptilatio, si fieri potest, a citato subsignetur (cfr. can. 1721 §§ 1, 2).

§ 2. Quod si, citatus receptionem schedae recuset, eam cursor tribunali remittat, a se subsignatam, die, hora et causa recusationis adnotata (cfr. can. 1721 § 4).

Art. 82. - Qui citationem recipere recuset, legitime citatus habetur (cfr. can. 1718).

Art. 83. - Quoties, diligenti inquisitione peracta, adhuc ignoretur ubi degat pars citanda, sive reus sit sive etiam ipse actor, locus est citationi per edictum, quae fit affigendo per cursorem ad fores Curiae schedam citationis ad modum edicti, per tempus prudenti praesidis arbitrio determinandum, et in aliqua publica ephemeride inserendo; quodsi utrumque fieri nequeat, alterutrum sufficit (cfr. can. 1720).

Art. 84. - *Si scheda citatoria non referat quae* in art. 76 *praescribuntur aut non fuerit legitime intimata, nullius momenti sunt tum citatio tum acta processus* (can. 1723).

Art. 85. - Cum citatio legitime peracta fuerit, res desinit esse integra, firmatur tribunalis iurisdictio et lis pendere incipit (cfr. can. 1725 nn. 1. 2 et 5).

Art. 86. - *Quaelibet citatio est peremptoria* (can. 1714). Praesidis autem arbitrio relinquitur eam iterare, praesertim si çx rationabili causa dubitandum sit utrum citatio pervenerit ad manus citati necne.

Art. 87. - *Obiectum seu materia iudicii constituitur ipsa litis contestatione, seu formali conventi contradictione petitioni actoris, facta animo litigandi coram iudice* (can. 1726).

Art. 88. - Contestatio fit per dubii concordationem coram praeside et

semper discutiendum erit dubium : ***an constet de matrimonii nullitate,*** **ob caput vel capita recensita,** ***in casu.***

Art. 89. - § 1. Reo citato et neque per se neque per legitimum procuratorem comparente, et aliam quam incompetentiae excusationem allegante, praeses de eadem admittenda vel reiicienda, audito vinculi defensore, iudicabit, et decisionem parti non comparenti denuntiabit scripto, ad normam art. 79 et seqq., praefixo termino peremptorio ad comparendum, si praeses ipse excusationem non admiserit.

§ 2. Si reus primo citatus siluerit, aut denuntiationi praedictae non responderit intra praefixum tempus, praeses, postquam legitime constiterit citationem ad eum pervenisse, nec ullam non comparendi legitimam causam fuisse allatam, eum, audito vinculi defensore, declarabit contumacem; et, declaratione contumaciae in actis relata, dubium statuatur, actore postulante.

§ 3. Dubium statim parti contumaci notum fiat, ut quas velit possit proponere exceptiones et a contumacia se purgare.

§ 4. Si reus, vel personaliter vel per epistulam, declaraverit sese remittere iustitiae tribunalis, dubii concordatio fiat eidemque significetur, ut in paragrapho praecedenti.

Art. 90. - Contumacia in quovis litis momento usque ad sententiae definitionem purgari potest. Purgata autem contumacia, pars contumax, nisi velit causam in eo statu acceptare ad quem pervenerit, expensas alteri parti reficere debet.

Art. 91. - § 1. Si actor, ad litem contestandam, neque per se, neque per legitimum procuratorem comparuerit, iterum, instante convento, cum comminatione contumaciae citandus est : quod si nec altera vice comparuerit, nisi reus instet pro matrimonii nullitate, causa a praeside deserta declarabitur (cfr. cann. 1849, 1850 § 1).

§ 2. Permittitur tamen iustitiae promotori instantiam facere suam, eamque prosequi quoties publicum bonum, scandali nempe amotio, id, Episcopi iudicio, postulare videatur (cfr. 1850 § 2).

Art. 92. - § 1. Dubiorum formula, vel partibus consentientibus, semper a praeside probanda est (cfr. can. 1729 § 2).

§ 2. Partibus de dubiorum formula dissentientibus, collegium ***ex officio*** **formulam praefiniet (cfr. can. 1729 § 3).**

TITULUS IX

De probationibus

Art. 93. - *Non indigent probatione:*

I° *Facta notoria, ad normam can. 2197 nn. 2, 3;*

2° *Quae ab ipsa lege praesumuntur* (can. 1747 nn. 1, 2).

Arti 94. - *Onus probandi incumbit ei qui asserit* (can. 1748 § 1).

Art. 95. - § 1. Probationes, quae ad moras iudicio nectendas postulari videantur, praeses ne admittat.

§ 2. Si probationes petantur, quae processus evolutionem nimis protrahant, ut examen testis longe dissiti, aut cuius domicilium nescitur, vel cognitio documenti quod cito haberi non potest, praesidis est, auditis partibus et vinculi defensore, perpendere utrum requisitae probationes admittendae sint : eas tamen admittat, si necessariae videantur, et ceterae deficiant aut satis non sint (cfr. can. 1749); quod si renuat, patet recursus ad collegium.

CAPUT I

Generalia de probationibus

Art. 96. - § 1. Antequam praeses vel instructor vel auditor —- (quae quidem personae hic et in sequentibus articulis huius tituli indiscriminatim accipiuntur) — procedat ad examen cuiuspiam in ius vocati, sive partis sive testis sive periti, exquirat ab eo iusiurandum de veritate tota et sola dicenda, tacto sacro Evangeliorum libro, vel, si de sacerdote agatur, tacto pectore. Quod si citatus suas attestationes sub iureiurando reddere renuat, et instructor censeat eas fore utiles ad veritatem detegendam, potest easdem excipere, facta tamen in actis mentione de iurisiurandi recusatione, eiusque causa.

§ 2. Iusiurandum praestituros instructor, prout casus ferat, commonefaciat de iurisiurandi sanctitate, deque gravissimo delicto periurii, necnon, quatenus prudentia id suadeat, de poenis, praesertim spiritualibus, in periuros (cfr. can. 1743 § 3).

Art. 97. - Nemo ad deponendum admittatur, qui propriam identitatem legitimo documento non comprobaverit ad normam art. 58, nisi aliunde instructori aut alicui ex iudicibus aut defensori vinculi aut actuario de eadem identitate certo constet, quod in actis referatur.

Art. 98. - § 1. Personae autem, de quibus in canone 1770 § 2, eximuntur ab obligatione examini sese subiiciendi in ipsa tribunalis sede, earumque examen perficitur ad normam citati canonis.

§ 2. Pro personis qnae in aliena dioecesi commorantur, ius est partibus, ipsis personis consentientibus, petendi ut ad sedem tribunalis accedant.

Art. 99. - § 1. Interrogationes proponendae cuivis, sive coniugi sive testi sive perito, aliae sunt *generales, aliae particulares* seu *speciales,* idest circa *obiectum causae.*

§ 2. Generales faciendae sunt omnes et singulae in depositionis initio, neque necessarium est easdem iterare, si quis iterum veniat ad deponendum. Eaedem ordinantur ad inquirendum de generalibus personae adiunctis, de eius origine, aetate, religione, conditione, domicilio (urbe, paroecia, via et numero domus), de necessitudine aut relationibus cum partibus in causa, praesertim an sit alterutrius consanguinea vel affinis.

§ 3. Posteriores ordinantur ad eruendam veritatem circa factum unde pendere dicitur matrimonii nullitas; et varietati causarum vel impedimentorum aptandae sunt (cfr. can. 1774).

Art. *100.* - Suscitandum est a testibus unde et quomodo ea quae asserunt habeant cognita (cfr. ib.) : an nempe de visu aut propria experientia, an de auditu a videntibus, an de auditu auditus, an ex fama etc. et praesertim *quo definito tempore.*

Art. 101. - Interrogationes, tum generales tum particulares, fiant semper ab instructore, non ab alio nec a defensore quidem vinculi. Instructor autem illas interrogationes particulares prius deferat parti aut testi aut perito, quas sibi defensor vinculi, ad normam art. 70 § 1 m. 1, clausas tradiderit immediate ante examen. Iisdem et aliis, quas in examinis decursu defensor vinculi vel partes, si, annuente instructore ad normam art. 128, adsint, parti aut testi deferre postulaverint et ipse instructor admiserit, hic potest novas adiicere *ex officio,* quoties id necessarium aut utile putaverit ad veritatem eruendam vel accuratius exponendam (cfr. can. 1742 § 1); actuarius vero praemittat tunc in actis : *ex officio,* et addat propositam quaestionem.

Art. 102. - *Interrogationes breves sunto, non plura simul complectentes, non captiosae, non subdolae, non suggerentes responsionem, remotae a cumsvis offensione et pertinentes ad causam quae agitur* (can. 1775). Debent insuper esse interrogandi intelligentiae accomodatae et vulgari sermone expressae.

Art. 103. - § 1. Partes, testes et periti :

***a)* nunquam praemoneantur de interrogationibus, quae ipsis sunt deferendae;**

***b)* responsiones reddant semper oretenus, neque ipsis licet ex scripto recitare (cfr. cann. 1776 § 1-1777).**

'§ 2. - Partis, testis et periti responsio ex continenti redigenda est scripto ab actuario, non solum quod ad substantiam spectat, sed etiam, si id instructori videbitur necessarium vel opportunum, aut partes, testes, periti id postulent, quod attinet ad editi testimonii verba (cfr. can. 1778).

Art. 104. - § 1. Parti, testi et perito, absoluto interrogatorio, debent legi responsiones, quas actuarius scripto redegerit, data iisdem facultate addendi, supprimendi, corrigendi, variandi.

§ 2. Cum autem ipsi responderint se nihil amplius habere quod addant, supprimant, corrigant aut mutent, iusiurandum emittant de *veritate dictorum et de secreto servando* usque ad processus publicationem, imo etiam perpetuo ad normam can. 1623 § 3 : deinde depositioni immediate subscribere iubeantur, et post eos subscribant defensor vinculi, promotor iustitiae, si adfuerit, instructor et actuarius (cfr. cann. 1769, 1780).

Art. 105. - § 1. In conficiendis actis, seu in relatione scriptis redigenda de iis quae fiunt aut decernuntur in sessionibus tribunalis, lingua latina adhibeatur; citationes vero, iusiurandum a partibus, testibus et peritis praestandum, horum responsiones, necnon relationes et vota peritorum, lingua vernacula exprimi debent.

§ 2. Appellatione facta ad Apostolicam Sedem, acta et documenta, quae lingua latina, italica aut gallica exarata non sint, in unam ex iis linguis authentice et fideliter vertantur, ad normam canonis 1644 § 2. Si ad versionem faciendam interpres foret adhibendus, is a tribunali, audito vinculi defensore, eligatur, eique, sicuti aliis tribunalis ministris, duplex iusiurandum erit deferendum, nempe de munere fideliter obeundo et de secreto servando.

§ 3. Una cum versione, et firmo praescripto can. 1644 § 3, acta et documenta in exemplari authentico transmittantur in fasciculum religata et cum eorum indice; originalia autem tantum si a Tribunali S. Sedis requirantur et adhibitis opportunis cautelis.

§ 4. In casu autem appellationis ad aliud tribunal superius, serventur praescripta can. 1644.

§ 5. In causis in quibus pars, quae ad S. Sedem provocat, ad patrocinium gratuitum iam admissa fuerit, versio actorum fit *ex officio* a tribunali coram quo acta ipsa exarata sunt.

Art. 106. - § 1. Processus in sessiones dividitur : hinc interrogatio partis, excussio testis vel periti, aut quilibet actus iudicialis, qui expleri nequeat unica sessione, completur in altera.

§ 2. Si vero agatur de interrogatione partis, testis vel periti, praescripto articuli sequentis in singulis sessionibus standum est.

Art. 107. - § 1. Partes, testes et periti poterunt, durante inquisitione,

altera parte aut defensore vinculi id postulantibus, vel idipsum statuente tribunali *ex officio,* sed audito vinculi defensore, denuo ad examen vocari, vel circa ea, quae testati sunt, vel circa nova facta vel quaestiones ex processu emergentes.

§ 2. Quoties id expostuletur a partibus, tribunalis est suo decreto, audito vinculi defensore, eiusmodi postulationem reiicere vel admittere : cauto tamen, si eam admittat, ut omnis collusionis aut corruptelae periculum absit (cfr. can. 1781).

§ 3. Cum pars vel testis vel peritus iterum interrogatur, eadem serventur, congrua congruis referendo, quae de eorum examine praescribuntur.

Art. 108. - Si cui actui processuali interveniat persona linguae loci ignara, et instructor linguam huius personae propriam non intelligat, adhibeatur interpres iuratus, ab instructore designatus, partibus et vinculi defensore auditis, ut si velint legitimam contra eum exceptionem proponere possint.

Art. 109. - Pro testium et peritorum citatione, ea serventur, quae de partium citatione in Tit. VIII constituta sunt.

CAPUT II

De partium depositione

Art. 110. - Lite contestata, instructor partes interroget, delato ipsis iureiurando ad normam can. 1744, ab actore incipiendo, nisi gravis ratio* aliud suadeat.

Art. 111. - *Iudici legitime interroganti partes respondere tenentur et fateri veritatem,, nisi agatur de delicto ab ipsis commisso* (can. 1743 § 1).

Art. 112. - Si pars legitime interrogata respondere recuset, quanti facienda sit haec recusatio, iudicis est aestimare (cfr. can. 1743 § 2).

Art. 113. - § 1. Pars, quae matrimonium accusaverit, primo interroganda est. Absoluta interrogatione, libellus^parti ipsi perlegatur atque ab eadem quaeratur, utrum in singulis partibus eundem confirmet necne. Alter coniux similiter interrogetur; et dein eidem perlegatur actoris libellus, et interrogetur an accusationi se opponat necne.

§ 2. Si utraque pars matrimonium accusaverit, aut pars conventa responderit se nihil opponere accusationi, instructor, etiam *ex officio,* caute inquirat de rationibus ob quas ambae in accusatione concordent aut non dissentiant.

§ 3. Itidem, quum ex coniugum responsione oriatur collusionis suspi-

ciò, veritas subtilius perquirenda est etiam, si opus fuerit, per testes *ex officio* inducendos.

Art. 114. - § 1. Coniux post examen invitari potest ut quaestiones, si quas adhuc habeat, proponat, super quibus alter coniux examinandus sit.

§ 2. Parti, quae secundo loco interrogato, si eius responsiones graviter discrepent a responsionibus alterius partis, instructor, ad instantiam defensoris vinculi vel etiam *èx officio,* proponat interrogationes ad diluendas difficultates et dubitationes, facta vel minus mentione coniugis contradicenti^, prout casus ferat et prudentia suggérât. Imo, si opus sit, vocet iterum alterum coniugem, cui discrepantiam opponat, et, si casus ferat, ambo coniuges inter se *conferantur.*

Art. 115. - Si actor non compareat, serventur normae in art. 91 praefìnitae. Reo non comparente, instructoris erit, audito defensore vinculi, perpendere, utrum renovanda sit citatio, an aliis modis opportunis utendum sit, veluti interventu personae amicitia coniunctae et auctoritate gravis, quae ad comparendum eum inducat. Quod «i comparere renuat, collegii erit decernere utrum contumax declarandus sit, an ut frangatur eius resistentia poenis canonicis sit plectendus (cfr. can. 1849 coli. cum can. 1845).

Art. 116. - Confessio extraiudicialis coniugis, quae adversus matrimonii valorem pugnet, prolata ante matrimonium contractum, vel post matrimonium, sed tempore non suspecto, probationis adminiculum constituit a iudice recte aestimandum.

Art. 117. - Depositio iudicialis coniugum non est apta ad probationem contra valorem matrimonii constituendam.

CAPUT III

De probatione per testes

Art. 118. - *Omnes possunt esse testes, nisi expresse a iure repellantur vel in totum vel ex parte* (can. 1756).

Art. 119. - § 1. *Ut non idonei repelluntur a testimonio ferendo impuberes et mente debiles.*

§ 2. *Ut suspecti:*

I° *Excommunicati, periurii, infames, post sententiam declaratoriam vel condemnatoriam;*

2° *Qui ita obiectis sunt moribus ut fide digni non habeantur;*

3° *Publici gravesque partis inimici.*

§ 3. *Ut incapaces:*

I° *Qui partes sunt in causa, aut partium vice funguntur, veluti tutor*

in causa pupilli, iudex eiusve assistentes, advocatus aliique qui partibus in eadem causa assistunt vel astiterunt;

2° *Sacerdotes, quod attinet ad ea omnia quae ipsis ex confessione sacramentali innotuerunt, etsi a vinculi sigillo soluti sint; imo audita a quovis et quoquo modo occasione confessionis ne ut indicium quidem veritatis recipi possunt;*

3° *Coniux in causa sui coniugis, consanguineus et affinis in causa consanguinei vel affinis, in quolibet gradu lineae rectae et in primo gradu collateralis, nisi agatur de causis quae ad statum civilem aut religiosum personae spectant, cuius notitia aliunde haberi nequeat, et bonum publicum exigat ut habeatur* (can. 1757); salvo praescripto art. 122 et 137.

Art. 120. - *Non idonei et suspecti audiri poterunt ex decreto iudicis, quo id expedire declaretur; sed eorum testimonium valebit tantummodo ut indicium et probationis adminiculum, et generatim iniurati audiantur* (can. 1758).

Art. 121. - § 1. *Testes iudici legitime interroganti respondere et veritatem fateri debent.*

§ 2. *Salvo praescripto* art. 119 § 3 n. 2, *ab hac obligatione eximuntur:*

I° *Parochi aliique sacerdotes quod attinet ad ea quae ipsis manifestata sunt ratione sacri ministerii extra sacramentalem confessionem; civitatum magistratus, medici, obstetrices, advocati, notarii aliique qui ad secretum officii etiam ratione praestiti consilii tenentur, quod attinet ad negotia huic secreto obnoxia;* nisi ab iis quorum interest secreti lege solvantur et deponere se posse prudenter censeant;

2° *Qui ex testificatione sua sibi vel consanguineis vel affinibus in quolibet gradu lineae rectae et in primo gradu lineae collateralis, infamiam, periculosas vexationes, aliave mala valde gravia obventura timent.*

§ 3. *Testes iudici legitime interroganti scienter falsum affirmantes aut verum occultantes puniantur ad normam can. Ttl^S § S; eademque poena mulctentur omnes, qui testem vel peritum donis, pollicitationibus aut alio quovis modo inducere praesumpserint ad falsum testimonium dicendum aut ad veritatem occultandam* (can. 1755).

Art. 122. - In causis matrimonialibus, *consanguinei et affines de quibus* in art. 119 § 3 n. 3, *habentur testes habiles in causis suorum propinquorum* (can. 1974).

Art. 123. - § 1. Testes induci possunt ab actore vel a reo convento vel a vinculi defensore, vel a promotore iustitiae, si causae intersit (cfr. can. 1759 §§ 1, 2). Induci vero debent ab instructore vel ab ipso collegio *ex officio,* si quocumque modo opportunum censeatur ad probationes complendas (cfr. can. 1619 § 2).

' . § 2. *Iudici ius et obligatio est nimiam multitudinem testium refrenandi* (can. 1762). Id praesertim caveatur ab instructore, dato decreto, quando inducuntur pro re, quae directe ad probationem non pertinet vel cum eadem haud necessario connexa sit : et generatim quando inducuntur ad moras nectendas vel alteri parti damnum inferendum, aut quando causa paucioribus sufficienter instructa habeatur.

Art. 124. - Testes, qui sponte se exhibent ad testificandum, arbitrio instructoris admitti vel repelli possunt. Sunt tamen omnino repellendi si comparere videantur ut moras causae nectant vel iustitiae et veritati quoquo modo officiant (cfr. can. 1760).

Art. 125. - § 1. Quicumque probationem per testes postulant, debent tribunali indicare eorum nomina, paternitatem, si opus fuerit, et domicilium cum designatione urbis, viae et numeri domus, et insuper exhibere positiones seu articulos super quibus testes' sunt interrogandi (cfr. can. 1761 § 1).

§ 2. Positiones seu articuli, quos partes exhibuerint, vinculi defensori tradantur, qui, iuxta art. 70 § 1 n. 2, de iis rationem habeat in conficiendo interrogatorio testibus proponendo, aut saltem in actu examinis iuxta art. 101.

Art. 126. - § 1. Testium nomina parti, cuius interest, a tribunali tempestive nota fieri debent, ut ipsa exceptionem, si velit, testis reprobatoriam opponere possit.

§ 2. Si haec notificatio, gravi de causa prudenti instructoris iudicio aestimanda, vel instante vinculi defensore, ante testium examen non expediat, saltem ante testificationum publicationem facienda est (cfr. can. 1763).

Art. 127. - § 1. *Testis rite citatus parere debet aut causam suae absentiae iudici notam facere.*

§ 2. *Testis inobediens, qui nempe sine legitima causa non comparuit, aut, etsi comparuit, renuit respondere vel iusiurandum praestare vel attestationi subscribere, a iudice potest congruis poenis coerceri et insuper mulctari pro rata damni quod ex eius inobedientia partibus obveniat* (can. 1766).

§ 3. Testi, si id postulat, debetur indemnitas taxanda ad normam can. 1787 § 2.

Art. 128. - Eegulariter examini testium neque partes neque earum procuratores aut advocati assistere possunt. Fit tamen facultas per modum exceptionis instructori vel partes vel earum procuratores aut advocatos admittendi, si causae adiuncta pro suo prudenti arbitrio id suadere videantur.

Art. 129. - Testium responsiones iuxta articulos propositos in actis a notario, dictante instructore, sed salvo praescripto art. 103 § 2, *integre et fidelissime* consignandae sunt, ita nempe ut nihil praetermittatur quod in iudicium innuere possit. Caveatur, igitur, tum excessive diffusa relatio, tum, praecipue, nimia brevitas, ita ut evitentur monosyllabicae responsiones.

Art. 130. - § 1. Potest semper instructor, si id exigat necessitas impediendi ne gravia oriantur dissidia, neve testes gravi alicui periculo obiiciantur, procuratores et advocatos iureiurando adstringere de secreto servando:

§ 2. Si testis suam fecerit depositionem ea lege, ne suum nomen manifestetur alterutri parti vel neutri, et instructor censuerit hanc legem esse gravi ratione innixam, illi fas est delegare duas aut tres personas, quarum causa nihil intersit, omni exceptione maiores, et parti vel partibus, quantum fieri potest, non suspectas, quibus significetur testis nomen ut inquirant an ipse fidem mereatur.

Art. 131. - § 1. Reprobatio testium fieri debet intra triduum post eorum nomina significata, nisi locorum distantia, arbitrio instructoris, longiorem terminum requirat. Serius facta non admittitur, nisi pars probet aut saltem iureiurando confirmet non antea defectum sibi innotuisse (cfr. can.1764 § 4).

§ 2. Nisi causa reprobationis testis sit ab ipso iure determinata, instructor parti reprobanti ad probationem afferendam brevem praefigat terminum, et deinde procedat ut in causis incidentibus ad normam Tit. XT.

§ 3. Quod si reprobatio non sit statim et facile probanda, eius discussio in finem litis est reservanda : interim vero testis audiendus est (cfr. can. 1764 § 5).

§ 4. Futiles aut dilatorias reprobationis petitiones illico instructor suo decreto reiiciat.

Art. 132. - § 1. Pars renunciare potest testi a se producto, salvo iure alterius partis et defensoris vinculi, ut ipse testis ad testificandum evocëtur (cfr. can. 1759 § 4).

§ 2. Ex causa, quae postea supervenerit, ^potest etiam pars testem a se productum reprobare.

Art. 133. - Instructoris est decernere, audito vinculi defensore, an sit locus collationi testium sive inter se sive cum partibus ad normam can. 1772 § 2.

Art. 134. - Absoluto testium examine, nisi instructori aut vinculi defensori videantur alii esse testes *ex officio* vocandi aut aliae probationes exquirendae, acta decreto praesidis rite publicentur (cfr. art. 175).

Art. 135. - § 1. Post evulgatas testificationes, testes iam auditi denuo super iisdem articulis ne interrogentur, neque novi testes admittantur, nisi caute et ex gravi ratione et in quolibet casu omni fraudis et subornationis periculo remoto, altera parte audita, et requisito voto promotoris iustitiae, si iudicio intersit, et defensoris vinculi, quae omnia iudex decreto suo definiat (cfr. can. 1786).

§ 2. Verum, si ex inquisitione emerserint facta, quae partes ignorare poterant, facultas eisdem relinquitur vel testes excussos iterum ad testificandum evocandi vel alios inducendi.

Art. 136. - § 1. Quod attinet ad *aestimandam testimoniorum fidem,* standum est praescripto cann. 1789, 1790, 1791.

§ 2. Quando agitur de circumstantia ex qua valor matrimonii dependet, diligentius inquiratur in testium honestatem, quae periurii suspicionem removeat.

§ 3. Quod coniuges contra testem aliquem nihil excipiant, rationem id sane per se non suppeditat ut habeatur fide digna eius depositio contra matrimonium directa.

Art. 137. - *In causis impotentiae vel inconsummationis, nisi de impotentia vel inconsummatione aliunde certo constet, debet uterque coniux testes, qui septimae manus audiunt, inducere, sanguine aut affinitate sibi coniunctos, sin minus vicinos bonae famae, aut alioquin de re edoctos, qui iurare possint de ipsorum coniugum probitate, et praesertim de veracitate circa rem in controversiam deductam; quibus iudex ad normani can. 1759, § S alios testes potest ex officio adiungere* (can. 1975 § 1).

Art. 138. - § 1. De omnibus testibus exquiratur *ex officio* testimonium religiositatis, probitatis et credibilitatis; et eo maior ipsis fides adiicienda est, quo potiora habeantur documenta de requisitis bonae fidei.

§ 2. Testimonia huiusmodi omnia sunt publicanda, nisi de quibusdam ex ipsis, ad gravia damna vitanda attento eorum tenore, collegium aliud decernat (cfr. art. 130 § 1).

CAPUT IV

De peritis

Art. 139. - In causis impotentiae et defectus consensus ob amentiam requirendum est suffragium peritorum (cfr. cann. 1976-1982).

Art. 140. - § 1. In aliis causis peritorum sententia est exquirenda, quoties iudicium est faciendum, quod peculiarem in aliqua arte requirat peritiam : e. g. si de cuius scripti authenticitate inquirendum sit (cfr. can. 1792).

§ 2. An, in casu de quo in § -1, peritiae locus esse debeat, instructor decernet sive una ex partibus postulante sive *ex officio,* audito in quocumque casu vinculi defensore. Partibus dissentientibus, instructor rem collegio deferat.

Art. 141. - Periti designandi sunt, audito vinculi defensore, a praeside, cuius est eorum numerum praefinire (cfr. can. 1793); salvo praescripto art. 150.

Art. 142. - § 1. Ad periti munus deligantur qui non tantum idoneitatis testimonium a competenti magistratu obtinuerunt, sed etiam qui artis suae experientia sint insignes et religionis atque honestatis laude commendati.

§ 2. *Qui a testimonio ferendo excluduntur ad normam* art. 119, *ne ad peritorum quidem officium assumi poterunt* (can. 1795 § 2).

§ 3. Excluduntur quoque a periti munere qui quemlibet cum alterutra parte necessitudinis nexum habeant.

Art. 143. - In causis impotentiae vel amentiae excluduntur quoque a periti munere qui coniugem privatim inspexerunt; hi autem in casu impotentiae possunt (cfr. can. 1978), in casu amentiae debent (cfr. can. 1982), induci uti testes.

Art. 144. - Si periti ante peritiam exaratam, aut suspecti evaserint, aut eos muneri obeundo impares esse compertum fuerit, a praeside substituendi erunt, ad normam art. 141.

Art. 145. - Periti possunt ab utraque vel ab alterutra parte recusari; si de partium studio sint suspecti (cfr. can. 1796 § T). In quolibet casu praeses suo decreto edicat utrum sit admittenda recusatio necne et, recusatione admissa, in locum periti recusati alium sufficiat ad normam art. 141 (cfr. can. 1796 § 2).

Art. 146. - Periti iusiurandum de officio fideliter adimplendo et de secreto servando praestare debent coram praeside, citatis partibus et vinculi defensore.

Art. 147. - § 1. Instructor decreto suo definiat, auditis partibus et defensore vinculi, omnia et singula capita circa quae peritorum opera versari debet (cfr. can. 1799 § 1) : ut puta, utrum amentia sit habitualis, an fuerit transitoria et an lucida admiserit intervalla; utrum impotentia sit absoluta an tantum relativa, utrum instrumentalis an functionalis, utrum antecedens an subsequens matrimonium, utrum perpetua an sanar bilis sine gravi vitae periculo.

§ 2. Peritis, ut iudicium suum recte facere possint, omnia causae acta. quae instructori necessaria aut opportuna videantur, remittenda sunt.

§ 3. Partibus fas est quaestiones proponere, de quibus, nisi instructor;

audito vinculi defensore, ex iusta causa eas reiiciendas censuerit, periti, in peritia conficienda, rationem habere debent.

§ 4. Praefigatur quoque ab instructore tempus intra quod examen est perficiendum et votum proferendum : quod tempus ab ipso instructore ex rationabili causa, partibus auditis, prorogari potest (cfr. can. 1799 § 2).

Art. 148. - § 1. Periti examen singillatim et seorsim exsequi debent; alter alteri examinis exitum ne pandat; votum suum in scriptis uterque proferat; in relatione, propria manu subscripta, perspicue quisque indicet qua via et ratione in explendo munere sibi demandato processerit, et quibus potissimis argumentis conclusiones prolatae nitantur (cfr. can. 1802).

§ 2. Praeses decernere poterit, ex peculiari ratione, ut examen a peritis collegialiter exsequatur. Quo in casu peritorum discrimina, si quae adsint, in relatione, datis rationibus, adnotentur (cfr. ib.i.

Art. 149. - Si agatur de cuius scripti authenticitate investiganda, standum est dispositioni can. 1800.

Art. 150. - In causis impotentiae :

1° ad inspiciendum virum duo medici deputentur, qui monendi sunt ut honestis tantum mediis utantur ad impotentiam cognoscendam;

2° ad inspiciendam mulierem deputentur duae mulieres, si adsint, quae in arte medica laurea doctorali et experientia sint praeditae, vel, ex mulieris consensu aut ex decisione collegii, duo medici, sin minus duae obstetrices vere peritae. Corporalis mulieris inspectio fieri debet regulis christianae modestiae plene servatis et adstante semper honesta matrona *ex officio* designanda (cfr. can. 1979).

Art. 151. - In causis amentiae unus vel, pro casus gravitate, duo medici deputentur, qui in scientia psychiatrica peculiariter sint versati; cauto tamen ut excludantur qui sanam (catholicam) doctrinam hac in ré non profiteantur.

Art. 152. - Exhibitis relationibus, instructoris erit peritos vocare, ut singillatim suas conclusiones recognoscant et iuramento confirment et quaestionibus a vinculi defensore opportune concinnatis respondeant.

Art. 153. - Si periti inter se discrepent, praeses alium, quem vocant peritiorem, designare poterit ad normam art. 141, qui suum votum proferat atque confirmet ad normam art. 148 et 152.

Art. 154. ™ § 1. Tribunal non tenetur sequi peritorum iudicium, etsi eorum conclusiones sint concordes, sed cetera quoque causae adiuncta attente perpendat (cfr. can. 1804 § 1).

§ 2. Tribunal debet in rationibus decidendi exprimere, quibus motum argumentis peritorum conclusiones vel admiserit vel reiecerit (cfr. can. 1804 § 2).

CAPUT V

De probatione per instrumenta seu documenta

Art. 155. - *In quolibet iudicii genere admittitur probatio per documenta tum publica tum privata* (can. 1812).

Art. 156. - § 1. *Praecipua documenta publica ecclesiastica haec sunt:*

1° *Acta Summi Pontificis et Curiae Romanae et Ordinariorum in exercitio suorum munerum authentica forma exarata, itemque attestationes authenticae de iisdem actibus datae ab illis vel eorum notariis;*

2° *Instrumenta a notariis ecclesiasticis confecta;*

3° *Acta iudicialia ecclesiastica;*

4° *Inscriptiones baptismi, confirmationis, ordinationis, professionis religiosae, matrimonii, mortis, quae habentur in regestis Curiae vel paroeciae, vel religionis, et attestationes scriptae ex iisdem* desumptae et a parochis, vel Ordinariis, vel notariis ecclesiasticis confectae aut earum exemplaria authentica.*

§ 2. *Documenta publica civilia ea sunt quae secundum uniuscuiusque loci leges talia iure censentur.*

§ 3. *Litterae, contractus, testamenta et scripta quaelibet a privatis confecta, privatorum documentorum numero habentur* (can. 1813).

Art. 157. - Documenta, quibus probatur baptismus vel ordo receptus, mors, professio religiosa, matrimonium, cognatio spiritualis, dispensatio ab impedimento canonico, debent esse ecclesiastica, idest confecta a legitima auctoritate ecclesiastica ad normam art. 156 § 1, n. 4.

Art. 158. - Utriusque generis documenta nisi partes sponte exhibeant, tribunalis est auctoritate sua perquirere, et de iis partes vel testes in examine interrogare.

Art. 159. - § 1. Documenta vim probandi in iudicio non habent, ideoque admitti nequeunt, nisi originalia sint aut in exemplari authentico exhibita, et penes tribunalis cancellariam deposita (cfr. can. 1819).

§ 2. Ut exemplar habeatur authenticum, oportet sit manuscriptum, firmatum subscriptione eorum qui archivis,_ubi exstant originalia, sunt praepositi, vel notarii ecclesiastici, et sigillo munitum.

§ 3. Pro documentis publicis civilibus exemplar habetur authenticum, dummodo sit ea forma descriptum, quam civiles leges praefiniunt.

Art. 160.- *Documenta in forma authentica sunt exhibenda et in iudicio deponenda, ut a iudice et ab adversario examinari possint* (can. 1820).

Art. 161. - Documenta, penes tribunalis cancellariam deposita, ab actuario in ipso cancellariae loco custodiantur, et ibidem a partibus, defensore vinculi et ab ipsis iudicibus expendantur.

Art. 162. - § 1. Si quod dubium oriatur circa alicuius documenti exemplaris authenticitatem, aut a parte vel ab eo cuius interest aliqua exceptio opponatur, servetur praescriptum can. 1821.

§ 2. Si dubium aut exceptio versetur circa documenti veritatem, quaestio incidens proponatur etiam *ex officio,* vocatis et iudicialiter examinatis iis omnibus, quibus documenti origo et veritas nota esse praesumitur.

Art. 163. - § 1. Inter documenta privata non exigui ponderis esse pos^-sunt, praecipue in /causis de vi et metu et de conditione, epistulae quas vel sponsi ante matrimonium, vel coniuges postea, sed tempore non suspecto, sibi invicem vel aliis dederint; dummodo de earum authenticitate et de tempore quo exaratae sint aperte constet.

§ 2. Instructor has epistulas opportune exquirat, partes vel testes monendo, ut, si quas habeant, eas tribunali exhibeant. Quae vero ab una parte proferuntur, ab alia recognosci debent.

Art. 164. - Epistulae sicut alia documenta privata illud pondus habent, quod ex circumstantiis et praesertim ex tempore quo redactae fuerint aestimandum est.

Art. 165. - Litterae, quas vocant anonymas, aliaque cuiuscumque generis anonyma documenta per se ne tamquam indicium quidem haberi possunt; nisi facta referant quae et quatenus aliunde comprobari possint.

Art. 166. - Si quid ex documento excerptum proferatur, quamvis in forma authentica redactum, tum altera pars, tum vinculi defensor, tum instructor *ex officio* ius habent postulandi ut integrum documentum, sive in originali sive in exemplari authentico, exhibeatur.

Art. 167. - § 1. Quoties pars documentum tradere recuset, quod ipsa fertur possidere atque aliquod pondus in causa habere praesumitur, instructoris erit, ad instantiam partis vel *ex officio,* audito vinculi defensore, per decretum statuere an et quomodo exhibitio facienda sit.

§ 2. Parte adhuc exhibitionem recusante, instructor rem deferat collegio, cuius erit perpendere quanti sit facienda haec recusatio.

§ 3. Parte vero negante se documentum possidere, instructor eam ad negationem iureiurando firmandam invitare potest.

Art. 168. - Si civile vinculum per divortium est solutum aut nullum declaratum, instructor curet, ut partes tum petitionem in foro civili oblatam, tum sententiam a magistratu datam exhibeant, atque, si casus ferat, etiam civilis causae acta.

Art. 169. - Circa vim et fidem instrumentorum serventur dispositiones cann. 1814, 1816, 1817, 1818.

CAPUT VI

De indiciis seu praesumptionibus

Art. 170. - § 1. *Praesumptio est rei incertae probabilis coniectura; eaque alia est iuris, quae ab ipsa lege statuitur; alia hominis, quae a iudice coniicitur.*

§ 2. *Praesumptio iuris alia est iuris simpliciter, alia iuris et de iure* (can. 1825).

Art. 171. - *Matrimonium gaudet favore iuris; quare in dubio standum est pro valore matrimonii, donec contrarium probetur, salvo praescripto can. IWt* (can. 1014).

Art. 172. - Dubium, sive iuris sive facti, quod faveat matrimonio, debet esse prudens, seu probabili fundamento nixum, ut praesumptioni pro matrimonii valore locus sit.

Art. 173. - *Praesumptiones, quae non statuuntur a iure, iudex ne coniiciat, nisi ex facto certo et determinato, quod cum eo, de quo controversia est, directe cohaereat* (can. 1828).

Art. 174. - Praesumptionibus *hominis* est potissimum locus in causis, quae spectant ad consensus defectum. Ad eas constabiliendas instructoris est curare, ut circumstantiae proferantur in lucem, quae matrimonium praecesserunt, comitatae vel secutae sunt.

TITULUS X

De processus publicatione, de conclusione in causa et de causae discussione

CAPUT I

De publicatione processus

Art. 175. - § 1. Perpensis a defensore vinculi, a iudice instructore et a praeside probationibus hinc inde adductis, facienda est actorum omnium communicatio inter partes. ^

§ 2. Haec facultas communicationis fit decreto praesidis, quo partibus earumque advocatis ipse concedit potestatem inspiciendi testificationes ceterasque omnes probationes quae in actis reperiuntur, quaeque secreta permanserant, et petendi actorum exemplar (cfr. cann. 1858, 1859).

§ 3. Eodem decreto praeses tempus utile praestituat, intra quod partes et defensor vinculi possint exhibere documenta, exponere argu-

menta, quibus allatae ab ipsis probationes et impugnationes roborentur, explicentur, compleantur.

§ 4. Fas adhuc est partibus novos testes inducere, verum tantummodo ad normam art. 135.

Art. 176. - Elapso praestituto tempore vel etiam prius, si defensor vinculi et partes tribunali declaraverint se nihil aliud exhibendum habere, deveniatur ad conclusionem in causa (cfr. cann. 1984 § 2, 1860).

CAPUT II

De conchtsione in causa

Art. 177. - § 1. Conclusio in causa ût decreto praesidis, quo declaratur fuisse satisfactum praescripto praecedentis articuli ideoque causam satis instructam haberi.

§ 2. Caveat tamen praeses ne decretum conclusionis in causa edat, si quid adhuc putet esse exquirendum, ut causa satis instructa habeatur. Quo in casu, audito defensore vinculi, iubeat ea suppleri quae desint.

Art. 178. - § 1. Etiam post conclusionem in causa admittuntur in his causis novae probationes, praesertim si afferantur documenta ex novo reperta, aut producantur testes, qui ob legitimum impedimentum non potuerunt induci tempore utili (cfr. can. 1861 § 1 et art. 135).

§ 2. Si praeses probationes admittendas censeat, id decreto statuat; quod si renuat, patet recursus ad collegium.

§ 3. Collectis novis probationibus, ab instructore moneantur partes et vinculi defensor eisque praestituatur congruum tempus, ut probationes ipsas perpendere et impugnare possint; aliter iudicium est nullius momenti (cfr. can. 1861 § 2).

CAPUT III

De causae discussione

Art. 179. - § 1. Edito decreto conclusionis in causa, praeses terminum praefiniat partibus vel earum patronis, necnon promotori iustitiae, si ipse matrimonium accusavit, ad defensiones suas sive allegationes tradendas (cfr. can. 1862 § 1).

§ 2. Defensio, ab advocato subsignata, praesidi exhibenda est, eiusque, de licentia ipsius praesidis scripto apponenda in calce scripturae, tot exemplaria conficienda quot sunt necessaria.

§ 3. Praeses iubere potest ut exemplaria typis exarentur.

§ 4. Licet advocato, una cum defensione, exemplar exhibere allegationum et potiorum documentorum.

§ 5. Defensiones uti supra exhibitae statim distribuendae sunt, una cum exemplaribus documentorum, cura tribunalis, ne causae definitio perniciosam patiatur moram.

Art. 180. - § 1. Recepta partium defensione, vinculi defensor intra terminum a praeside designandum suas animadversiones exhibeat.

§ 2. Partes, necnon promotor iustitiae si adsit, ius habent animadversionibus respondendi intra terminum decem dierum.

§ 3. Vinculi defensor, accepta responsione, et ipse, intra decendium, eodem respondendi iure, si velit, uti potest.

§ 4. Respondendi ius semel tantum partibus esto, nisi praesidi, gravi ex causa, iterum videatur concedendum. Concessio vero uni parti facta, alteri quoque facta censebitur.

Art. 181. - Termini pro animadversionibus, defensionibus aut responsionibus exhibendis possunt rationabili de causa prorogari a praeside. Possunt etiam, omnibus consentientibus; iidem termini coarctari (cfr. can. 1862 § 2).

Art. 182. - Praeses nimiam defensionum extensionem etiam praefixo paginarum numero, si id expedire iudicaverit, moderari potest; ordinarie non excedatur numerus viginti paginarum in defensione et decem in responsione (cfr. can. 1864).

Art. 183. - § 1. Semper defensori vinculi ius sit ut ultimus audiatur.

§ 2. Si defensor vinculi intra decem dies (cfr. art. 180 § 3) nil responderit, praesumitur nil habere deducendum, et ad ulteriora procedere licet (cfr. can. 1984).

Art. 184. - Curet quoque praeses, sive *ex officio* sive ad instantiam partis vel defensoris vinculi aut, si intersit, promotoris iustitiae, ne exemplaria, vel typis non edita, ubi causae natura id exigat, ad extraneorum manus perveniant, peculiari lege de hoc partibus earunque advocatis et procuratoribus districte per decretum imposita.

Art. 185. - Iudicii dies et hora, nisi _antea fuerint praefinitae, a praeside destinandae et partibus significandae sunt, ita tamen ut inter ultimam defensionem et iudicii diem decendium saltem intercedat.

Art. 186. - § 1. Praesidi fas est, vel *ex officio* vel defensore vinculi vel alterutra parte instante, oralem quoque causae discussionem admittere.

§ 2. Discussio oralis post ultimam exhibitam responsionem expetenda est : in omni casu intra septem dies ante tempus praefinitum pro causae definitione.

§ 3. Pars, quae petit oralem discussionem, articulos seu capita proponat de quibus discussio facienda est.

§ 4. Praesidi ad vigilandum est, ne discussio oralis moderatae disputationis terminos excedat, neve inutiliter repetantur ea de quibus in defensionibus atque responsionibus actum est.

§ 5. Orali discussioni assistet notarius, ut, si praeses praecipiat, aut vinculi defensor vel pars postulet et praeses consentiat, possit de disceptatis, confessis vel conclusis scripto ad tramitem iuris ex continenti referre (cfr. can. 1866).

TITULUS XI

De causis incidentibus

Art. 187. - ***Causa incidens habetur, quoties, incepto saltem per cirtationem iudicio, ab una ex partibus aut*** **a promotore iustitiae, si iudicio intersit, vel vinculi defensore,** ***quaestio proponitur quae, tametsi libello, quo lis introducitur, non contineatur expresse, nihilominus ita ad causam pertinet ut resolvi plerumque debeat ante quaestionem principalem*** **(can. 1837).**

Art. 188. - § 1. Parti legitime instanti instructor satis facere tenetur per decretum.

§ 2. A quocumque instructoris decreto pars cuius interest ad collegium recurrere potest, ut quaestio incidens instituatur. Recursus tamen intra decem dierum spatium a decreti notificatione instituendus erit, secus partes decreto acquievisse censentur.

§ 3. Recursus instructori, a quo decretum prodiit, est exhibendus; qui tamen, nisi decretum a se factum revocandum censuerit, illum tribunali sine mora deferre debet.

Art. 189. - § 1. Exorta quaestione incidenti, collegium, auditis altera parte et vinculi defensore, necnon, si intersit, promotore iustitiae, ante omnia perpendere debet, an quaestio nexum habeat cum causa principali, simulque an aliquo probabili fundamento nitatur.

§ 2. Quae duo si concurrant, collegium vel quaestionem incidentem admittat, vel, si iudicet eam necessario non esse resolvendam ante sententiam definitivam, decernat, ut de ea habeatur ratio die propositionis causae. Si autem duo simul non concurrant, collegium recursum reiiciat (cfr. can. 1839).

Art. 190. - § 1. Quaestione incidenti admissa, collegium, audita altera parte et vinculi defensore, necnon promotore iustitiae, si intersit, ante omnia statuat, utrum solvenda sit, attenta eius natura et gravi-

tate, servata forma iudicii per interlocutoriam sententiam, an, non servata forma iudicii, per merum decretum (cfr. can. 1840 § 1); quae collegii decisio inappellabilis est.

§ 2. Collegium, ad instantiam partis aut *ex officio*, interventum promotoris iustitiae, si processui iam non intersit, exquirere debet, si constiterit bonum publicum in discrimen vocari; exquirere autem potest, si quaestionis incidentalis natura vel difficultas id consulat.

Art. 191. - Si quaestio incidens per sententiam solvi debeat, concordentur dubia, et eae serventur regulae quae de causa principali statutae sunt, exceptis terminis, qui statuantur brevissimi (cfr. can. 1840 § 2).

Art. 192. - § 1. Si quaestio incidens solvenda sit per decretum, partibus et vinculi defensori terminus assignandus est, in quo suas rationes afferant per breve scriptum seu memoriale.

§ 2. Collegii est decernere utrum facultas memoriali respondendi, quam partes et vinculi defensor postulaverint, concedenda sit brevissimo termino statuto, an potius discussio oralis ad normam art. 186.

Art. 193. - In decreto quo collegium quaestionem incidentem definit, rationes quibus nititur in iure et in facto breviter exponantur (cfr. can. 1840 § 3).

Art. 194. - Quaestio incidens et causa principalis, si casus ferat, una eademque sententia super merito definiri possunt.

Art. 195. - *Antequam finiatur causa principalis,* collegium *interlocutoriam sententiam potest, iusta intercedente causa, corrigere aut revocare sive ex se, auditis partibus, sive ad instantiam unius partis audita altera parte, et requisito semper voto promotoris iustitiae, si adsit, et defensoris vinculi* (can. 1841).

TITULUS XII

De pronunciatione sententiae

Art. 196. - § 1. *Legitima pronuntiatio qsm iudex causam a litigantibus propositam et iudiciali modo pertractatam deficit, sententia est: eaque interlocutoria dicitur, si dirimat incidentem causam; definitiva, si principalem.*

§ 2. *Ceterae iudicis pronuntiationes decreta vocantur* (can. 1868).

Art. 197. - § 1. *Ad pronuntiationem cuiuslibet sententiae requiritur in iudicis animó moralis certitudo circa rem sententia definiendam.*

§ 2. *Hanc certitudinem iudex haurire debet ex actis et probatis.*

§ 3. *Probationes autem aestimare iudex debet ex sua conscientia,*

nisi lex aliquid expresse statuat de efficacia alicuius probationis **(can. 1869 §§ 1, 2, 3).**

§ 4. Iudex qui eam certitudinem post diligens causae examen efformare sibi non potuit, pronuntiet : ***non constare de matrimonii nullitate in casu*** **(cfr. can. 1869 § 4).**

Art. 198. - § 1. Expleta causae disceptatione, dia et bora a praeside ad normam art. 185 statutis, conveniant soli iudices, remotis quibusvis tribunalis administris, in ipsa tribunalis sede, nisi peculiaris causa alium locum suadeat, ad proferendam sententiam (cfr. cann. 1870, 1871 § 1).

§ 2. ***Singuli iudices scriptas afferent conclusiones suas in merito causae, et rationes tam in facto quam in iure, quibus ad conclusiones suas venerint: quae conclusiones actis causae adiungantur, secreto servandae.***

§ 3. ***Prolatis ex ordine, secundum praecedentiam, ita tamen ut semper a causae ponente seu relatore initium fiat, singulorum conclusionibus, habeatur moderata discussio sub tribunalis praesidis ductu, praesertim ut constabiliatur quid statuendum sit in parte dispositiva sententiae.***

§ 4. ***In discussione autem fas unicuique est a pristina sua conclusione recedere,*** **rationibus tamen breviter significatis in eodem voto scripto.**

§ 5. ***Quod si iudices in prima discussione ad hanc sententiam devenire aut nolint aut nequeant, differri poterit decisio ad novum conventum*** **(can. 1871 §§ 2-5), dato rescripto: « resolutio dabitur in proximo». Haec dilatio tamen** ***ultra hebdomadam comperendinari non debet*** **(ib.).**

§ 6. Oonstabilita decisione, ponens eam scribit sub forma responsionis affirmativae vel negativae ad propositum dubium, eamque subscribit una cum aliis iudicibus et unit fasciculo actorum.

Art. 199. - Causae decisionem notarius protocollo addictus partibus oretenus communicare valet, eiusdemque decisionis exemplar, si petatur, tradere, dummodo collegium decisionem secreto servandam esse non decreverit usque ad formalem sententiae publicationem : quo in casu id ponens suo decreto statuat. Haec communicatio nullam vim habet quoad decursum temporis pro appellatione interponenda.

Art. 200. - § 1. Sententia quam primum edenda est, non. ultra mensem a die qua causa definita est, nisi collegium gravi ex ratione longius tempus praestituerit.

§ 2. Sententia latino idiomate exaranda est a ponente, nisi forte alii ex iudicibus in discussione hoc munus, iusta aliqua de causa, commissum sit.

§ 3. *Sententia debet continere rationes seu motiva quae dicuntur, tam in facto quam in iure, quibus dispositiva sententiae pars innititur et statuere de litis expensis* (can. .1873 § 1 nn. 3% 4°).

§ 4. *Motiva ab extensore desumantur ex iis quae singuli iudices in discussione attulerunt, nisi ab ipsa iudicum maiore parte praefinitum fuerit quaenam sint motiva proferenda* (ib. § 2); haec omnia vero distincte, ordinate et breviter exponenda sunt.

§ 5. Sententia singulorum iudicum examini subiicenda est pro eorum approbatione et subsignatione.

Art. 201. - § 1. Si collegium censeat nullitatem matrimonii nondum ex deductis probari, autumat autem per suppletivam instructoriam probari posse, pronunciare debet : *dilata et compleantur acta* vel : *coadiuventur probationes.*

§ 2. Instructiones pro inquisitione suppletiva, audito defensore vinculi, secreto dandae sunt.

Art. 202. - § 1. *Sententia ferri debet, divino Nomine ab initio semper invocato.*

§ 2. *Dein exprimat oportet ex ordine qui sit iudex aut tribunal; qui sit actor, reus, procurator,* advocatus, *nominibus et domicilio rite designatis, promotor iustitiae, defensor vinculi, si partem in iudicio habuerint.*

§ 3. *Referre postea debet breviter facti speciem cum partium conclusionibus.*

§ 4. *Hisce subsequatur pars dispositiva sententiae, praemissis rationibus quibus innititur.*

§ 5. *Claudatur cum indicatione diei et loci in quibus exarata est et cum subscriptione omnium iudicum et notarii* (can. 1874).

§ 6. Addatur insuper decretum exsecutorium (cfr. can. 1918).

Art. 203. - § 1. Vota iudicum actis causae adiungi non debent, neque ad tribunal appellationis sunt transmittenda, sed in speciali archivo secreto servanda, saltem per decennium. Quo elapso fas erit ea comburere.

§ 2. Inviolabile etiam secretum est servandum de discussione quae in tribunali ante ferendam sententiam habetur, itemque de suffragiis et opinionibus ibidem prolatis.

Art. 204. - § 1. *Publicatio sententiae fieri potest tribus modis, vel citando partes ad audiendam sententiae lectionem sollemniter factam a iudice pro tribunali sedente; vel partibus denuntiando sententiam esse penes cancellariam tribunalis, unaque facultatem ipsis fieri eandem legendi et eiusdem exemplar petendi; vel tandem, ubi usus viget, sén-*

tentiae exemplar transmittendo ad partes per publicos tabellarios ad normam can. 1719 (can. 1877).

§ 2. Sententia simul eademque ratione vinculi defensori et promotori iustitiae, si partem in iudicio habuerit, semper notificari debet; ita pariter notificari debet reo convento contumaci.

§ 3. Si pars procuratorem habuerit, huic notificari poterit sententia.

§ 4. A die notitiae publicationis sententiae decurrit decendium pro appellatione.

Art. 205. - § 1. Sententia definitiva, eaque valida, etsi iudices unanimiter consentiant, retractari non potest.

§ 2. Attamen si error materialis inciderit in textu sententiae sive in transcribenda parte dispositiva sive in aliquo facto referendo, sententia ipsa, postquam effecta fuerit eius notificatio, corrigi potest vel ad instantiam unius partis, auditis tamen altera parte et vinculi defensore, vel etiam *ex officio,* auditis partibus et vincali defensore.

§ 3. Altera parte aut vinculi defensore obstantibus, petitio per quaestionem incidentem definienda est (cfr. can. 1878).

Art. 206. - § 1. Si causa de nullitate matrimonii agitata fuerit ex capite impotentiae, et ex actis et probatis, tribunalis iudicio, non impotentiae sed nondum consummati matrimonii emerserit probatio, tunc, accedente petitione unius vel utriusque coniugis pro Apostolica dispensatione imploranda, acta omnia, una cum voto tribunalis ipsius, argumentis firmato sive in iure sive, praesertim, in facto, quo, exclusa impotentia, accusati matrimonii inconsummatio probata retinetur, transmittantur ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum, quae iis uti poterit ad sententiam super rato et non consummato ferendam (cfr. can. 1963 § 2).

Quod si, collegii iudicio, probationes de non secuta matrimonii consummatione, hactenus collectae, habeantur non sufficientes iuxta Regulas a praefata S. C. die 7 Maii 1923 datas (cfr. *A. Á. 8.*, a. 1923, pp. 392 seqq.), eaedem a praeside vel instructore compleantur, et acta dein plene instructa ad S. C. remittantur, una cum voto scripto Episcopi et animadversionibus defensoris vinculi (cfr. dictas Regulas n. 3 § 2 et n. 98).

§ 2. Quatenus vero agatur de alio nullitatis capite (ex. gr. de defectu consensus, de vi et metu, etc.) et, collegii iudicio, matrimonii nullitas evinci non possit, sed *incidenter* dubium valde probabile emerserit de non secuta matrimonii consummatione, tunc integrum est alterutri vel utrique parti libellum porrigere Romano Pontifici, pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato; et praesidi vel instructori ius est

causam instruendi iuxta normas in Regulis ipsis determinatas. Dein autem acta omnia, una cum voto Episcopi et animadversionibus de quibus supra, mittantur ad S. O. (cfr. ib. n. 4).

TITULUS XIII

De iuris remediis contra sententiam

CAPUT I

De querela nullitatis

Art. 207. - ***Sententia vitio insanabilis nullitatis laborat, quando:***

I° ***Lata est a*** **tribunali** ***absolute incompetente vel a non legitimo iudicum numero contra praescriptum can. 1576,*** **§ i;**

2° ***Lata est inter partes, quarum altera saltem non habet persο nam standi in iudicio;***

3° ***Quis nomine alterius egit sine legitimo mandato*** **(can. 1892).**

Art. 208. - ***Nullitas de qua*** **in art. 207** ***proponi potest per modum exceptionis in perpetuum, per modum vero actionis coram*** **tribunali quod** ***sententiam tulit intra triginta annos a die publicationis sententiae*** **(can. 1893).**

Art. 209. - ***Sententia vitio sanabilis nullitatis laborat, quando:***

1° ***Legitima defuit citatio;***

2° ***Motivis seu rationibus decidendi est destituta;***

3° ***Subscriptionibus caret iure praescriptis;***

4° ***Non refert indicationem anni, mensis, diei et loci quo prolata fuit*** **(can. 1894);**

Art. 210. - Querela nullitatis, in casibus de quibus in art. 209, proponi potest vel una cum appellatione, intra decendium, tribunali superioris instantiae, vel seorsim et unice qua querela intra tres menses a die publicationis sententiae coram tribunalijquod sententiam tulit (cfr. can. 1895).

Art. 211. - § 1. ***Querelam nullitatis interponere possunt nedum partes, quae se gravatas putant, sed etiam promotor iustitiae,*** **si iudicio interfuerit,** ***et defensor vinculi.***

§ 2. ***Imo*** **ipsum tribunal** ***potest ex officio sententiam nullam a se latam retractare et emendare intra terminos ad agendum supra status tos*** **(can. 1897).**

§ 3. Quod si intra statutos terminos nec querela nullitatis interpo-

sita fuerit neque sententia emendata, nullitas, quae sanabilis sit, censetur sanata.

§ 4. Si pars vereatur ne collegium, quod sententiam, querela nullitatis impugnatam, tulit, praeoccupatum animum habeat et proinde illud suspectum merito existimet, exigere potest ut, in eadem iudicii sede, alii iudices subrogentur (cfr. can. 1896).

CAPUT II

De appellatione

Art. 212. — § 1. Pars, quae sententia se gravatam censet, necnon promotor iustitiae, si causae interfuerit, ius habent appellandi, idest provocandi a tribunali, quod sententiam tulit, ad superius tribunal (cfr. can. 1879).

§ 2. Defensor autem vinculi a prima sententia, matrimonii nullitatem declarante, ad superius tribunal provocare tenetur intra legitimum tempus; quod si facere negligat, auctoritate praesidis compellendus est (cfr. can. 1986).

§ 3. Appellatio a vinculi defensore interposita prodest et parti, quae pro matrimonii validitate stat, salvo illi iure proprio appellandi; appellatio e contra a parte interposita vinculi defensorem non relevat ab obligatione appellandi.

Art. 213. - In gradu appellationis eodem modo et ratione ac in prima instantia (Tit. II) tribunal constituatur, eodemque modo et ratione (Tit. VII-XIII) procedatur, non omissis citationibus et dubii concordatione.

Art. 214. - § 1. A sententia interlocutoria vel a decreto interlocutorio (Tit. XI) ad superius tribunal appellari potest tunc tantum quando habent vim definitivae (cfr. can. 1880 n. 6).

§ 2. Sententia vel decretum tunc censentur habere vim definitivae, quum gravamen inferant, quod non potest per definitivam sententiam reparari : ut puta si probationes, quae in iudicium ferendum vere innuere possunt, sententia vel decretum admittere recusent.

Art. 215. - § 1. Appellatio intra spatium decem dierum facienda est et intra mensem prosequenda ad normam canonum 1881, 1882, 1883, .1884.

§ 2. Si quaestio oriatur de iure appellandi, de ea videat tribunal appellationis.

Art. 216. - § 1. Tum defensor vinculi tum partes possunt, omisso medio, si id expedire iudicent in causis praesertim magni momenti,

ad S. R. Rotam, vel, in casn de quo in art. 12, a/d tribunal S. Ofiicii appellare.

§ 2. Si appellantium alteruter ad praefata tribunalia Sanctae Sedis provocet, coram tribunalibus istis appellatio exclusive prosequenda est.

§ 3. Ita pariter parti, quae ad tribunal appellationis dioecesanum tempore utili provocavit, ius est petendi ut de sua appellatione videat S. R. Rota, vel, in casu art. 12, tribunal S. Ofiicii, nisi tamen a tribunali appellationis dioecesano citationes iam legitime factae fuerint (cfr. art. 85). Itidem dicendum de vinculi defensore.

Art. 217. - § 1. Cum sententiae in causis matrimonialibus numquam transeant in rem iudicatam, causae ipsae retractari poterunt coram tribunali superiori, non exceptis casibus in quibus appellatio defuerit vel deserta aut perempta fuerit.

§ 2. Sed ex duplici sententia conformi in his causis consequitur ut ulterior propositio non debeat admitti, nisi novis prolatis iisdemque gravibus argumentis vel documentis (cfr. cann. 1903, 1989).

§ 3. Talia argumenta vel documenta non requiritur ut sint gravissima, multoque minus decretoria, hoc est quae peremptorie exigant contrariam decisionem; eorunque pondus pro causae revisione a tribunali tertiae instantiae aestimandum est, audito vinculi defensore.

Art. 218. - § 1. Causa matrimonialis ab uno tribunali iudicata, ab alio tribunali eiusdem gradus iterum iudicari nunquam potest, etiamsi praesto sint nova argumenta vel documenta, sed de ea videre potest iterum *tantummodo* tribunal superioris instantiae, praevia appellatione (Comm. Pont., 16 Iunii 1931).

§ 2. Praefata dispositio ita intelligatur, ut locum habeat si agatur revera de *eadem causa*, hoc est, *propter idem matrimonium* et *ob idem nullitatis caput.*

Art. 219. - § 1. Si, lite pendente, aliud nullitatis caput afferatur, decernendum est utrum illud admitti debeat iuxta ordinarias normas competentiae; eoque admisso, serventur reliquae regulae pro causae instructione.

§ 2. Si vero novum hoc nullitatis caput afferatur in gradu appellationis, illudque, nemine contradicente, a collegio admittatur, de eo iudicandum est tamquam in prima instantia.

Art. 220. - *Post secundam sententiam, quae matrimonii nullitatem confirmaverit, si defensor vinculi in gradu appellationis pro sua conscientia non crediderit esse appellandum, ius coniugibus est, decem diebus a sententiae denunciatione elapsis, novas nuptias contrahendi* (can. 1987).

Art. 221. - § 1. Si post alteram sententiam pro nullitate matrimonii vinculi defensor iudicet, pro sua conscientia, ad tertiam provocare instantiam, ad normam art. 213 agendum est.

§ 2. Vinculi autem defensor ulterioris istius instantiae interpositam appellationem pro sua conscientia prosequi vel deserere potest.

§ 3. In casu autem desertionis, partibus ius est ad novas nuptias convolare, habita notificatione decreti quo collegium statuerit appellationem desertam (cfr. can. 1886), vel peremptam (cfr. cann. 1736, 1737) habendam esse.

Art. 222. - § 1. Si ex authenticis documentis constet, pendente causa et sententia nondum prolata, mortuum esse alterutrum coniugum, acta reponantur in archivo, et ad decisionem ne deveniatur nisi alter coniux aut defuncti heres instent gravibus de causis, ut puta ad prolem forsan ex attentato matrimonio natam legitimandam vel ad hereditatem consequendam (cfr. can. 1972). Hisce in casibus appellationem interponere et prosequi iidem possunt.

§ 2. Vinculi autem defensori, mortuo alterutro vel utroque coniuge, neque officium neque ius est appellationem interponendi' vel prosequendi, de qua in can. 1986.

Art. 223. - Si alteruter vel uterque coniux post primam vel duplicem conformem sententiam affirmativam pro nullitate, a qua appellatum sit, matrimonium attentaverit, collegii erit decernere, *EOO officio* vel instante vinculi defensore, inhibitionem exercitii iuris, ad tramitem can. 1672 § 3, usque ad definitivam sententiam.

TITULUS XIV

De iis quae fieri debent post declaratam matrimonii nullitatem

Art. 224. - Post duplicem sententiam pro nullitate matrimonii partibus denuntiatam iuxta praescriptum art. 204 § 1 et intra decem dies a defensore vinculi non appellatam, praeses tenetur eam notificare Ordinario loci, ubi matrimonium celebratum fuit (cfr. cann. 1987, 1988).

Art. 225. - § 1. Ordinarius loci praedicti obligatione adstringitur iniungendi quantocius rectori paroeciae, ubi matrimonii celebratio est paroecialibus regestis consignata, ut de sententia nullitatis ac de vetitis forsan statutis, ex. gr. in causis impotentiae, in iis faciat mentionem necnon in baptizatorum regesto, si in ea paroecia uterque vel alteruter coniux fuerit baptizatus.

§ 2. Rector autem paroeciae tenetur sententiam nullitatis ac vetita

forte statuta statim adnotare in praedictis regestis et, si uterque vel alteruter coniux alibi baptizatus fuit, parochum vel parochos loci baptismi collati monere de prolata nullitatis sententia, ac de vetitis forte statutis, ut haec in renatorum libro ipsi adnotent, necnon de iis a se peractis certiorem quam primum reddere proprium Ordinarium.

TITULUS XV

De modo procedendi in casibus exceptis

Art. 226. - Quoties agatur de casu excepto ad normam can. 1990, officialis, auditis coniugibus, si comparuerint, et perpensis rebus, videat an de impedimenti exsistentia seu de nullitatis causa ex certo et authentico documento, quod nulli contradictioni vel exceptioni obnoxium sit, constet. De quo si sibi videatur constare, necnon pari certitudine vel alio legitimo modo (Comm. Pont., 16 Aprilis 1931, ad I) appareat dispensationem concessam non fuisse, rem Ordinario deferat.

Art. 227. - § 1. Ordinarius, iudicem agens, citatis semper partibus iisque auditis, voto etiam exquisito defensoris vinculi necnon promotoris iustitiae, si iste matrimonium accusaverit vel ipsum Ordinarius audire censuerit, potest iuxta suum prudens iudicium matrimonii nullitatem sententia declarare, rationibus breviter adductis in iure et in facto.

§ 2. Quod si Ordinarius iudicaverit non omnia concurrere quae requiruntur vi canonis 1990, ut de nullitate matrimonii tamquam de casu excepto ipse agere queat, causam remittat ad tribunal dioecesanum, quod per viam; ordinariam procedat, ad normam Tituli V et seqq.

Art. 228. - Ordinario absente aut impedito, sententia, de qua in articulo praecedenti, datur ab officiali de mandato speciali Ordinarii.

Art. 229. - § 1. Adversus istam Ordinarii aut officialis sententiam, nullitatis matrimonii declaratoriam, defensor vinculi, ad normam can. 1991, idest, si prudenter existimaverit^mpedimentum non esse certum aut dispensationem super eodem probabiliter intercessisse, provocare tenetur ad tribunal secundae instantiae, cui acta sunt transmittenda, quodque scripto monendum est agi de casu excepto vi can. 1990.

§ 2. Idem ius competit sive promotori iustitiae, si interfuerit, sive parti, quae praefata sententia se gravatam senserit.

Art. 230. - Tribunal secundae instantiae definiat, eodem modo ac in art. 227, utrum sententia sit confirmanda, an potius procedendum sit

ad ordinarium tramitem iuris; quo in casu acta remittat ad tribunal primae instantiae (cfr. can. 1992).

Art. 231. - § 1. Si quis certo tenebatur ad canonicam formam celebrationis matrimonii, et tantum civile matrimonium contraxit, vel coram ministro acatholico matrimonium inivit, aut si apostatae a fide catholica in apostasia civiliter vel ritu alieno se iunxerunt, ad hoc ut constet de horum statu libero, neque iudiciales sollemnitates requiruntur, neque interventus defensoris vinculi: sed hi casus solvendi sunt ab Ordinario ipso, vel a parocho, consulto Ordinario, in praevia investigatione ad matrimonii celebrationem, de qua in can. 1019 sqq.

§ 2. Si quod dubium supersit de recensitis conditionibus in § 1, quaestio ordinarii processus tramite definienda est.

TITULUS XVI

De expensis iudicialibus et de gratuito patrocinio aut expensarum iudicialium reductione

Art. 232. - Partes adigi debent ad aliquid solvendum, titulo expensarum iudicialium, nisi ab hoc onere eximantur ex concessione gratuiti patrocinii (cfr. can. 1908).

Art. 233. — Quodlibet tribunal habeat taxarum notulam ac regulam, a Concilio provinciali vel conventu Episcoporum exaratam, in qua praefiniatur quid a partibus solvendum sit pro singulis actis iudicialibus et quae sit retributio pro advocatorum et procuratorum opera a partibus solvenda; quae mercedis mensura pro versionibus et transcriptionibus; pro his examinandis et fide facienda de earum fidelitate; itemque pro exscribendis ex archivo documentis (cfr. can. 1909 § 1).

Art. 234. - Curet autem tribunal :

1° ne expensae iudiciales nimis augeantur ex actis non necessariis aut inutilibus;

2° ne partes plus aequo graventur peritorum honorariis et expensis, quae a praeside taxanda erunt, iuxta consuetudinem in foro civili habitam pro similibus interventionibus;

3° ne procuratores et advocati alia emolumenta pro honorariis et expensis a partibus exquirant, nisi quae tabulis in tribunali exsistentibus probata sunt, ita ut, si pars id postulet, quaenam sint emolumenta solvenda praeses suo decreto definiat.

Art. 235. - § 1. Ut prospiciatur expensis iudicialibus, peritorum honorariis, si peritiae fiat locus, necnon testium indemnitati, praeses

decernere potest ut congrua pecunia deponatur in arca tribunalis : quae sane pecunia, lite pendente, si id praesidi videatur, augenda erit.

§ 2. Quamvis haec pecunia ab actore deponi soleat, si tamen altera pars causae interveniat, praesidis erit statuere an et qua mensura depositum etiam ab altera parte faciendum sit.

§ 3. Parti renuenti terminus peremptorius ad pecuniam deponendam praefigi potest.

Art. 236. - § 1. Collegii est statuere in sententia definitiva, utrum expensae ab uno actore, an vero etiam ab altera parte sint solvendae, quoties causae interfuerit, et solutionis proportionem inter unam alteramque partem praefinire.

§ 2. Habenda autem est ratio paupertatis partis victae ad effectum expensarum compensationis decernendae.

§ 3. A *pronuntiatione circa expensas non datur distincta appellatio; sed pars quae se gravatam putat, oppositionem intra decem dies facere potest coram eodem iudice: qui de hac re cognoscere denuo poterit, et taxationem emendare ac moderari* (can. 1913 § 1).

§ 4. *Appellatio a sententia circa causam principalem secumfert appellationem a pronuntiatione circa expensas* (ib. § 2).

Art. 237. - § 1. Actori, si constet de eius vera paupertate necnon de boni iuris fumo, gratuitum patrocinium a collegio concedendum est, advocato a praeside designato. Idque obtinere poterit pars conventa, quoties gravissimis de causis opportunum illud concedere collegium iudicaverit.

§ 2. Si pars non sit omnino pauper, sed impar ordinariis litis expensis ferendis, eorum deminutionem obtinere poterit, advocato tamen semper *ex officio* designato.

Art. 238. - § 1. Qui exemptionem ab expensis iudicialibus vel earum deminutionem assequi vult, praesidi libellum tradere debet, adiunctis documentis, quibus quae sit eius oeconomica conditio perspicue demonstret : simulque probare debet se, in lite agenda, non futilem neque temerariam causam agere.

§ 2. Praeses exquirat, ante concessionem gratuiti patrocinii vel expensarum deminutionem, votum promotoris iustitiae et vinculi defensoris, ad eosdem transmissis libello et documentis, et, si necessarium ducat, alias notitias etiam secretas percontetur (cfr. can. 1915).

Art. 239. - Si concessa exemptione totali vel partiali ab expensis iudicialibus, appareat postea in decursu processus, vel ex actis causae vel ex novis documentis, non adesse assertam paupertatem aut praesumptum bonum ius, collegium, vel *ex officio* vel ad instantiam defen-

soris vinculi aut promotoris iustitiae, exemptionem vel deminutionem revocare debet.

Art. 240. - § 1. Advocatus ad gratuitum patrocinium designatus ab hoc explendo munere se subducere nequit, nisi ex causa praesidi probata; secus a praeside congrua poena plecti potest, quam etiam ad suspensionem ab officio collegium producere valet (cfr. can. 1916 § 1).

§ 2. Si autem advocatus munus suum debita diligentia non adimpleat, a praeside ad illius observantiam revocabitur, sive *ex officio,* sive ad instantiam defensoris vinculi aut, si causae intersit, promotoris iustitiae.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 15 Augusti anno 1936.

D. Card. JORIO, ***Praefectus.***

P. Bracci, *Secretarius.*

MEMORANDUM

In mentem RR. Ordinariorum locorum revocatur observantia praescriptionum, quae continentur in Litteris H. S. C. diei 1 Iunii 1932, in Alleg. III relatis, praesertim quod attinet ad notitias* quotannis *ad hanc eandem S. Congregationem transmittendas circa causas matrimoniales in suis tribunalibus agitatas.

APPENDIX

I

NORMAE OBSERVANDAE IN PROCESSIBUS SUPER MATRIMONIO RATO ET NON CONSUMMATO AD PRAECAVENDAM DOLOSAM PERSONARUM SUBSTITUTIONEM.

In processibus conficiendis super matrimonio rato et non consummato aliquando malo fato evenire potest, quod quis coram tribunali ad deponendum, aut ad se subiiciendum peritorum examini physicorum sistens, alteram personam in ius vocatam, aut quomodolibet in processu partem habentem, dolo substituat. Praesertim in magnis urbibus, ob tam facilem et frequentem de uno in alium locum transmigrationem, hoc facinus est praecavendum.

Haec Sacra Congregatio proinde de sanctitate tanti Sacramenti sollicita, et ne iudicialis inquisitio ad fraudes potius texendas, quam ad veritatem dignoscendam inserviat, in huiusmodi processibus has normas servandas esse decrevit.

I. - § 1. Officiales huiusmodi causis instruendis praepositi in processus instructione de identitate personarum, quae in tribunali sistunt, et in primis oratoris partisque conventae, diligenter inquirant; et ad hoc expostulent appositum documentum a potestate ecclesiastica aut civili rite confectum, in originali aut in authentico exemplari in actis asservandum.

§ 2. Authenticum exemplar, si singulas personarum notas in huiusmodi documentis signari solitas referre non valeat, ut puta imaginem arte photographica expressam, eas tamen sedulo referat, quae unam personam ab alia non aequivoce distinguant.

§ 3. Quod si huiusmodi documentum haberi non possit, per alia aequipollentia documenta, vel per testes, in tuto ponatur personarum identitas; et huiusmodi documenta aut attestationes in actis pariter serventur.

§ 4. Si vero iudex instructor aut vinculi defensor aut actuarius probe noscant oratorem seu oratricem aut partem conventam, praetermisso apposito documento identitatis, de certa qua pollent notitia ipsorum in actis fidem faciant.

II. - In iudiciali continuanda inquisitione eaedem cautelae serventur quoad testium personas et peritorum quoque, seu obstetricum.

III. - Huiusmodi cautelas studiosius, prouti qualitas personarum expostulat, observare oportet, quoties aut orator, aut pars conventa, aut testes, aut periti ex commissione rogatoria apud aliam Curiam excutiendi sint.

IV. - § 1. Quoties orator vel pars conventa physicum experimentum subire debeat, documenta de personae identitate iam in actis asservata, aut eorum exemplaria dentur peritis aut obstetricibus, ut ipsis bene explorata sit persona examini subiicienda.

§ % Quoties periti, obstetrices aut matrona, respective, quodam in exa-

mine partem habentes, personam explorandam personaliter cognoscant, adeo ut sit supervacaneum praefata documenta transmittere, de hac circumstantia in actis fides fiat.

§ 3. Peracto examine, dum peritis aut obstetricibus consueta interrogatoria fiunt, ad comparendum coram tribunali citetur etiam persona examini subiecta, ut de personae identitate interrogationes ei appositae fiant.

§ 4. Quod si persona comparere nolit aut non possit, de identitate ipsius experimento submissae aeque fiant interrogationes, habita ratione tum peritorum relationis, tum documentorum, quae ad hunc finem transmissa fuere, ut dictum est in § 1.

V. - Huiusmodi cautelae severius, prout casus feret, erunt observandae, si experimentum habeatur apud aliam Curiam ex mandato rogatorie

VI. - Fieri potest quod nonnullis omissis cautelis, vel iisdem non rite observatis, aut non satis proficientibus, substitutio personae dolosa accidat et detegatur, idque contingat:

I° processu adhuc durante;

2° clauso processu sed nondum Romam transmisso;

3° processu iam Romam transmisso.

I°. - § 1. Processu adhuc durante, iudex inquirat an orator seu oratrix aut pars conventa substitutionem procuraverit; et si hanc pars oratrix comparaverit, et conventa non se opponat, audito vinculi defensore, decernat partem oratricem iure decidisse instantiam ulterius producendi, et hoc apposito decreto declaret, in actis asservando.

§ 2. Si pars conventa se opponat, iudex, aeque audito vinculi defensore, statuat utrum et quibus adhibitis diligentiis sit ulterius procedendum.

§ 3. Quod si pars conventa sibi comparaverit dolosam substitutionem, iudex, audito oratore seu oratrice et vinculi defensore, edicat quid in casu praestandum sit ad fraudis effectus penitus removendos, et factorum veritatem stabiliendam, attentis omnibus causae circumstantiis.

§ 4. Si pars oratrix et conventa in dolosam substitutionem conspiraverint, processualem inquisitionem haud ulterius procedere posse declaret et decernat iudex, eidemque finem imponat.

§ 5. Parti oratrici, quae facti poenitens se excuset, et novis adductis argumentis petat ad ulteriora procedi, iudex instructor, re collata cum defensore vinculi, habita ratione praecipue novarum deductionum, et alterius fraudis omni excluso periculo, poterit annuere, decernendo ^ulteriorem instructionis prosecutionem.

§ 6. Si substitutio dolo facta sit non a parte oratrice aut conventa, sed ab alia persona, iudex statuat, accedente defensoris vinculi consilio, quomodo fraudis effectibus consuli possit, ne veritas aliarum attestationum, aut totus processus labefactetur.

2°. - § I. Detecta dolosa substitutione, et clauso iam processu, at Romam nondum transmisso, Ordinarius, audito iudice instructore et defensore vinculi,

statuat utrum ex dolosa substitutione sua vi destituatur integer processus, aut tantum ex quadam parte; et utrum expediat per actorum supplementum occurrere dolosae substitutionis vitio.

§ 2. Casu quo dolosa substitutio acciderit ad impetendam oratoris aut oratricis intentionem, adeo ut eandem magis confirmari praesumi liceat, Ordinarius in transmittendis actis Romam, rem distincte explicet et declaret,

% 3. At non semel expediens erit, servatis servandis, ut acta processus ulterius compleantur, ad facta clarius explicanda.

3° Quoties detegatur dolosa substitutio, processu iam Romam transmisso, Ordinarius satagat illico ad hanc Sacram Congregationem transmittere suas animadversiones, audito iudice instructore et vinculi defensore, referens singulas circumstantias facti, et praesumptam causam fraudis et occasionem.

VII. - Ad compescendum huiusmodi facinus, iudices instructores et Ordinarii prae oculis habeant praescripta canonum 1743 § 3°; 1775 § 3 et 2362 eaque applicent, congrua congruis referentes.

in his edendis normis, mens est huius Sacrae Congregationis, ut haec censeantur quid unum efficere cum Regulis editis die 7 Maii 1923; quae iam uberes fructus attulerunt in processuum instructione super matrimonio rato et non consummato, atque maiores in posterum allaturas esse sperare fas est, si istae exactius in usum forensem traducantur et intimius perspiciatur earumdem intentio, quae plurimum in partium ac testium bona fide fundatur; haec autem asseritur et confirmatur per iusiurandum, quo in praestando, maxime partes exploratum et sibi firme persuasum habere debent, tantummodo veritati obsequendum esse, ne animabus suis, et forte filiis, malum pene irreparabile inferant. Hoc sedulo iudex explicare et inculcare numquam praetermittat.

Cum porro Emi ac Revmi Patres Cardinales Sacrae Congregationi de disciplina Sacramentorum praepositi, praefatas normas maturo examini subiecissent, in plenariis Comitiis diei 23 Martii c. a. easdem probarunt et publici iuris fieri, si ita SSmo placuerit, rescripserunt. SSmus autem D. N. Pius Papa XI, in Audientia die 27 Martii 1929 habita ab infrascripto Secretario S. C, haec omnia adprobare et confirmare dignatus est.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, die 27 Martii 1929.

M. Card. LEGA, Episcopus Tusculanus, *Praefectus.*

L. © S.

D. Jorio, *Secretarius.*

II

INSTRUCTIO DE COMPETENTIA IUDICIS IN CAUSIS MATRIMONIALIBUS RATIONE QUASI-DOMICILII.

In tam effrena divortiorum cupiditate hodie invalescente, quae efficit ut apud omnes fere gentes funestissima vigeat lex civibus tribuens facultatem coniugale vinculum abrumpendi quasi pro lubitu aut saltem non gravibus, et quod peius est, ex industria et fraude confectis causis, consecutum est, ipsos ^catholicos coniuges facile abripi desiderio nuptias dissolvendi quum matrimoniale consortium ipsis non eam attulerit felicitatem et pacem, quam sensibus nimio indulgentes sibi spoponderant.

Verum Ecclesia Christi quamcumque respuit divortii facultatem, quia *quod Deus coniunxit* homini separare non licet; at abiudicare non poterat ius fidelibus instituendi iudicia, quibus comprobare intendant initum matrimonium nullius esse valoris ob aliquod inhaerens coniugali foederi impedimentum dirimens ; verumtamen maxime interest iudiciales cognitiones de exsistentia impementi fieri, servatis adamussim normis a iure statutis. Experientia docuit non «emel, malo fato, coniuges magis suae libidini quam veritati studentes, satagere causam institui in loco quasi-domicilii, quod sibi facile comparant, posthabito loco domicilii aut matrimonialis contractus.

Etsi in causis matrimonialibus titulus competentiae iudicis, ratione quasi-domicilii iuridicus sit, ad normam can. 1964, tamen nemo est qui non videat pericula quibus idem obnoxius evadat : nedum quia, deficiente animo aut sufficienti causa ad quasi-domicilium acquirendum, prout ius requirit, fraudis occasio commode praebetur ad eiusdem titulum fictum seu putativum assequendum ; sed maxime quia, translato iudicio apud iudices rerum et personarum ignaros, facilis aperitur aditus fraudibus et improbitati tum coniugum, -adversus sanctitatem et contra unitatem matrimonii christiani coniurantium, tum etiam eorum qui lucrum tantum inhiantes, ipsos coniuges edocent de modo quo causam instaurare debent, atque de exitu causae solliciti, non de veritate factorum, testes comparant et instruunt, ut ea deponant et confirment quae optatis conspirent.

Ad eiusmodi tam lugenda incommoda praecavenda, Sacra haec Congregatio, •cui vigilantia et tutela disciplinae Sacramentorum commissae sunt, in plenariis Comitiis habitis die 13 Decembris 1929, in Civitate Vaticana, sequentem dedit Instructionem, cui Officiales curiarum aliique ecclesiastici iudices in causis matrimonialibus titulo quasi-domicilii competentes, ob rei peculiarem gravitatem, fidelissime parere debebunt.

I. - Antequam Officialis uniuscuiusque curiae libellum admittat introductionis causae nullitatis matrimonii ob competentiam ex titulo quasi-domicilii advenarum, praesertim ex ter ae alicuius nationis, causae delibatio, assistente sacri vinculi Defensore, facienda est super his, qui sequuntur, articulis.

1. An titulus quasi-domicilii, ob quem causae nullitatis matrimonii, coram ipsius tribunali introductio petitur, iuridico fundamento innitatur, seu canonice acquisitus haberi debeat.

2. An et quaenam adducantur rationes, quibus innixi coniuges, causam praedictam inire desiderant extra locum domicilii vel contractus.

3. Quodnam sit causae nullitatis caput pro matrimonio impetendo.

4. Quaenam probationes et documenta a partibus facilius ibi adduci queant, quum ipsae tam longe disteni a loco domicilii aut contractus.

5. Informationes super veritate precum seu libelli, et super adductis probationibus exposcere oportebit ab Ordinario curiae domicilii et contractus; ita ut antequam huiusmodi informationes habeantur et sufficientes censeantur, ad ulteriora procedere minime fas sit. Quod si praefatus Ordinarius asserat coniuges sibi comparare intendisse forum ex quasi-domicilio, ad insidias veritati struendas, quamobrem causam sibi avocare postulet, super hoc potissimum erit inquirendum, utrum nempe conveniens sit Ordinarii petitioni assentire.

II. - In huiusmodi praeiudiciali inquisitione sacri vinculi Defensoris est ad normam iuris communis canonum 1968, 1969, 1984:

1. Opportunas interrogationes facere super praedictis articulis.

2. Responsiones partium aut exhibita documenta perpendere, et super his suas peragere animadversiones, et petere ut aliquis testis audiatur, aut aliae informationes exquirantur prouti casus ferat.

III. - Quamvis in eiusmodi causa incidentali praeiudiciali vinculi Defensor praecipuas partes agat — adeo ut asserere liceat, quae hac Instructione praecavere intendimus incommoda, evitari posse, si vinculi Defensor suum officium diligenter expleat — nihilominus Officialis curiae, cui causa defertur titulo quasi-domicilii, erit causam incidentem moderari et instruere et ea decernere quae incidentem quaestionem ad aequam definitionem perducant ad normam canonum 1837-1841.

IV. - 1. Proinde Officialis satagat in ius vocare coniuges, aut etiam testes ad instantiam partium vel Defensoris vinculi, seu ex officio adductos, eosque interrogationibus submittere, adhibitis interrogationum formulis a vinculi Defensore ad normam iuris concinnatis.

2. Officialis autem erit rem ita moderari, ne nimii testes adducantur, neque instrumenta aut documenta ad rem stricte non facientia exhibeantur; secus quaestio, suapte natura praeiudicialis et expedito processu definienda, nimis implicata evaderet et difficilioris solutionis, atque ita fraudibus et malitiis aperiretur aditus

3. Quare quoties Officiali videatur quaestio satis instructa probationibus et deductionibus, audito Defensore vinculi, decernat causae praeiudicialis instructionem esse clausam.

4. Dein omnibus perpensis quae deducta sunt, et acceptis vinculi Defensoris animadversionibus, et attente consideratis Ordinarii domicilii et contractus informationibus, maxime si hi expetant causam a se avocari, decretum ipse

edat quo, causam vel attribuat iudici quasi-domicilii, vel iudici domicilii aut contractus.

5. Si huic decreto vinculi Defensor non acquiescit et petit causam nullitatis deferri iudici domicilii aut contractus, exarare idem debet animadversiones, quibus suam oppositionem congruis argumentis sustentet.

6. Integrum est partibus vel harum alterutri se opponere iudicis decreto, et ad hoc exhibere suas deductiones aut documenta.

7. His sedulo perpensis, Officialis curiae vi can. 1841 potest suum decretum corrigere aut revocare.

8. Si iudex omnibus perpensis persistat in suo decreto, idemque confirmet, quaestio incidentalis deferenda erit per recursum Defensoris vinculi ad hanc Sacram Congregationem pro definitione.

V. - 1. Quoties autem quaestio de nullitate definita sit apud iudicem quasi-domicilii, et huiusmodi competentiam haec Sacra Congregatio suo rescripto non probaverit, in secunda instantia Defensor vinculi debet in primis ad examen adducere acta praeiudicialis instantiae de competentia circa quasi-domicilium, et si censeat rem non bene fuisse definitam, ad hanc Sacram Congregationem rem deferat.

2. Si causa de nullitate, ad curiam primae instantiae, vi quasi-domicilii partis conventae, delata sit antequam edita fuerit haec Instructio, Defensoris vinculi erit huiusmodi quaestionem de competentia delibare, et ea omnia advertere et deducere, quae in Domino sibi magis expedire videantur, pro gravitate sui officii, et quaestionem ad hanc Sacram Congregationem deferre, si suspicio non spernenda adsit, fraudem, dolum aut saltem errorem in perpendendo isto titulo competentiae non defuisse.

3. Idem ius et officium est Defensoris vinculi in tertia et ulteriore instantia.

Praesentem Instructionem in Audientia diei 22 Decembris an. 1929 SSmus Dnus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, audita relatione infrascripti Secretarii Sacrae Congregationis ratam habere et adprobare dignatus est, eamque exsecutioni in omnibus curiis dioecesanis, Archiepiscoporum et Episcoporum onerata conscientia, mandari iussit: quibuscumque contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 23 Decembris 1929.

M. Card. LEGA, Episcopus Tusculanus, *Praefectus.*

L. © S.

D. Jorio, *Secretarius.*

III

LITTERAE AD EXCELLENTISSIMUS ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ATQUE LOCORUM ORDINARIOS DE RELATIONE CAUSARUM MATRIMONIALIUM QUOTANNIS SACRAE CONGREGATIONI DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM MITTENDA.

In Plenariis Comitiis die 27 februarii labentis anni habitis in Civitate Vaticana, examini EE. Patrum delata fuerunt responsa, quae hucusque ad hanc S. Congregationem pervenerant ab Exmis Episcopis ceterisque locorum Ordinariis aut directe aut per Nuntios vel Delegatos Apostolicos data, quae tractationem [causarum matrimonialium apud Tribunalia ecclesiastica [respiciunt.. Prouti postulabat gravitas omnino peculiaris huius negotii, res maturo examini amplaeque discussioni subiecta est, atque omnibus rite perpensis, iisdem EE. Patribus opportunum visum est, quae infra recensentur, decernere:

I. Exmi Episcopi et reliqui locorum Ordinarii *quotannis,* inde ab anno 1933 initium sumentes, *mense ianuario anni insequentis* ad hanc S. Congregationem aut directe, aut per Nuntios vel Delegatos Apostolicos pro regionibus ubi hi sunt constituti, renuntiare tenentur:

1. Nomina Officialis, iudicum, S. Vinculi defensoris, actuarii atque advocatorum Tribunali suae cuique Curiae addictorum, pro causarum matrimonialium tractatione et definitione, relatis quoque academicis cuiusque, quibus, praefulgent, studiorum gradibus seu titulis Vel saltem reddito testimonio de eorumdem prudentia atque canonica peritia;

2. Quaenam pecuniae summa apud S. Tribunal deponenda a partibus postuletur, necnon taxarum notulam atque emolumentorum, quae pro unaquaque causa persolvi solent, haud exceptis advocatorum honorariis, et, quatenus casus ferat, peritorum ; et insimul quomodo fuerit consultum pauperum gratuito patrocinio ad normam cc. 1908-1916;

3. Numerum causarum matrimonialium, quae vel introductae vel adhuc pendent vel iam fuerunt definitae tum in prima tum in secunda instantia, pro unaquaque significando : *a)* diem, mensem et annum ipsius introductionis atque resolutionis pro utraque instantia; *b)* nullitatis caput; c) competentiae titulum; d) exitum nullitati vel favorabilem vel adversum, tum in prima cum: in altera instantia, et, si eventus petitioni actoris adriserit faustus, etiam caput, e pluribus forte adductis, propter quod fuit sententia prolata; e) quomodo suum obierit munus S. Vinculi defensor et utrum partes vel earum alterutra advocati aut procuratoris patrocinio usae sint;

4. Numerum denique supplicum libellorum eiusce generis causarum, qui,, utpote habiti solido fundamento destituti, inde a limine sunt reiecti.

II. Quo latius compleantur notitiae iam ab hac Sacra Congregatione receptae pro anteactis annis 1928 et 1929, quod ad easdem causas attinet, Exmî: Praesules non dedignentur ad eamdem Sacram Congregationem transmittere,, per Exmos Nuntios vel Delegatos Apostolicos, si in regione sint constituti^

secus directe, *intra trimestre a die prima ianuarii anni 1933 supputandum,* relationes causarum matrimonialium, quae fuerunt agitatae in Tribunalibus suae cuiusque Curiae *intra triennium 1930-1932,* quaeque amplectantur oportet omnes notitias praecedenti capite, sub nn. 1), 2), 3), *a-c,* 4), expetitas.

III. Quod si fieri contingat ut, spectata par vitate Dioecesis et praesertim inopia sacerdotum, aliquis Exmus Episcopus loci ve Ordinarius prohibeatur quominus ecclesiasticum Tribunal constituat quod suo munere congruenter, uti expostulat peculiaris causarum matrimonialium gravitas et tanti Sacramenti religio, perftmgi valeat, Ipse, prudenter secum pensato harum rerum discrimine maximoque momento, minime vereatur, etiam in levamen conscientiae suae, huiusmodi loci vel personarum angustiam ad hanc Sacram Congregationem significare, ut Ipsa huiusmodi necessitati, saltem ad tempus, prospicere possit, competentiam Tribunalis deferendo alii Curiae ecclesiasticae Provinciae vel Regionis, quae tali oneri sustinendo ob peritiores officiales ceterosque administros aptior evadat.

IV. Cuius incommodi enunciata provisio aeque valere censenda est pro iis Curiis suffraganeis et metro politanis, quae ad normam quoque can. 1594 § 3, probante Apostolica Sede, appellationis sedes fuerunt constitutae, si in iis reperiantur rerum adiunctis ut, praeter causarum primae instantiae, etiam secundae instantiae pondus ferre non valeant. Quo iii casu peculiarem Curiam, eamque Metropolitanam, si haberi possit, pro appellatione designent, eaque, quatenus necessariis instructa conditionibus comperiatur, a S. Sede adprobantur, incolumi tamen semper iure appellationis ad S. R. Rotam iuxta praescriptum can. 1599.

V. Praefatae relationes in examen assumentur in hoc S. Dicasterio a quodam peculiarii RR. PP. Consultorum coetu apud idipsum instituendo, qui praeterea idonea remedia, pro casuum necessitate, excogitabit et suggeret, haud praetermissa, quatenus opportunitas expostulet, inspectione per Visitatores Apostolicos ab Exmis Nuntiis vel Delegatis Apostolicis, probante Sede Apostolica, vel ab H. S. C. designatos peragenda, ut de visu conspiciant utrum Tribunalia ecclesiastica recte, ut decet, officium suum expleant et moderentur.

VI. Ne supra relatae praescriptiones immoderatae atque praeposterae videantur, Exmi Episcopi momentum gravitatemque causarum matrimonialium secum ipsi perpendant, quae proinde non solum quam maxima peritia, sollerti cura ac diligenti investigatione sunt pertractandae ne inviolabile matrimoniale vinculum in discrimine ponatur, verum etiam intra temporis intervallum canone 1630 praefinitum rite absolvendae, cum non semel succurrendum sit, de rigore iustitiae, abnormi familiarum statui et conditioni, etiam sub respectu patrimonialium bonorum, quaeque semper detrimento esse possunt conscientiarum tranquillitati et animarum saluti.

Haec ideo remedia ab EE. PP. in memorata Plenaria Congregatione proposita circa tractationem causarum matrimonialium cum infrascriptus Secretarius huius S. C. Beatissimo Patri Pio divina Providentia Papae XI in

Audientia diei 2 martii 1932 significasset, Eadem Sanctitas Sua, attente perspectis huius magni negotii materia atque consectariis maximi momenti inde promanantibus, eadem rata habere atque comprobare quoad omnia, supremo Auctoritatis Suae oraculo, dignata est insimul praecipiendo ut Exmis Archiepiscopis, Episcopis ceterisque locorum Ordinariis communicentur ab iisdem sedulo ac religiose exsecutioni demandanda.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 1 mensis iulii anni 1932.

3« M. Card; LEGA, Episcopus Tusculanus, *Praefectus.*

L. * S.

D. Jorio, *Secretarius.*

INDEX

An. et vol. XXVIII 15 Septembris 1936 (Ser. II, v. III) - Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. XI

SERMO

Die XIV *mensis Septembris* MCMXXXVI, *in Arce Gandulphi, Ssmus D. N. Pius Pp. XI, adstantibus Episcopis, sacerdotibus, religiosis et fidelibus ex Hispania profugis, haec verba fecit :*

La vostra presenza, dilettissimi figli, profughi dalla vostra e Nostra cara e tanto tribolata Spagna, Ci desta in cuore un tumulto di così contrastanti ed opposti sentimenti, che è assolutamente impossibile dar loro adeguata contemporanea espressione. Dovremmo ad un tempo piangere per l'intimo amarissimo cordoglio che Ci affligge, dovremmo esultare per la soave e fiera gioia che Ci consola ed esalta.

Siete qui, dilettissimi figli, a dirCi la grande tribolazione dalla quale venite,[1] tribolazione della quale portate i segni e le tracce visibili nelle vostre persone e nelle cose vostre, segni e tracce* della grande battaglia di patimenti che avete sostenuto, fatti voi stessi spettacolo negli occhi Nostri e del mondo intero;[2] voi derubati e spogliati di tutto, voi cacciati e cercati a morte nelle città e nei villaggi, nelle abitazioni degli uomini e nelle solitudini dei monti, proprio come vedeva i primi martiri l'Apostolo, ammirandoli ed esaltandosi di vederli fino a lanciare al mondo quella fiera e magnifica parola che lo proclama indegno di averli : ***quibus dignus non erat mundus.***[3]

Venite a dirci il vostro gaudio d'essere stati ritenuti degni, come i primi Apostoli, di soffrire ***pro nomine Iesu;***[4] **la vostra beatitudine, esaltata già dal primo Papa, coperti di obbrobrii nel nome di Gesù, e perchè**

[1] *Apoc,* VII, 14.
[2] *Hebr.,* X, 33.
[3] *Hebr.,* XI, 38.
* *Act.* ,V, 41.

cristiani;[1] che direbbe Egli, che possiamo Noi dire per vostro encomio, venerandi Vescovi e Sacerdoti, perseguitati ed offesi proprio *ut Ministri Christi et dispensatores mysteriorum Dei*![2]

È tutto uno splendore di cristiane e sacerdotali virtù, di eroismi e di martirii; martirii veri in tutto il sacro e glorioso significato della parola, fino al sacrificio delle vite più innocenti, di vecchiaie venerande, di giovinezze in primo fiore, fino alla intrepida generosità che chiede un posto sul carro e colle vittime che il carnefice attende.

È in questa luce sovrumana che Noi vi vediamo, e vi diciamo la sacra e venerabonda ammirazione di tutti quelli che anche non possedendo la nostra Fede, dilettissimi figli, nella quale sta la segreta divina virtù che quella luce accende ed alimenta da venti secoli, conservano senso di umana «dignità e grandezza. Ammirazione di tutti, dilettissimi figli, ma particolarmente Nostra, di Noi che, in grazia della universale paternità, dal supremo Padre di tutti partecipata, possiamo e dobbiamo applicarci la bella divina parola : *filius sapiens laetificat patrem;*[3] che abbracciando collo sguardo e col cuore voi e tutti i vostri compagni di tribolazione e di martirio, possiamo e dobbiamo dirvi, come l'Apostolo ai vostri primi predecessori in gloria di martirio : *gaudio mio e corona mia;*[4] nè soltanto mia, ma di Dio stesso che, secondo la lieta e gloriosa visione del grande Profeta, con la grazia Sua si è fatto di Sua mano di ciascuno di Voi una corona di gloria ed un diadema di regno : *et eris corona glorige in manu Domini, et diadema regni in manu, Dei tui.*[5]

Che magnifica riparazione cotesta che voi, dilettissimi figli, avete offerto e venite ancora offrendo alla divina Maestà, in tante parti ed anche in Spagna da tanti disconosciuta, denegata, blasfemata, respinta, ed in mille orrendi modi offesa. Quanto opportuna, provvidenziale e a. Dio gradita la vostra riparazione di fedeltà, di onore e di gloria, in questi nostri giorni ai quali era riserbato di udire il nuovo orrendo grido : senza Dio, contro Dio...

Ma tutti quésti splendori e riflessi di eroismi e di gloria, che voi,, dilettissimi figli, Ci presentate e richiamate, per fatale necessità Ci fanno tanto più chiaramente vedere come in una grande apocalittica visione le devastazioni, le stragi, le profanazioni, gli scempi dei quali voi, dilettissimi figli, siete stati e testimoni e vittime.

[1] *I Petr.*, IV, 14.
[2] *I ad Cor.*, IV, I.
[3] *Prov.*, XV, 20.
[4] *Philip.*, IV, 1.
[5] *Is.*, 62, 3.

Quanto vi è di più umanamente umano e di più divinamente divino, persone sacre e sacre cose ed istituzioni; tesori inestimabili ed insurrogabili di fede e di pietà cristiana insieme che di civiltà e d'arte; cimeli preziosissimi, reliquie santissime; dignità, santità, benefica attività di vite interamente consacrate alla pietà, alla scienza ed alla carità; altissimi sacri Gerarchi, Vescovi e Sacerdoti, Vergini sacre, laici d'ogni classe e condizione, venerande canizie, primi fiori di vita e l'istesso sacro e solenne silenzio delle tombe, tutto venne assalito, manomesso, distrutto nei più villani e barbari modi, nello sfrenamento tumultuario, non più visto, di forze selvagge e crudeli tanto da crederle incompossibili, non diciamo con la umana dignità ma con la stessa umana natura, anche la più miserabile e più in basso caduta.

E al di sopra di quel tumulto e di quel cozzo di sfrenate violenze, attraverso gli incendi e le stragi, una voce porta al mondo la novella veramente orrenda: «i fratelli hanno ucciso i fratelli...». La guerra civile, la guerra fra i figli dello stesso paese, dello stesso popolo, della stessa madre patria. Dio mio! La guerra è sempre — sempre anche nelle meno tristi ipotesi — così tremenda e inumana cosa : l'uomo che cerca l'uomo per ucciderlo, per ucciderne il maggior numero, per danneggiare lui e le cose sue con mezzi sempre più potenti e micidiali... che dire quando la guerra è tra fratelli? Fu ben detto che il sangue di un uomo solo sparso per mano del suo fratello è troprjo per tutti i secoli e per tutta la terra;[1] che dire in presenza delle stragi fraterne che ancora continuamente si annunciano?

E c'è una fraternità che è infinitamente più sacra e più preziosa della fraternità umana e patria; è quella che unisce nella fratellanza di Cristo Eedentore, nella figliuolanza della Cattolica Chiesa, che di Cristo stesso è il Corpo Mistico, il tesoro plenario di tutti i benefici della Redenzione. È appunto questa sublime fraternità, che ha fatto la Spagna Cristiana, è questa che ebbe ed ha ancora maggiormente a soffrire nelle presenti sciagure. Si direbbe che una satanica preparazione ha riaccesa, e più viva, nella vicina Spagna quella fiamma di odio e di più feroce persecuzione confessatamente riserbata alla Chiesa ed alla Religione Cattolica, come l'unico vero ostacolo al prorompere di quelle forze che hanno già dato saggio e misura di sè nel conato per la sovversione di tutti gli ordini, dalla Russia alla Cina, dal Messico al Sud-America, prove e preparazioni, precedute, accompagnate incessantemente da una universale, assidua, abilissima propaganda per la conquista del mondo

[1] A. MANZONI, *Osservazioni sulla morale cattolica,* cap. VII, dopo l'inizio.

intero a quelle assurde e disastrose ideologie, che, dopo aver sedotto e fermentate le masse, hanno per fine di armarle e lanciarle contro ogni umana e divina istituzione, ciò che per fatale necessità non mancherà di avvenire, e nelle peggiori condizioni e proporzioni, se per falsi calcoli ed interessi, per rovinose rivalità, per egoistica ricerca dei singolari vantaggi, tutti quelli che debbono non corrono ai ripari, forse già di troppo ritardati. Partecipi di quella universale, divina paternità, che abbraccia tutte le anime da Dio create, dal sangue di un Dio redente, e tutte a Dio destinate, paternità che tanti e così sublimi vincoli e doveri aggiunge a quelli della umana solidarietà, non possiamo a meno di esprimere ancora una volta, in questa adunata, che la vostra presenza, dilettissimi figli, rende tanto solenne e commovente, nella sacra sublimità delle vostre sofferenze, esprimere, diciamo, il Nostro paterno cordoglio, come in genere per tanti mali ed eccidii, così più particolarmente per tanta strage tra fratelli, per tante offese alla dignità ed alla vita cristiana, per tanto scempio della più sacra e preziosa eredità di un nobilissimo popolo ed a Noi singolarmente caro.

Ma i fatti, che la vostra presenza, dilettissimi figli, richiama ed attesta, non sono soltanto successione impressionante di distruzioni e di stragi; essi sono anche una scuola dalla quale gravissimi insegnamenti si proclamano all'Europa ed al mondo intero. Al mondo ormai tutto quanto percorso, irretito e sconvolto dalla propaganda sovversiva, e particolarmente all'Europa già così profondamente sconvolta e così fortemente scossa, i tristi fatti di Spagna dicono e predicono ancora una volta fino a quali estremi sono minacciate le basi stesse di ogni ordine, di ogni civiltà e di ogni coltura.

Vero è che questa minaccia è più grave e mantenuta più viva ed operosa da più profonda ignoranza e disconoscimento della verità, da vero e satanico odio contro Dio e contro Pumanità da Lui redenta, all'indirizzo della Religione e della Chiesa Cattolica. È quésto un punto tante volte ammesso e, come già accennammo, confessato, che è affatto superfluo insistervi Noi davvantaggio, tanto più data la spaventevole eloquenza dei fatti di Spagna al proposito.

Non superfluo invece, anzi opportuno e purtroppo necessario e per Noi doveroso, è mettere in guardia tutti quanti contro l'insidia con la quale gli araldi delle forze sovversive cercano di far luogo a qualche possibilità di avvicinamento e di collaborazione da parte cattolica, distinguendo fra ideologia e pratica, fra idee ed azione, fra ordine economico e ordine morale : insidia estremamente pericolosa, trovata e destinata unicamente ad ingannare e disarmare l'Europa ed il mondo a

tutto favore degli immutati programmi di odio, di sovversione e di distruzione che li minacciano.

Vero è anche che con questa rinnovata rivelazione e confessione di odio privilegiato contro la Religione e la Chiesa Cattolica .^ei lagrimevoli fatti di Spagna, si offre all'Europa ed al mondo anche un altro insegnamento, prezioso e sommamente salutare questo, per chi non voglia chiudere gli occhi alla luce e perdersi. È dunque ormai certo e chiaro fino all'evidenza, a confessione appunto di queste forze sovversive che tutto e tutti minacciano, che l'unico vero ostacolo all'opera loro è la dottrina cristiana, è la pratica coerente della vita cristiana, come dalla Religione e dalla Chiesa Cattolica vengono insegnate e comandate.

È come dire certo ed evidente che dove si combatte la Chiesa e la Religione Cattolica e la sua benefica azione sull'individuo, sulla famiglia, sulle masse, si combatte in unione con le forze sovversive, per le forze sovversive e per lo stesso fatale risultato. È come dire che dove con procedimenti insidiosi o violenti secondò i casi, con distinzioni fittizie e insincere fra religione cattolica e religione politica, si frappongono difficoltà, ostacoli ed impedimenti al pieno sviluppo dell'opera e dell'influsso della Religione e della Chiesa Cattolica secondo il divino mandato che la accompagna ed autorizza, nella stessa misura si facilita e si favorisce l'influsso e l'opera deleteria delle forze sovversive. Non è la prima volta che Noi facciamo e raccomandiamo a tutti — specialmente a tutti i responsabili — queste gravissime considerazioni. In un momento così importante della storia dell'Europa e del mondo, ormai non lontani Noi dal rendiconto supremo, abbiamo voluto profittare della vostra presenza per rinnovarle; nessuna testimonianza più autorevole della vostra, dilettissimi figli, di voi che in voi stessi ed in quanto vi è più caro, nella patria vostra, avete esperimentato le sciagure e i mali che a tutti si minacciano.

Si è detto in questi ultimi giorni che Religione e Chiesa Cattolica si sono mostrate impari e inefficaci contro quelle sciagure e quei mali, e si è creduto di darne prova coli'esempio della Spagna e non di essa sola.

Quadra pienamente a questo proposito l'osservazione di A. Manzoni : « per giustificare la Chiesa non è mai necessario ricorrere a degli esempi : basta esaminare le sue massime » .[1]

L'osservazione è evidente oltreché solida e profonda.

Dateci infatti una società nella quale abbiano sinceramente libera ed incontrastata diffusione le massime che la Chiesa e la Religione Cat-

[1] Loc. cit.

tolica continuamente insegnano e intimano con forza di leggi e di essenziali direttive come da Dio volute e da Dio controllate e sancite a norma della condotta e dignità individuale, della giustizia privata e pubblica, sociale e professionale, della santità della famiglia; le massime, diciamo, sulPorigine e sull'esercizio della autorità sociale e di ogni superiorità, sull'umana fraternità divinizzata in Cristo e nel Suo Corpo mistico la Chiesa, sulla dignità del lavoro sublimato fino al divino compito dell'espiazione e della redenzione nell'attesa di ineffabili immanchevoli ricompense, sui doveri della mutua carità, della quale unica regola, unica norma il bisogno ed il bene del prossimo sentiti e misurati da un amore che non può avere limiti, perchè simile all'amore al quale Dio stesso ha diritto; dateci una società nella quale abbiano pieno e incontrastato influsso e dominio queste massime e tutti quegli altri principii teorici e pratici che ad esse si ricollegano come loro presupposti, loro legittime derivazioni, e doverose applicazioni, e Noi domandiamo con che cosa e come possono Chiesa e Religione Cattolica più e meglio contribuire al vero benessere individuale, domestico e sociale. E più e meglio fanno, fornendo e procurando a tutte le buone volontà i mezzi onde ricavare da quelle massime e da quei principii tutto il pratico bene di cui contengono il segreto e la forza produttiva, mercè la grazia divina, e strumenti e veicoli di essa, la preghiera, i sacramenti, la vita cristiana. Restano, è vero, le terribili possibilità di negligenza, di inerzia, di resistenza, di opposizione che fanno capo alla libertà umana; e quante tristi cose trovano qui la loro spiegazione come la loro origine, non solo senza alcuna complicità della Religione e della Chiesa Cattolica, ma in piena ed incessante contradizione ed opposizione a quanto esse insegnano e procurano in ogni modo a lpro possibile di tradurre in atto, cioè in vite cristianamente vissute.

Ma vi sono e non possiamo mon almeno accennare anche ad altre spiegazioni ed origini di quello che vuoisi attribuire ad insufficienza ed inefficacia della Religione e della Chiesa Cattolica. Che cosa può fare la Chiesa Cattolica se non deplorare, protestare e pregare,quando e dove ad ogni pie sospinto si vede contrastato ed impedito il passo verso la famiglia, la gioventù, il popolo, vale a dire proprio verso gli ambienti che più abbisognano della sua presenza e della sua funzione di Madre e di Maestra?

Che altro può fare la Chiesa Cattolica quando e dove la stampa cattolica, destinata alla diffusione, esposizione e difesa delle massime genuinamente cristiane che solo la Chiesa Cattolica possiede ed insegna, sola conservatrice del genuino e integrale cristianesimo, si vorrebbe relegata

nel tèmpio e nel pulpito sempre più angustiata e sospettata, mentre ogni libertà, ogni favore od almeno ogni tolleranza è riservata alla stampa che sembra avere il mandato e il proposito di confondere le idee, falsare e sofisticare i fatti, spargere sospetto e discredito contro la Chiesa, le cose e persone sue, le sue massime e le sue istituzioni, fino a predicare invece cristianesimi e religioni di nuovo conio? E quanto viene impedita e paralizzata l'influenza e l'opera benefica della Religione e della Chiesa Cattolica da tanti impedimenti che quasi rendono impossibile la pratica della vita cristiana e l'adempimento dei doveri che la Chiesa impone ad alimento della vita interiore e spirituale, in questa ridda incessante e vertiginosa che ai tempi nostri trattiene e travolge la gioventù, e non essa sola, in cose tutte esteriori e materiali; e ancora più e peggio da questo generale dilagare di una immoralità, che ogni dì più tende ad infrangere ogni freno di legge, che già sembra aver spento in tante anime ogni senso di pudicizia e di dignità, di coscienza e di responsabilità per così gravi e continui scandali dati e subiti. *Miseros facit populos peccatum;*[1] ed è certamente una ben grave e formidabile responsabilità quella di coloro che, in ragione ed in misura delle loro mansioni, specialmente se pubbliche, non oppongono tutti i rimedi e tutti i ritegni possibili a così grandi mali.

Sappiamo che purtroppo anche altri e molti e gravi impedimenti nei diversi campi della vita pubblica e privata, collettiva e individuale, si oppongono alla piena eificacia dell'azione e dell'influenza della Religione e della Chiesa Cattolica.

Vogliamo limitarci alle già fatte segnalazioni e non ritardarvi più oltre la benedizione paterna, apostolica che siete venuti a chiedere al Padre comune delle anime vostre, al Vicario di Cristo; benedizione che voi, dilettissimi figli, tanto desiderate e che anche il Padre vostro desidera impartirvi, benedizione che voi tanto largamente meritate. E come voi volete, così anche Noi vogliamo ed abbiamo disposto che la Nostra voce benedicente si estenda ed arrivi a tutti i vostri fratelli di passione e di esilio, che vorrebbero essere con voi e non possono. Sappiamo quanto vasta è la loro dispersione; forse è anche in questa una disposizione di Provvidenza divina a più di un benefico scopo. Questa Provvidenza vi ha voluto in tanti luoghi, affinchè voi in tante e così lontane parti, coi segni delle tristissime cose che hanno afflitto la vostra e Nostra cara Spagna e voi stessi portaste la testimonianza personale e vivente dell'eroico attaccamento alla Fede avita, che a centinaia e

[1] *Prov.,* XIV, 34.

migliaia (e voi siete della gloriosa schiera) ha aggiunto confessori e martiri al già tanto glorioso martirologio della Chiesa di Spagna; erpico attaccamento che (lo sappiamo con indicibile consolazione) ha pure dato luogo a imponenti e piissime riparazioni e ad un così vasto e profondo risveglio di pietà e di vita cristiana, specialmente nel buon popolo spagnuolo, da rappresentare l'annuncio e l'inizio di cose migliori é di più sereni giorni per tutta la Spagna.

A tutto questo buono e fedelissimo popolo, a tutta questa cara e nobilissima Spagna che ha tanto sofferto si volge e vuole arrivare la Nostra benedizione, come va e andrà ancora fino al pieno e sicuro ritorno di serena pace la Nostra quotidiana preghiera.

Al di sopra di ogni considerazione politica e mondana, la Nostra benedizione si volge in modo speciale a quanti si sono assunto il difficile e pericoloso compito di difendere e restaurare i diritti e l'onore di Dio e della Religione, che è dire i diritti e la dignità delle coscienze, la condizione prima e la base più salda di ogni umano e civile benessere. Compito, dicevamo, difficile e pericoloso, anche perchè troppo facilmente l'impegno e la difficoltà della difesa la rendono eccessiva e non pienamente giustificabile, oltreché non meno facilmente intenzioni non rette ed interessi egoistici o di partito subentrano a intorbidare ed alterare tutta la moralità dell'azione e tutte le responsabilità. Il Nostro cuore paterno non può dimenticare, anzi ricorda più che mai in questo momento e coi sensi della più sincera riconoscenza paterna tutti quelli che, con purezza di intenzioni e con sinceri propositi, hanno cercato di intervenire in nome dell'umanità. La Nostra riconoscenza non si è menomata avendo dovuto constatare l'inefficacia dei loro nobilissimi conati.

E gli altri? che dire di tutti questi altri, che sono pure e rimangono sempre figli Nostri, sebbene nelle cose e nelle persone a Noi più care e più sacre, con atti e metodi estremamente odiosi e crudelmente persecutorii, ed anche nella Nostra stessa persona, quanto la distanza consentiva, con espressioni e atteggiamenti sommamente offensivi Ci hanno trattato non come figli un Padre, ma come nemici un nemico particolarmente detestato? Abbiamo, dilettissimi figli, divini precetti e divini esempi per Noi e per voi ancora, che possono sembrare di troppo difficile ubbidienza ed imitazione alla povera e sola umana natura e sono invece così belli ed attraenti all'anima cristiana — alle anime -vostre, dilettissimi figli, — con la divina grazia, che non abbiamo mai potuto nè possiamo dubitare un istante su quello che Ci resta a fare a Noi ed a voi : amarli questi cari figli e fratelli vostri, amarli d'un amore par-

ticólare fatto di compassione e di misericordia, amarli e, null'altro potendo fare, pregare per essi; pregare perchè ritorni alle loro menti la serena visione della verità e si riaprano i loro cuori al desiderio ed alla fraterna ricerca del vero bene comune; pregare perchè tornino al Padre che desiderosamente li aspetta, e si farà una lietissima festa del loro ritorno; pregare perchè siano con Noi, quando tra poco — ne abbiamo piena fiducia in Dio benedetto nell'auspicio glorioso dell'odierna solennità dell'Esaltazione della Croce, *per Crucem ad lucem,* — l'arcobaleno della pace si lancerà nel bel cielo di Spagna, portandone il lieto annuncio a tutto il vostro grande e magnifico Paese; della pace, diciamo, serena e sicura, consolatrice di tutti i dolori, riparatrice di tutti i danni, contentatrice di tutte le giuste e savie aspirazioni compatibili col bene comune, annunciatrice di un avvenire di tranquillità nell'ordine, di onore nella prosperità.

Ed ora : *Benedicat vos Omnipotens Deus, Pater, et Filius et Spiritus Sanctus.*

LITTERAE APOSTOLICAE

UNI EMO P. D. CARDINALI IN ALMA URBE VICARIO GENERALI PRO TEMPORE TITULUS ATQUE IURA CARDINALIS PROTECTORIS SEU VISITATORIS PII INSTITUTI C ATHECUM ENORIJ M ET NEOPHYTORUM AD S. MARIAE AD MONTES TRIBUUNTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter Pia Romanae Urbis Instituta, quibus ipsa mirifice refulget, procul dubio cura maxima dignum est Opus seu Institutum Cathecumenörum et Neophytorum, quod ad Sacram Aedem Sanctae Mariae in regione montana Urbis positum est. Frugiferum idem Opus sua habuit initia ex H ospitali ac Monasterio pro Neophytis Cathecumenis in Urbe ludaeisque et Infidelibus ad Catholicam Fidem se convertentibus. Litteris autem suis xi Kalendas Martias datis a. MDXLIII illa probavit Paulus Pp. III, qui eorundem etiam regimen peculiari Cathecumenörum Archiconfraternitati commisit, constituto quoque uno e Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus qua Protectore Cardinali et Iudice causarum eorum utilitates seu rationes tam in civili quam in criminali re concernentium. Postea vero eidem Operi seu Instituto, eodemque cum Cardinali Patrono, unitum est etiam pro puellis neophytis monasterium, quod Pius Pp. IV erigi iussit, quodque

Pius Pp. V ad ecclesiam transtulit Sancti Basilii in regione Montium. Huiusmodi dein Instituto Cathecumenorum et Neophytorum Gregorius Pp. XIII anno MDLXXXII templum B. Mariae Virginis ad Montes nuper erectum tribuit; ac tandem urbani Pp. VIII temporibus Antonius Cardinalis Barberini, ipsius Pontificis germanus frater, domum extruendam curavit memorato templo adiectam ut in eadem suam ac satis amplam sedem definitive haberet praefatum Pium Institutum; cui-usque ad saeculi deciminoni fere medietatem unus tantum Cardinalis Patronus iugiter praefuit. Sed anno MDCCCXLI Gregorius Pp. XVI, exceptis Cardinalis Protectoris tunc temporis existentis precibus, ut memorati Instituti rationibus consuleret, statuit illius regimen pluribus clarissimis committere viris, qui, in eodem Instituto Apostolicam Visitationem in rebus tam spiritualibus quam temporalibus agentes, conlatis inter se consiliis, in eiusdem Instituti prosperitatem incumberent. Tres itaque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales idem Pontifex elegit, eosdemque constituit enunciati Cathecumenorum ac Neophytorum Instituti Visitatores Apostolicos, illisque in rebus quibusque tum spiritualibus tum temporalibus omnes et singulas necessarias atque opportunas facultates tribuit, ut ea omnia decernere ac gerere valerent quae magis in Domino pro bono Instituti ipsius expedire censuerint. Apostolica haec Visitatio usque ad hodierna tempora viguit; at, rebus omnibus maturo studio perpensis, cum nihil utilius, nihil opportunius censuimus quam tanti momenti negotium uni tantum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali committere, nempe Almae Urbis Nostro Generali Vicario, qui proinde Pii Instituti Cathecumenorum et Neophytorum iisdem facultatibus, quibus Visitatio Apostolica memorata fruebatur, regimen gerat. Quapropter motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, hisce Apostolicis Litteris perpetuumque in modum, ex nunc Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem, Nostrum Alma in Urbe atque in eius districtu Vicarium Generalem, pro tempore existentem, eligimus et constituimus Cardinalem Protectorem seu Visitatorem Pii Instituti Cathecumenorum et Neophytorum, qui unus et solus omnibus iuribus, facultatibus atque indultis, servatis servandis, iuxta Codicis Iuris Canonici normas, gaudeat, quae Apostolicis Litteris statuta sunt, atque iis praesertim quae Apostolicis Litteris sub anulo Piscatoris supra memoratis Gregorii Pp. XVI iam tribus Eminentissimis Cardinalibus Visitatoribus concessa sunt. Omnibus propterea et singulis, ad quos spectat, mandamus ut eidem Cardinali, Generali Almae Urbis Vicario, praedicti Instituti Cathecumenorum et Neophytorum Protectori seu Apostolico Visitatori, eo quo par est obsequio oboediant ac praesto sint, eiusdemque mandata excipiant ac diligenter im-

pleant. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec statuimus et iubemus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos pertinet seu pertinebit in posterum religiose observari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXX m. Iunii an. MCMXXXVI, Pontificatus Nostri decimo quinto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

ACTA SS, CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

NOVAE SEGOBIAE ET TUGUEGARAOANAE

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

DECRETUM

Excmus P. D. Iacobus C. Sancho, Episcopus Novae Segobiae, plene assentiente Excmo P. D. Constantio Jürgens, Episcopo Tuguegaraoano, petiit ut, in fidelium bonum, finitimae dioecesi Tuguegaraoanae aggregarentur sequentes territorii suae dioecesis portiones in parte orientali sitae, quae post erectionem Praefecturae Apostolicae Montanae pene avulsae a sua dioecesi manserunt, nimirum : districtus *Langanan, Zimigui, Cayapa* et districtus ab aquis fluminis *Malig* irrigatus.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, rei opportunitate perpensa, suffragante quoque Excmo P. D. Gulielmo Piani, Archiepiscopo Nicosiensi et Delegato Apostolico in Insulis Philippinis, porrectis precibus benigne annuens, hoc Consistoriali Decreto statuit ut praefati districtus, cum clero et fidelibus ibi legitimé existentibus, a dioecesi Novae Segobiae dismembrentur et dioecesi Tuguegaraoanae perpetuo incorporetur; mutatis hac ratione finibus utriusque dioecesis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est eumdem Excmum P. D. Gulielmum Piani, eidem omnes tribuens facultates necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere remittendi quam primum ad Sacram Congregationem Consistorialem, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 6 Iunii 1936.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE « DE PROPAGANDA FIDE »

La S. Congregazione « de Propaganda Fide » con successivi Decreti ha nominato:

Presidenti Nazionali della Pontificia Opera della Propagazione della Fede:

3 Febbraio 1936. **Il Rev. Sac. Giacomo Mullin, per la Scozia.**
5 Marzo » **Il Rev. Sac. Giorgio Zischek, per i tedeschi in Cecoslovacchia.**
20 Maggio » **Il Revmo Monsig. Antonio Rocca, per l'Argentina.**
» » » **Il Rev. Sac. Giorgio Telford, per l'Inghilterra.**
8 Luglio » **Il Rev. Sac. Tommaso Me Donnei, per gli Stati Uniti delrAmerica Settentrionale.**
11 » » **Il Rev. Sac. Giuseppe H. Zuniga, per l'Honduras.**
14 » » **Il Revmo Monsig. Giovanni Waters, per l'Irlanda.**
8 Settembre » **Il Rev. Sac. Manuel Arteaga, per Cuba.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

7 Agosto 1936. **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore della Congregazione di Nostra Signora della Carità delle Orfanelle,* detta della Vergine fedele (dioc. di Bay eux).**
22 » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore dell'Ordine Premostrátense.***
» » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Nicola Canali, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Misericordia di Montréal.***
» » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore dell'Istituto delle Suore Marianiste della Santa Croce di Précigné* (dioc. di Le Mans).**

Protonotari Apostolici **ad instar participantium:**

22 Luglio 1936. **Monsig. Giacomo Delies, dell'archidiocesi di Tolosa.**
» » » **Monsig. Mario Clermont, della medesima archidiocesi.**
27 » » **Monsig. Vincenzo del Carlo, dell'archidiocesi di Lucca.**
30 » » **Monsig. Michele Samarelli, dell'archidiocesi di Bari.**
31 » » **Monsig. Ferdinando Roveda, dell'archidiocesi di Milano.**

Prelati Domestici di S. S. :

26 Maggio 1936. Monsig. Giovanni Buttò, dell'archidiocesi di Gorizia.
15 Giugno » Monsig. Patrizio 0' Boyle, della diocesi di Killala.
» » » Monsig. Antonio Timlin, della medesima diocesi.
22 » » Monsig. Giuseppe Carroll Me Cormick, dell'archidiocesi di Filadelfia.
» » » Monsig. Vincenzo Burne, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giacomo Heir, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Edoardo Hawks, della medesima archidiocesi.
23 » » Monsig. Giuseppe D. Creeden, della diocesi di Ogdensburg.
» » » Monsig. Leone Pasquale Hirt, della diocesi di La Crosse.
» » » Monsig. Giovanni L. Kaiser, della medesima diocesi.
24 » » Monsig. Giacomo W. Gara, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gaspare Dowd, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni B. Havck, della medesima diocesi.
22 Luglio » Monsig. Giovanni Mackintosh, della diocesi di Argyll e Isole.
23 » » Monsig. Giovanni Giuseppe Cullen, dell'archidiocesi di San Francisco in California.
» » » Monsig. Guglielmo Edoardo Me Gough, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Guglielmo Patrizio Sullivan, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Tommaso Arturo Connolly, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni Burke, della Società dei Sacerdoti Missionari di S. Paolo.
19 Agosto » Monsig. Mariano Rampolla del Tindaro, della diocesi di Cefaiù.
» » » Monsig. Tommaso Onnelli, della diocesi suburbicaria di Velletri.
» » » Monsig. Filippo Kelly, dell'archidiocesi di Cardia*.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

20 Agosto 1936. LTUmo e Revmo Monsig. Ludovico Kaas, Canonico della Patriarcale Basilica Vaticana, *Economo e Segretario della Sacra Congregazione della Reverenda Fabbrica di S. Pietro.*
22 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marmaggi, *Membro della Pontificia Commissione per la Redazione del Codice di Diritto Canonico Orientale.*

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell' Ordine Piano :

13 Luglio 1936. Al sig. dott. Mario Cingolani (Roma).
17 » » Al N. H. Roberto dei Marchesi Grossi (Roma).
30 » » Al N. H. Giorgio De Vecchi dei Conti di Val Cismon (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13 Giugno 1936. A S. E. il sig. Yrek Châtelain, Ministro degli Esteri e del Culto in Haiti.
23 » » Al sig. Conte dott. Giovanni Quirico (Roma).
30 » » Al sig. Luigi Dienstleder (Austria).
» » » Al sig. Carlo Maria Stepan (Austria).

La Commenda con Placca dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare :

29 Luglio 1936. Al sig. Generale Teodoro Brantner (Austria).

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

15 Giugno 1936. Al sig. avv. Giovanni Baroni, della diocesi di Lodi.
16 Luglio » Al sig. Osvaldo A. Goodier, della diocesi di Lancaster.
» » » Al sig. Achille Giorgetti, della diocesi di Lussemburgo.
» » » Al sig. Federico Spitzer, dell'archidiocesi di Vienna.
22 » » Al sig. dott. ing. Ludovico Marchesi (Roma).
1 Agosto » Al sig. cav. Onorato Biglino, della diocesi di Alba.

La Commenda delVOrdirne di S. Gregorio Magno, classe militare:

27 Luglio 1936. Al sig. Emilio De Szakváry (Ungheria).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

10 Giugno 1936. Al sig. Celestino Camus, del Vicariato Apostolico del Congo Belga.
23 » » Al sig. Ferdinando Vitry, della diocesi di Tournai.
» » » Al sig. Enrico • Giovanni Francesco Smulders, dell'archidiocesi di Utrecht.
» » » Al sig. Cristiano Haffmans, della diocesi di Ruremonda.
24 » » Al sig. Giovanni A. Kuypers, della diocesi di Green Bay.
30 » » Al sig. Virgilio Turco, della diocesi di Verona.
15 Luglio » Al sig. Giuseppe Crombleholme, della diocesi di Lancaster.
21 » » Al sig. dott. Ippolito Battaglia (Roma).
» » » Al sig. dott. ing. Augusto Momo (Roma).
» » » Al sig. dott. Aldo Morbelli (Roma).
25 » » Al sig. Eugenio Kobylecki (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

15	*Giugno*	*1936.*	**Al sig. Conte Roberto Christyn De Ribaucourt, dell'archidiocesi di Malines.**

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

13	*Giugno*	*1936.*	**Al sig. Pietro Gerrits, della diocesi di Bois-le-Duc.**
22	»	»	**Al sig. Pietro Dagasso, della diocesi di Ivrea.**
15	*Luglio*	»	**Al sig. dott. Luigi Simoês Lopez (Brasile).**
»	»	»	**Al sig. dott. Antonio Luiz De Souza Mello (Brasile).**
»	»	»	**Al sig. dott. Armando Vidal Leite Ribeiro (Brasile).**
»	»	»	**Al sig. Rodolfo Wondracek, della diocesi di S. Ippolito.**
22	»	»	**Al sig. dott. Luigi Giay (Roma).**
»	»	»	**Al sig. dott. ing. Cesare Catalano (Roma).**
23	»	»	**Al sig. Domenico Millefiorini (Roma).**
25	»	»	**Al sig. avv. Bortolo Galletto, della diocesi di Vicenza.**

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

13	*Giugno*	*1936.*	**Al sig. Luigi Ravizza, della diocesi di Ven^imiglia.**
»	»	»	**Al sig. Giuseppe Lodo, della medesima diocesi.**
15	»	»	**Al sig. dott. Cesare Braglia, dell'archidiocesi di Modena.**
26	»	»	**Al sig. Cesare Brighenti, dell'archidiocesi di Bologna.**
1	*Luglio*	*1936.*	**Al sig. Francesco Saskowski, dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.**
14	»	»	**Al sig. Eugenio Maggi, della diocesi suburbicaria di Palestrina.**
»	»	»	**Al sig. Angelo Pizzicannella (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Roberto Caroli (Roma).**
21	»	»	**Al sig. ing. Giorgio Lessana (Roma).**
»	»	»	**Al sig. ing. Italo Viesi (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Carlo Panzeri (Roma).**
22	»	»	**Al sig. prof. Gino Bernocco, della diocesi di Alba.**
25	»	»	**Al sig. Secondo Mallucci (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Luigi Guercini (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Michele Quagliere (Róma).**
»	»	»	**Al sig. Primo Vitti (Roma).**

An. et yol. XXVIII 15 Octobris 1936 (Ser. II, y. III) - Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

NELSÒNENSIS

AB ARCHIDIOECESIS VANCUVERIENSI S TERRITORIO PARS DISMEMBRATIO ET INDE NOVA ERIGITUR DIOECESIS NELSONENSIS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universorum christifidelium cura, quae supremo ecclesiarum Pastori incumbit, ad id quoque protenditur, ut dioecesium circumscriptiones pro meliori utiliorique earum regimine quandoque immutentur. Quum itaque in bonum fidelium in archidioecesi Vancuveriensi commorantium ab Apostolica Sede expostulatum sit, ut eadem archidioecesis dividatur et nova inde dioecesis erigatur, Nos, de consulto venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, consentiente venerabili Fratre Guillelmo Marco Duke, Archiepiscopo Vancuveriensi ac suffragante venerabili Fratre Andrea Cassulo, Archiepiscopo titulari Leontopolitano in Augustamnica et in Ditione Canadensi Delegato Apostolico, oblatis Nobis precibus annuendum censuimus. Quamobrem, omnibus mature perpensis atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine ab archidioecesis

Vancuveriensis territorio integros decanatus *Nelson* et *Cranbroock,* nec non partem decanatus *Keloiona* amplectentem paroecias et missiones *Kelowna, Rutland, Pencticton, Summerland, Peachland, Oliver, Keremeos, Westbank* distrahimus atque e territorio ita avulso novam erigimus et constituimus dioecesim, quam ab urbe *Nelson* « Nelsonensem » nuncupari volumus ac decernimus. In hac insuper Nelson urbe novae istius Nelsonensis dioeceseos sedem ut cathedram episcopalem constituimus; ipsamque idcirco urbem ad civitatis episcopalis fastigium extollimus, eidemque sedi et civitati omnia tribuimus iura et privilegia, quibus ceterae episcopales sedes ac civitates iure communi fruuntur; ecclesiam vero paroecialem, Deo in honorem Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis dicatam, in urbe illa exstantem, ad Ecclesiae Cathedralis gradum et dignitatem evehimus, simulque ipsi eiusque pro tempore Episcopis iura omnia, honores, insignia, favores, gratias, privilegia tribuimus, quibus ceterae per orbem episcopales Ecclesiae earumque Episcopi iure communi pollent et gaudent; eisque onera omnia imponimus et obligationes, quibus Cathedrales Ecclesiae earunique Episcopi adstringuntur. Eamdem praeterea dioecesim Nelsonensem suifraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Vancuveriensis eiusque pro tempore Antistites metropolitico Archiepiscopi Vancuveriensis iuri subiicimus. Ad dotem autem novae huius dioecesis constituendam, Episcopis pro tempore Nelsonensibus ius concedimus imponendi, iuxta aliorum Ordinariorum in Ditione Canadensi morem, cathedraticum aliaque iuxta sacros canones onera, quibus praefatae dioecesis necessitatibus rite consuli possit. Quod vero ad Capituli Cathedralis erectionem vel Dioecesanorum Consultorum coetus constitutionem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad Seminarii dioecesani institutionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi attinet, rite servari iubemus quae Sacri Canones praescribunt. Quod autem ad clerum praecipue spectat, statuimus ut, simul ac novae huius dioecesis erectio ad exsecutionem demandata fuerit, eo ipso clerici adscripti censeantur Ecclesiae illi, in cuius territorio legitime exstant. Volumus denique ut documenta omnia et acta, quae novam Nelsonensem dioecesim respiciunt, a Cancellaria Archidioecesis Vancuveriensis Curiae dioecesis Nelsonensis quam primum fieri poterit tradantur, ut in eius archivo religiose serventur. Ad quae omnia uti supra disposita exsecutioni mandanda, venerabilem quem supra diximus Fratrem Andream Cassulo, in Ditione Canadensi Delegatum Apostolicum, deligimus, eique facultates tribuimus necessarias et opportunas etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; eidemque onus imponimus

authenticum peractae exsecutionis actus exemplar ad Sacram Congregationem Consistorialem transmittendi intra sex menses ab his Litteris datis computandos. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine facta et emanata, perpetuo valida exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, evectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntati Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die vigesima secunda mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno Quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. E. E.

Fr. RAPHAËL O. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Carolus Respighi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £ß Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LIV, n. **7£. - Al. Trussarcli.**

II

DE BUICHU

E VICARIATU APOSTOLICO « DE BUICHU », IN INDOSINENSI REGIONE, TERRITORII PARS DISMEMBR ATUR, EX QUA NOVUS CONSTITUITUR VICARIATUS « DE THAI-BINH » NUNCUPANDUS, ET ORDINI PRAEDICATORUM CONCREDITUR; VICARIATUS VERO ((DE BUICHU », ITA TERRITORIO IMMINUTUS, CLERO INDÍGENAS CONCREDITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praecipuas inter apostolicas officii Nostri curas ea sane quam maxime Nos urget, ut Christi regnum inter infideles nationes amplius in dies dilatetur. Ad hoc autem assequendum aptissimos prae ceteris se praebent cleri indigenae sacerdotes, quippe qui cum popularibus suis maxime cohaereant eosque idcirco ad Ecclesiae amplexum vocare et perducere facilius valeant. Quod quidem prae oculis habentes, et considerantes Vicariatum Apostolicum *de Buichu* tam late patere ut ab uno tantum Pastore vix regi possit ac propterea territorio imminuendum esse, de aliqua eius Vicariatus parte clero indigenae concredenda iam ab elapso anno cogitavimus, ac interea venerabilem Fratrem Petrum Muñagorri v Obineta, Vicarium Apostolicum de Buichu, Episcopo Coadiutori cum iure futurae successionis donavimus, id committentes munus e clero indigena sacerdoti, venerabili scilicet Fratri Dominico Ho Ngoe Can, quem simul Episcopum titularem Zenobiensem elegimus. Quum autem opportunum modo videatur exoptatam quam supra diximus Vicariatus de Buichu divisionem ad effectum perducere, quumque ex tribus civilibus provinciis quae, etsi non integrae, vicariatum illum hucusque efformant, de Nam-Dinh, videlicet, de Thai-Binh et de Humg-Yen, prima, seu de *Nam-Dinh,* tum religionis et caritatis operum, tum indigenarum sacerdotum et fidelium frequentia maxime florescat, eam, pro parte ad Vicariatum de Buichu pertinente, clero indigenae, non sine magno animarum fructu, committendam censemus. De ceteris vero provinciis, de *Thai-Binh,* scilicet, ac de *Eung-Yen,* quippe quae minori religionis progressu laetae, spirituali fidelium bono melius expedire aestimamus si illae sub Missionariorum exterorum regimine adhuc permaneant. Quae omnia considerantes, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, e Vicariatu Apostolico de Buichu territorium

separamus partem illam complectens provinciarum de *Thai-Binh* et de *Hung-Yen* ad Vicariatum ipsum hucusque pertinentem, atque ex territorio ita avulso novum constituimus Vicariatum Apostolicum, ab urbe *Thai-Binh y* quae princeps est eiusdem nominis provinciae, de *Thai-Binh* nuncupandum. Novum hunc Vicariatum inclito Praedicatorum Ordini, cuius Missionarii optime de Fidei catholicae propagatione in Vicariatu de Buichu meriti sunt, quippe qui eum ad florentem quo gaudet statum indefessis diuturnisque laboribus evexerunt, tenore praesentium, ad Sanctae Sedis tamen beneplacitum, concredimus. Vicariatui idcirco de *Thai-Binh* eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi gaudent ac fruuntur, eosque omnibus pariter adstringimus oneribus et obligationibus. Vicariatum autem de Buichu, illa territorii parte quam supra diximus imminutum, intra limites propterea civilis provinciae de *Nam-Dinh,* etsi non integrae, circumscriptum, eodem nomine retento, clero indigenae hisce ipsis Litteris concredimus, ea tamen lege ut sub hodierni Vicarii Apostolici, venerabilis scilicet Fratris Petri Muñagorri y Obineta, Episcopi titularis Pityuntini, regimine ad tempus maneat. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur si ipsaemet exibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, concessionis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die nona mensis Martii, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apost.*
Vincentius Bianchi-Oagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £g **Plumbi**

Reg. in Cane. Ap., Vol. LIV, n. 75. - **Al. Trussardi.**

III

VITERBIEN. ET SANCTI MARTINI AD MONTEM CIMINUM

ABBATIA « NULLIUS » S. MARTINI AD MONTEM CIMINUM CUM DIOECESI VITERBIENSI UNIONE PERPETUA ET AEQUE PRINCIPALI CONIUNGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad maius christiani gregis spirituale bonum et emolumentum non parum prodesse videtur apta dioecesium circumscriptio; ad quam assequendam supremae Nostrae potestatis est sive nimis amplas dioeceses dividere, sive parvas aliquando coniungere et sub unius-Antistitis regimine subiicere. Nos quidem iam anno millesimo nongentesimo vigesimo septimo Abbatiam « nullius » S. Martini ad Montem Ciminum, tum suo destitutam Pastore, ad Nostrum et Sanctae Sedis nutum, administrandam commisimus venerabili Fratri Aemygdio Trenta, finitimae dioecesis Viterbiensis Episcopo. Cum porro ex hac temporaria unione non parum, uti Nostris erat in votis, Abbatiae illius christifidelibus spirituale incrementum obvenisse Nobis compertum sit, cumque dilectus Filius Princeps ab Auria Pamphilius patronatus iuri in eamdem Abbatiam, quod fel. rec. Innocentius Decimus, Praedecessor Noster, Pamphiliae genti concesserat, nuper renunciaverit, opportunum et utile Nobis visum est eam in perpetuum coniungere cum Cathedrali Ecclesia Viterbiensi. Quapropter Nos, supplêto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, haec quae sequuntur apostolicae potestatis plenitudine statuimus ac decernimus : Abbatia S. Martini ad Montem Ciminum cum dioecesi Viterbiensi posthac *unione perpetua et aeque principali* coniuncta erit, ita ut in posterum Episcopus pro tempore Viterbiensis regimen quoque illius Abbatiae habeat et titulo Abbatis S. Martini ad Montem Ciminum condecoretur cum omnibus iuribus et officiis eidem adnexis. Vicarius Generalis dioecesis Viterbiensis sit simul eiusdem Abbatiae Vicarius Generalis et unica quoque habeatur Curia Episcopalis pro utraque Ecclesia. Item, sede vacante, Vicarius Capitularis, a Viterbiensi Capitulo Cathedrali rite electus, administrationem quoque Abbatiae S. Martini suscipiat. Beneficia tum dioecesis Viterbiensis tum Abbatiae S. Martini utriusque Ecclesiae sacerdotibus pro-

miscùé conferri liceat. Quum vero in praesenti dioecesis Viterbiensis suo feliciter gaudeat Pastore, venerabilis Frater Aemygdius Trenta, Episcopus Viterbiensis et Tuscaniensis, simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, Abbatis quoque titulo S. Martini ad Montem Ciminum potiatur. Ad quae autem omnia canonice exsequenda eumdem venerabilem Fratrem Aemygdium Trenta deligimus, eique necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar infra sex menses ab his Litteris datis transmittendi. Volumus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo cuiusvis viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris Nostris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Decernimus denique has praesentes Litteras perpetuo valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione vel derogatione dignis, minime obstantibus. Nemini igitur omnia quae per hanc paginam Nostram decreta sunt infringere aut eis contraire liceat; si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die secunda mensis Maii, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

f Dominicus Spolverini, ***Archiep. tit. Larissen. Proton. Apost.***
Alfridus Vitali, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco £8 Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LV, n. J,. - **Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

PAROECIALE TEMPLUM, IN CIVITATE BONAERENSI B. MARIAE V. « DEL PILAR » SACRUM, TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS COHONESTATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Beatae Virginis Mariae de Columna, vulgo «del Pilar», titulo exstat Bonaerensi in civitate atque archidioecesi magni momenti paroeciale templum, decimo octavo saeculo ineunte, uti fertur, extructum in agro iam ad hunc finem a Ferdinando Michaele de Valdez Inelan donato, penes domum quae tunc temporis a Fratribus Recollectis habebatur. Anno vero millesimo septingentésimo vicesimo secundo christifidelibus bonaërensibus patefactum, postea ipsum templum sollemniter consecratum est, atque etiam ad Patriarchalem Archibasilicam Lateranensem aggregatum. Celeberrimum ipsum ad honorem Deiparae Virginis aedificium, quod formis surrexit delineatis a quibusdam e Societate Iesu viris, molis amplitudine excellens est, non minus quam mirificis artis operibus, praesertim picturis, modo sapienter moderatorum popularium cura in pristinum decus restitutis. Historicis etiam, quae Nationis Argentinae maxime intersunt, memoriis sacra ipsa aedes renidet, ita ut fideles numquam intermisso studio eandem quam pretiosis quidem et copiosis sacris supellectilibus ditavere, nunc etiam celebrent, et devotione, fide, gratoque animo ducti ad Virginem de Columna Beatam, a qua templum nuncupatur, pie devoteque concurrant. Haec animo recolentes benigne preces excipiendas esse censemus, quas nuper amplissimis tum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Bonaërensium Archiepiscopi tum Nostri in Republica Argentina Nuntii Apostolici commendationibus communitas, parochus, qui una cum novem aliis presbyteris assiduam operam cultui divino navant, ipsa in paroecia, sacrumque ministerium actuose implent, Nobis suppliciter adhibuit ut idem paroeciale templum titulo privilegiisque basilicae minoris cohonestare dignaremur. Quae cum ita sint, conlatis consiliis cum Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, templum paroeciale intra fines civitatis atque archidioecesis Bonaërensis Beatae Mariae Virgini « del Pilar » sacrum, ad titulum ac

dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis honoribus privilegiisque quae de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec concedimus, largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, vel pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque propterea ex nunc atque etiam inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Martii, an. MCMXXXVI Pontificatus Nostri decimo quinto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

BEATISSIMA VIRGO IMMACULATA, S. ANTONIUS PATAVINUS ET S. FRANCISCUS BORGIA TOTIUS LUSITANIAE PATRONI AEQUE PRINCIPALES CONFIRMANTUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Litteris Apostolicis Nostris, sub anulo Piscatoris die decima tertia m. Iunii an. MCMXXXIV datis, Sanctum Antonium Patavinum totius Lusitaniae coelestem Patronum aeque principalem una cum Sancto Francisco Borgia sollemniter constituimus, nulla tamen facta mentione de Immaculata Beatae Mariae Virginis Conceptione, quam anno millesimo sexcentésimo quadragesimo sexto regni Lusitani coetus legiferi una cum Capitulis ceteroque clero Patronam Nationis Lusitanae iam degerant. Clemens vero X, dec. Noster, Litteris suis die VIII m. Maii, an. millesimo sexcentésimo septuagesimo primo Piscatoris anulo obsignatis, electionem eandem confirmavit, ita ut a temporibus ipsis ad hunc diem continenti traditione nationali uti principalem Patronam Lusitani venerentur Immaculatam Conceptionem; illiusque etiam festivitatem cum octava, ritu nempe patronis principalibus pari, ab anno saltem millesimo septingentésimo octavo celebrant. Quibus omnibus attente perpensis, audito quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum omnes coelestes Patronatus memoratos confia

mamus, statuimusque propterea ut totius Lusitaniae Patroni aeque principales Beatissima Virgo Immaculata, Sanctus Antonius Patavinus et Sanctus Franciscus Borgia rite in posterum sicut antea habeantur. Decernimus item ut, servata tamen octava B. Mariae Virginis Immaculatae, in reliquis exstent iura ac privilegia liturgica, quae huiusmodi coelestium Patronorum propria sunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec edicimus statuentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, ir ritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXV mensis Martii, an. MCMXXXVI Pontificatus Nostri decimo quinto.

E. Card. PACELLI, ***a Secretis Status.***

III

SANCTUS PIUS PP. V TOTIUS ALEXANDRIAE DIOECESIS PATRONUS MINUS PRINCIPALIS DECLARATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum in oppido, cui nomen « Bosco Marengo » intra fines posito dioecesis Alexandrinae, monumentum publice erectum sit ac sollemniter inauguratum ad honorem Sancti Pii Pp. V, praedecessoris Nostri, qui suum eodem in oppido ortum habuit, ac Venerabilis Frater Episcopus Alexandrinus, nomine quoque tam Capituli suae Cathedralis quam Coetuum Optimatum populariumque dioecesis sibi commissae, enixas Nobis preces humiliter exhibuerit ut ipsum Sanctum Pium V civitatis ac dioecesis Alexandrinae coelestem Patronum minus principalem declarare dignemur, Nos piis huiusmodi optatis ultro libenterque annuendum censemus. Audita igitur Sacra Rituum Congregatione, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, ad magis etiam magisque fovendum cleri populique Alexandrinae dioecesis venerationem erga Sanctum Pontificem eundem, civitatis ac dioecesis totius Alexandrinae *Patronum* minus principalem Sanctum Pium V declaramus et constituimus, praetereaque

indulgemus ut festum eiusdem Sancti Patroni quotannis recolatur die quinta mensis maii, sub ritu duplici secundae classis. Haec mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, civitati dioecesique Alexandrinae nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v m. Maii, an. MCMXXXVI, Pontificatus Nostri decimo quinto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. EMMANUELEM TIT. SS. MARCELLINI ET PETRI S. R. E. PRESB. CARD. GONCALVES CEREJEIRA, PATRIARCHAM OLISIPONENSEM, ANNUM A SUSCEPTO SACERDOTIO QUINTUM ET VICESIMUM CELEBRATORUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Iucundus profecto nuntius ad Nostras recens pervenit aures, te proxime quintum ac vicesimum peracturum annum, ex quo primam Deo salutarem hostiam obtulisti. Neque vero miramur, quod ista permoti faustitate probi tui fideles, sollerti quidem clero permovente, certatim tibi gratulari atque egregias obsequii amorisque significationes praebere nituntur. Novimus enim te plura in eos beneficia pastorali munere contulisse, praesertim quum novas splendidasque sedes utrique Seminario sedulo apparaveris et clericorum numerum virtutemque omni cura provehere contendas; quae sane promerita quantopere faciamus, ex postremis quoque Encyclicis Litteris « de sacerdotio catholico » luculenter constat. Nec vero minorem ipse sollertiam adhibuisti in Actione Catholica inter laicos fovenda, ad normas potissimum Apostolicae Epistolae « Ex officiosis litteris », quam tibi ceterisque Lusitaniae Pastoribus, de Actione Catholica congruentius istic ordinanda, triennio fere ante conscripsimus. Quapropter Nos in primis tibi de proxima faustitate gratulantes, sollemnia ipsa ad sacerdotale decus munusque in persona Pastoris dilaudandum praestituta laeto libentique

animo participamus, simulque pios istos fideles paterne vehementerque exhortamur, ut omnes, qua precibus, qua consiliis, qua opibus, fortunatos adulescentes, qui ad sacra munera vocentur, opportune efficaciterque adiuvent, auxilia-itaque praevalida in Ecclesiae incrementum dilecto Pastori praebentes. Hoc profecto exstabit uberrimus iubilaei tui sacerdotalis fructus et praeclarissimum fidei pietatisque populi monumentum. Interea, quo sacri eventus celebratio sollemnior evadat, facultatem tibi damus, ut, celebritatis die, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenam iisdem commissorum veniam proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Denique ex animo tibi ominantes, ut quam diutissime animarum utilitati incolumis serveris, caelestium praenuntiam gratiarum ac praecipuae Nostrae caritatis testem, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, Episcopis Auxiliaribus tuis, cunctoque clero ac populo tibi demandato peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XIX mensis Martii, S. Ioseph Sponsi B. Mariae Virginis festo, anno MDCCCCXXXVI., Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. EUSTACHIUM TIT. S. LAURENTII IN PANISPERNA S. R. E. PRESBYTERUM CARD. ILUNDAIN Y ESTEBAN, ARCHIEPISCOPUM HISPALENSEM, QUINQUAGESIMO SACERDOTII ANNO EXPLETO.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Perlibenti sane animo quinquagesimum a suscepto sacerdotio annum te nuper fauste peregisse accepimus. Quod si tua permisisset modestia, ut laetus eiusmodi nuntius ad aures Nostras mature perveniret, gratulantis animi Nostri sensus tibi antea profecto aperuissemus. Attamen nulla quidem mora obstare potest, quominus tibi vota atque omina Nostra paterne iucundeque exhibeamus; immo vero ut ea ipsa gratiora tibi ac ferventiora obveniant plane exoptamus. Novimus enim iamdiu, qua ipse pietate filialique caritate Apostolicae huic Sedi addictus deditusque sis; compertas pariter habemus, praeter ceteras laudes, tuam pietatem ac sollertiam quibus Christi fidelium utilitatem persequi studes, necnon sollicitudinem, qua laicorum Actionem Catholicam fovere et amplificare

contenais. Quapropter sicut plura iam antehac benevolentiae tibi Nostrae dedimus testimonia, praesertim quum in amplissimum Patrum purpuratorum Ordinem referre voluimus, ita in praesens, novam hanc nacti opportunitatem, de sacro munere tam diuturne diligenterque peracto tibi vehementer gratulamur, precibusque Deo ultro admotis, felicissima dona ac solacia caelestia tibi impense adprecamur. Denique a divina misericordia instanter exoramus ut in patria tua, sedatis publicarum rerum turbinibus ac fluctibus, dies tandem illucescat tranquillitatis ac pacis. Cuius interea praesidii supernaeque opis nuntia ac summae dilectionis Nostrae testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi largissime, uti flagitas, Dilecte Fili Noster, clero gregique universo tuae vigilantiae concredito in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxix mensis Aprilis, in sollemnitate S. Ioseph Sponsi B. Mariae Virginis, anno MDCCCCXXXVI, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM P. D. SEBASTIANUM TIT. SS. BONIFACII ET ALEXII S. R. E. PRESBYTERUM CARD. LEME DA SILVEIRA CINTRA, ARCHIEPISCOPUM S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII, XXV APPETENTE NATALI EPISCOPATUS EIUS.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quintum ac vigesimum a consecratione episcopali annum, quemadmodum ipse, gratias ex animo agens, bonorum omnium Largitori acceptum relaturus es, ita suavi laetitia omnes celebraturi sunt boni Christi fidep.es, quibus ipse moderandis, in praeclara ista archidioecesi vel in Olindensi et Recifensi, hoc temporis intervallo studiose incubuisti. Ille enim pietatis caritatisque ardor, quo in ipso aetatis flore pastorale iniens munus flagrabas, non modo hisce labentibus annis in te non deferbuit, verum etiam, divina opitulante gratia," magis magisque accrevit in dies. Hoc profecto felix incrementum perspicue testantur tot pastoris ac patris curae et labores, tam multa incepta atque opera sacrique eventus, quibus diuturnus iste episcopatus praefulget. Quod si longum esset persequi omnia sollertiae tuae promerita, at silentio praeterire non possumus praeclara ipsius studia ad novas paroecias constituendas, ad Actionem Catholicam promovendam, ac potissimum ad sacerdotales vo-

cationes efficaciter tuendas fovendasqne; cuius quidem sollicitudinis heic quoque Romae singulare exstat documentum, Collegium nempe Pium Brasilianum nuper conditum, cui liberalem opem cum tuis ipse fidelibus contulisti. Religioni autem pietatique christianae populi tui multum quoque faverunt sacrae ipsae celebrationes, summa pompa ac magnificentia peractae, inter quas vivida adhuc memoria recoluntur tum Conventus Eucharisticus ex universa Brasiliana natione initus, tum insigne istud monumentum, in vertice montis, qui *Corcovado* nuncupatur, Christi Redemptori fauste dicatum. Quas omnes pastoralis muneris laudes hac iucunda opportunitate memorantes, tibi, Dilecte Fili Noster, libenti animo gratulamur, ac tuam tuorumque laetitiam paterna Nostra participatione atque auctoritate cumulare exoptamus. Dum igitur tibi felicissima quaeque votis Nostris ominamur, a Deo, qui iuventutem tibi novensilis archiepiscopi quinque ante lustris benigne laetificavit, instanti prece exposcimus, ut mente viribusque semper florentem te quam diutissime populo tibi tradito adesse velit.

Quo autem ista sacri eventus celebratio salutarior evadat, tibi ultro facultatem tribuimus, ut, faustitatis die, Sacro sollemniter peracto, instantibus fidelibus Nostro nomine Nostraque auctoritate benedicas, plenam commissorum veniam eisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Caelestium interea gratiarum praenuntia ac testis summae Nostrae dilectionis Apostolica sit Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, cunctoque clero ac populo tuae vigilantiae commisso, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die III mensis Maii, in Inventione S. Crucis, anno MDCCCCXXXVI, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

PADERBORNENSIS - COLONIENSIS

DE FINIUM DIOECESIUM MUTATIONE

DECRETUM

Cum pars pagi *Gennebreck,* archidioecesis Paderbornensis, longe absit a propria ecclesia paroeciali *HasslingJiausen* et eadem pars vi legis civilis iam separata sit a provincia Westfaliae et unita provinciae Rhenaniae, Excmus P. D. Dominus Gaspar Klein, Archiepiscopus Paderbornensis, assentiente Emo ac Revmo Domino Carolo S. R. E. Cardinali Schulte, Archiepiscopo Coloniensi, supplices preces S. Sedi porrexit ut, quo satius illorum fidelium bono consulatur, memorata pars pagi Gennebreck ab archidioecesi Paderbornensi dismembraretur atque archidioecesi Coloniensi aggregaretur.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa ac praehabito favorabili voto Excmi P. D. Caesaris Orsenigo, Archiepiscopi titularis Ptolemaidensis in Libya et Nuntii Apostolici in Germania, oblatas preces excipiendas decrevit.

Quapropter, vi praesentis Decreti Consistorialis, statuit ut praefata pars pagi *GennebrecJc* a paroecia *HasslingJiausen* et ab archidioecesi Paderbornensi separetur atque archidioecesi Coloniensi perpetuo attribuatur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est praefatum Excmum P. D. Caesarem Orsenigo, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidem facto onere mittendi intra sex menses ad hanc S. Congre-

gationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae executionis.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 6 Iunii 1936.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. $ S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

18 Iulii 1936. — Titulari episcopali Ecclesiae Sebastenae in Palaestina praefecit Exc. P. D. Nicolaum Jezzoni, hactenus Episcopum Vaivénsem et Sulmonensem.

1 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Gerarensi Exc. P. D. Dominicum Ioannem Vargas, hactenus Episcopum de Huaraz.

8 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Taubatensi Exc. P. D. Andream Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti, hactenus Episcopum Valentinum in Brasilia.

Iti. Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Dionysianae R. D. Antonium Zimniak, Vicarium Generalem dioecesis Czestochoviensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Theodori Rubina, Episcopi Czestochoviensis.

16 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Loidensi R. D. Henricum Ioannem Poskitt, Rectorem Seminarii in eadem dioecesi.

20 Augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Senonensi Exc. P. D. Fridericum Lamy, hactenus Episcopum Meldensem.

— Cathedrali Ecclesiae Cadurcensi Exc. P. D. Iosephum Ioannem Amatum Moussaron, hactenus Episcopum Lamianum.

— Cathedrali Ecclesiae Nannetensi R. D. Ioannem Villepelet, Vicarium Generalem archidioecesis Bituricensis.

— Cathedrali Ecclesiae Valleguidonensi R. D. Ioannem Marcadé, archipresbyterum Ecclesiae cathedralis Briocensis.

24 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Tarvisinae Exc. P. D. Antonium Mantiero, hactenus Episcopum Pactensem et Praelatum S. Luciae.

11 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Passaviensi R. D. Simeonem Landersdorf er, ex Ordine S. Benedicti.**

18 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Ibarrensi R. D. Caesarem Antonium Mosquera, Canonicum et Vicarium Generalem Bolivarensem.**

21 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Asculanae in Piceno R. D. Ambrosium Squintani, rectorem Seminarii dioecesis Cremonensis ibique canonicum Ecclesiae Cathedralis.**

7 *Octobris.* — **Titulari episcopali Ecclesiae Diocleanae Exc. P. D. Paschalem Ragosta, hactenus Episcopum Castri Maris.**

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DECRETUM

DE TEXTU CONSTITUTIONUM AB OMNIBUS MONASTERIIS CARMELITARUM EXCALCEATARUM UNICE ADHIBENDO.

Ssmus Dominus Noster Pius Papa XI, die 22 mensis Iunii a. 1926, Constitutiones Monialium Excalceatarum B. Mariae Virginis de Monte Carmelo, quas Summi Pontifices Xistus V, Gregorius XIV et Urbanus VIII probaverant, postquam ipsae ad normam Codicis Iuris Canonici emendatae eiusdemque Codicis legibus auctae atque in nonnullis etiam levioris momenti, arrepta occasione, immutatae fuerant, denuo ita approbare et confirmare dignatus est, ut omnia in ipsis contenta, eodem prorsus modo, apostolico robore ac firmitate donarentur.

Haec Sacra Congregatio Religiosorum Negotiis praeposita, dum ita solemniter approbatas et confirmatas Constitutiones Revmo P. Praeposito Generali Ordinis Fratrum Excalceatorum B. M. Virginis a Monte Carmelo transmitteret per litteras diei 22 Iulii a. 1926, unitati et bono Filiarum Sanctae Matris Teresiae consulens, officii sui esse duxit votum exprimere ut talis Textus unanimiter ab omnibus Monasteriis Carmelitarum Excalceatarum adhiberetur. Voto S. Congregationis plura sane Monasteria fideliter obsecundarunt, ita ut commendatas Constitutiones maior pars Monasteriorum, transactis decem annis, ad praxim reduxerit.

Quo autem plene tam auspicata atque his annis suaviter parata Constitutionum unificatio inter pias Sanctimoniales, quae unius S. Matris

Teresiae nomine et spiritu gloriantur, quantocius iam obtineri valeat, Sanctitas Sua, in Audientia diei 10 Septembris anni 1936 infrascripto-Cardinali Praefecto S. Congregationis concessa, mandare dignata est, ut in posterum in omnibus Monasteriis Monialium Excalceatarum Ordinis B. M. V. a Monte Carmelo, sive ipsa Ordinariis locorum ex S. Sedis dispositionibus, quae firmae remanent, subiecta sint, sive ad normam Constitutionum anni 1926, Revmo P. Praeposito Fratrum Excalceatorum eiusdem Ordinis subdantur, praedictus Constitutionum Textus, anno 1926 datus, aliis omnibus e medio sublatis, ut vigens recipiatur ipseque regularis observantiae formam omnibus S. Teresiae Filiabus unice iam praebeat. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Religiosis, die *W* mensis Septembris a. 1936.

V. Card. LA PUMA, ***Praefectus.***

IL. © **S.**

f Fr. L. M. Pasetto, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

INSTRUCTIO

AD EXCMUM D. PAULUM MARELLA, ARCHIEPISCOPUM TIT. DOCLEENSEM, DELEGATUM APOSTOLICUM IN IAPONIA, CIRCA CATHOLICORUM OFFICIA ERGA PATRIAM.

Pluries instanterque ab hac S. Congregatione de Propaganda Fide aliquae normae expostulatae sunt de ratione qua catholici in Iaponia se gerere debeant, quotiescumque patriae leges vel mores illis quosdam certos actus perficere imperent vel suadeant, qui a ritibus religiosis non christianis originem duxisse videantur.

In huiusmodi quaestione dirimenda in mentem revocare iuvat quae Sacra Congregatio iam ab anno 1659 sapientissima posuit principia, instructiones Missionariis impertiens :

« Nullum studium ponite, nullaque ratione suadéte illis populis ut ritus suos, consuetudines et mores mutent, modo non sint apertissime religioni et bonis moribus contraria... Fides nullius gentis ritus et consuetudines, modo prava non sint, aut respuit aut laedit, imo vero sarta

tecta esse vult. Et quoniam ea paene est hominum natura, ut sua, et maxime ipsas suas nationes, caeteris et existimatione et amore praeferant, nulla odii et alienationis causa potentior existit, quam patriarum consuetudinum immutatio, earum maxime quibus homines ab omni patrum memoria assueveré... Quae vero prava exstiterint, nutibus magis et silentio quam verbis proscindenda, opportunitate nimirum captata, qua, dispositis animis ad veritatem capessendam, sensim sine sensu evellantur... ».

Missionariorum est ergo ét agnoscere et honorare Iaponensium pietatem et amorem in patriam atque fideles docere ne ceteris civibus sint in amanda patria inferiores. Quod semper a missionariis praestitum est.

Quoad véro actus quibus Iaponenses suum manifestant amorem erga patriam, haec notanda sunt. Agitur de illis actibus, qui, quamvis ab ethnicis religionibus primitus orti, non sunt intrinsece mali, sed per se indifferentes, neque iubentur ut religionis signa, sed tantum veluti civiles actus ad pietatem manifestandam et fovendam erga patriam, omni intentione remota compellendi sive catholicos sive non catholicos ad significandam quamlibet adhaesionem religionibus a quibus ritus illi orti sunt.

Hoc ipsae Imperii Iaponici auctoritates explicite non semel declararunt, innixae principio libertatis religiosae et illa distinctione, iam a Gubernio Iaponico statuta et promulgata, inter obsequium nempe shintoisticum nationale (ad nationalia Jinja) et cultum shintoisticum religiosum. Enimvero templa seu monumenta obsequio civili dicata a diversa pendent gubernii Administratione quam quae ritibus religiosis inserviunt. Archiepiscopo Tokiensi petenti, die 22 sept. 1932, a Ministro Instructionis Publicae utrum : « *pro certo retinendum esset rationes ob quas adsistentia alumnorum scholarum huiusmodi actibus requireretur esse rationes patrii amoris et non religionis* », Vices Gerens Ministri respondit: « *Visitatio ad nationßlia templa seu Jinja exigitur ab auditoribus scholarum superiorum et ab alumnis scholarum mediarum et primariarum ob rationes quae se referunt ad programma educationis. In facti specie', salutatio quae requiritur ab agmine auditorum scholarum superiorum et alumnorum scholarum mediorum et primariarum nullum alium finem habet quam manifestandi sensus amoris patrii et fidelitatis* ». Quem finem mere civilem ipsae leges de Publica Instructione confirmant, ut patet ex lege data die 3 augusti 32 anno Meiji (1899) vetante educationem religiosam impertiri vel caeremonias religiosas celebrari in scholis publicis nec non in scholis quae submissae sint legibus et ordinationibus de disciplinis tradendis et de cur-

riculo studiorum. Ex quo licet inferre caeremonias ad Jinja, ab auctoritatibus publicis imperatas discipulis, non induere religiosam naturam.

Idem videtur esse tenendum de publicis caeremoniis, quae statutis diebus, auctoritatibus intervenientibus vel foventibus, ad nationalia Jinja peraguntur, cum eaedem auctoritates hanc esse suam mentem non semel, directe vel indirecte, affirmaverint, et haec profecto sit late diffusa persuasio cultiorum hominum Iaponici Imperii et eorum qui Iaponensium mores et animos profundius scrutati sunt.

Simili fere modo, actus qui iuxta patrios mores fieri solent quibusdam in eventibus, ut ex. gr. occasione funerum vel matrimoniorum, quamvis et ipsi originem forte habuerint religiosam, adhibentur nunc temporis a plurimis in tota Iaponia absque ulla religiosa significatione, sed tantum ut urbana ratio manifestandi benevolentiam erga propinquos et amicos; ita ut amisisse videantur intrinsecam connexionem cum ethnicis religionibus et in meros civiles mores mutati esse.

Cum primo hoc considerationum genere, alterum, quod sequitur, stricte coniunctum apparet. Etenim, cum persuasio late diffusa sit agi non de ritibus religiosis, sed de mere civilibus consuetudinibus, catholici, qui renuant huiusmodi caeremoniis interesse, facile incusantur, et facile ab hominibus vel non inimicis doctrinae catholicae creduntur esse frigidi erga patriam vel ingrati et inurbani erga familiares et amicos. Valde propterea optandum videtur ut removeantur causae huiusmodi publicae opinionis falsae et iniuriosae, quae non tantum fideles iaponicos multum afflictat, sed etiam animos avertit a via salutis ingredienda.

Haec Sacra Congregatio, omnibus ea attentione perpensis, quae rei gravitati convenit, viris peritis consultis, perspecta temporum ac morum evolutione, considerata mente Concilii Nagasakiensis anno 1890 celebrati, attenteque voto ab Excmis Delegatis Apostolicis E. Mooney et P. Marella atque ab Ordinariis Iaponiae recentius manifestato, post maturam deliberationem in solemni consessu Eminentissimorum PP. Cardinalium Sacro Consilio christiano nomini propagando praepositorum, die 18 maii c. a. habitam, sequentes normas agendi tradendas esse censuit :

1. Ordinarii in territoriis Iaponici Imperii doceant fideles, caeremoniis, quae fieri solent ad monumenta Jinja a Gubernio civiliter administrata, annecti ab auctoritatibus civilibus (ut ex explicitis declarationibus pluries datis constat) itemque communi cultiorum hominum sensu meram significationem patrii amoris, scilicet filialis reverentiae erga familiam imperialem et patriae benefactores; ideoque, cum huiusmodi caeremoniae valorem induerint mere civilem, catholicis licere in-

terésse eis et more ceterorum civium agere, declarata sua intentione, si quando hoc necessarium apparuerit ad falsas interpretationes sui actus removendas.

2. Iidem Ordinarii permittere possunt ut fideles, quando intersint funeribus, matrimoniis aliisque privatis ritibus in vita sociali iaponensi usitatis, participes fiant sicut ceteri (declarata, si necessarium, sua intentione ut supra) omnium illarum caeremoniarum, quae, quamvis forte a superstitione originem duxerint, ex circumstantiis tamen locorum et personarum et ex communi aestimatione nunc temporis non retineant nisi sensum urbanitatis et mutuae benevolentiae.

3. Circa iuramentum de ritibus, ubicumque in Iaponia in usu est, sacerdotes praesentes instructiones hac in re a Sacra Congregatione de Propaganda Fide datas dociles exsequantur, omni disputatione remota.

Quae omnia cum Summo Pontifici in Audientia diei XXV Maii a subsignato S. Congregationis Secretario relata fuissent, Sanctitas Sua dignata est rata habere, declarans Ordinarios Iaponiae normas supra datas sequi tuto posse et debere.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die XXVI mensis Maii A. D. MDCCCCXXXVI.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. © S.

f C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

II

NOMINATIONES

Sacra Congregatio de Propaganda Fide, successivis datis decretis, ad suum beneplacitum renunciavit :

30 Iunii 1936. — R. P. Paulum Julliotte, e Congregatione Sacrorum Cordium Iesu et Mariae (Picpus), *Praefectum Apostolicum de Mainau.*

7 Iulii. — R. P. Thomam Megan, e Societate Verbi Divini, *Praefectum Apostolicum de Sinsiang.*

11 Iulii. — R. P. Iulium Dillon, ex Ordine Fratrum Minorum, *Praefectum Apostolicum de Shasi.*

28 Iulii. — R. P. Chilianum a Killybegs, ex Ordine Fratrum Minorum Oapuccinorum, *Praefectum Apostolicum de Victoria Falls.*

— R. P. Eusebium a Corde Iesu, e Congregatione Clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi, *Praefectum Apostolicum de Tshumbe.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

AQUEN,

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERViE DEI MARIAE DOMINICAE MAZZARELLO, CONFUNDATRICIS INSTITUTI FILIARUM MARIAE AUXILIATRICIS.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Postquam Deus hominem creavisset, dixit : ***Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile sibi*** **(Gen., II, 18). Saeculo elapso mediante, insignem Deus suscitavit virum, Ioannem Bosco, qui ut tot tantisque malis, quibus mundus vexabatur, remedium afferret, animarum zelo succensus, piam Societatem S. Francisci Salesii fundavit, quae, totum nunc per orbem late propagata, innumeras, iuvenum praesertim, animas ad Christum adducit. Pius IX sa. me. uberes ab eadem Societate fructus in adulescentulorum educatione collectos perpendens, divino veluti instinctu permotus, eidem Sancto animum adiecit, ut similis pro puellis condendae Societatis propositum, quod iam ipse animo conceperat, in actum deduceret. Misericors Deus, ferventissimis servi sui precibus exoratus, miro suae providentiae consilio disposuit, ut S. Ioannes in Maria Dominica Mazzarello, de cuius heroicis virtutibus hoc in decreto agitur,** ***adiutorium simile sibi*** **adinveniret.**

Maria Dominica Mazzarello in loco vulgo dicto ***Momese,*** **veluti sub umbra sacelli B. Mariae Virgini Auxiliatrici dicati, intra Aquensis dioecesis fines, die 9 Maii a. D. 1837, prior ex septem filiis, ex Iosepho et Maria Magdalena Calcagno, honestis piisque ruricolis, nata est, eodemque die sacris baptismi aquis regenerata. Parens uterque maximam in sancte educandis filiis curam in exemplum impendebant : quare christianarum virtutum germina in Maria Dominica iam inde a prima pueritia alte consita fuere; quae, piissimi sacerdotis Dominici Pestarino**

opera, magis magisque succrevere. Sacra dape vix primitus refecta Sacraque Chrismate inuncta miros in christianis virtutibus exercendis progressus fecit.

Ordinariam vitae rationem extraordinario modo peragere summa cura studebat. Sacrosanctae Eucharistiae amantissima, summo mane, quum adhuc hiemali tempore tenebrae essent, nec frigus nec nivem, ut Sacro adstaret, Christique corpore se reñceret, reformidabat: quum autem, de sero, ad Ecclesiam accedere sibi non daretur, e domo, versus eam conversa, preces effundens, longas protrahebat moras.

Decimum septimum circiter aetatis annum agens, piae Filiarum Mariae Immaculatae societati nomen dedit, in qua perfectioris vitae iter generose aggressa, ad divina consilia adimplenda se comparavit.

Uti iam S. Ioannes Bosco, paternum agrum prius coluit, sarcinatricis postea artem exercuit; quibus in muneribus, mente in Deum defixa, omnia in eius gloriam adeo plene cumulateque agebat, ut vel unumquodque punctum, quod acu traheret, amoris actum in Deum elicere intenderet. Unde nihil mirum si olim, coram, veluti de peccato, se accusaret quadam die per quartum horae quadrantem a Deo mentem abstractam habuisse.

Animarum zelo deflagrans, eis Christo lucrifaciendis omne studium pro suo modulo impendebat.

Anno 1865 Maria Dominica una cum nonnullis aliis puellis, communem vitam in domo, paroeciali Ecclesiae proxima, instituit, quibus anno 1869 circiter S. Ioannes Bosco vitae ducendae methodum dedit. Quum autem plurium bonorum consilio instantibusque precibus, quibus Pii Papae IX veluti mandatum accessit, societatem quoque pro educandis puellis idem Sanctus instituere decrevisset, cum sacerdote Pestarino et Aquensi Episcopo consilio inito, uti novae Societatis fundamentum, Filiarum Immaculatae Conceptionis familiam assumpsit.

Quare die 5 Augusto a. D. 1872 Filiae Mariae Immaculatae huius novae Societatis vestibus indutae sunt, nec non coram Episcopo et S. Ioanne Bosco Maria religiosa vota nuncupavit.

Novensili huic Instituto a S. Ioanne *Filiarum Mariae Auxiliatricis* nomen inditum, eiusque regimen Mariae, prius vicaria potestate, concreditum fuit; duobus autem post annis unanimi Sororum suffragio, ipso S. Ioanne plaudente, ad hoc plene exercendum uti Generalis Superiorissa fuit electa.

Quo in officio filiabus suis perfectissimum virtutum omnium exemplar se praebuit. Nulla porro, etsi Suprema erat Moderatrix et aliquoties infirma, a communibus oneribus vacationem admisit; arctissimae

paupertatis amantissima detritis vestibus uti, in cubiculo milla superflua re instructo habitare, a quocumque interdiu obsonio abstinere, quin immo siquid in communi mensa aliquando delicatum appositum arcere in deliciis habuit. Humillima quum esset, sibi diffidens, toto pectore S. Ioannis spiritum haurire, atque ab eius pendere nutibus sollemne habuit.

S. Ioannes vero, eius virtutes animique dotes probe perpendens, delegatum quidem suum, qui ei, in spiritualibus praesertim, assisteret, assignavit, regulas conscripsit, liberam tamen in Instituti regimine eam esse voluit : et sapienter, ut eventus probavit. Institutum enim tam prudenter Maria moderata est, ut hoc, ea vivente, mirifice propagatum fuerit, atque uberrimos laetissimosque tulerit fructus : modo autem ab Apostolica Sede approbatum sexcentas circiter totum per orbem, vel in Missionum locis inter infideles, numerat domos, pluraque Sororum millia, quae utriusque Parentis spiritu impulsae, Dei Ecclesiam actuosissima pietate illustrant.

Maria Dominica innocentissimae vitae candore enituit. Laeta et tristia, prospera et adversa aequo iucundoque animo, veluti divina dona, acceptavit.

Vividissima in Eucharistiam religione ferebatur, quasi praesentem Christum suis oculis videret. Tenerrima Beatam Virginem devotione coluit. Vere cum Apostolo Paulo et ipsa dicere poterat : *Nostra autem conversatio in caelis est.*

Ex hac intima cum Deo unione factum est, ut litterarum pene rudis, sapienter loqui et scribere valüisset. Cordium scrutatione aliisque donis eam Deus ditavit. Ceterum summae auctoritatis viri eius sanctitatem sunt demirati.

In urbe Nizza Monferrato pleuritico morbo graviter correpta, sacramentis recreata, *caritatem, humilitatem* atque *obedientiam* filiabus suis commendans, sanctissima Iesu, Mariae et Ioseph nomina invocando, die 14 Maii mensis a. D. 1881, purissimam animam Deo reddidit, annos nata quatuor supra quadraginta.

Pretiosam eius mortem sanctitatis fama est subsecuta. Quare ab anno 1911 ad 1917 in Aquensi Curia Ordinaria auctoritate constructi sunt processus super eadem fama, super scriptis atque super obedientia Urbanianis decretis de cultu Servis Dei non praestando. Quibus accessere duo Eogatoriales Bonaèrensis et S. Ioseph de Costarica.

Servatis de iure servandis, S. R. C. favorabile super scriptis die 15 Iulii mensis a. 1924 decretum edidit. Die 27 Maii mensis sequenti anno Ssmus D. N. Pius Pp. XI Sua manu Commissionem Introductio-

riis Causae obsignare dignatus est. Die 23 Iunii mensis a. 1926 S. R. C. decrevit Urbani VIII leges, ad cultum qnod attinet, servatas fuisse. Apostolico processu in Aquensi Curia condito, pro eius iuridica vi, sicut et Informativi, die 23 Iunii decretum est. Hisce de iure positis elapso anno die 21 Februarii mensis coram Rmo Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, super virtutibus Antepraeparatoria Comitia, die vero 19 Novembris mensis Praeparatoria habita sunt. Generalis vero coram Sanctitate Sua die 21 nuper praeteriti mensis habita est Congregatio; in qua idem Rmus Cardinalis Ponens dubium proposuit discutiendum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Porro Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores suum edidere suffragium. Beatissi-* mus vero Pater suum edere iudicium in hanc diem, Inventioni S. Crucis sacram, distulit, ut ingeminatis precibus, in re tanti momenti maiori lumine a Deo illustraretur.

Quapropter, sacrosancto Eucharistico litato sacrificio, arcessitis Rmis Cardinalibus Camillo Laurenti S. R. C. Praefecto ac Alexandro Verde Causae Ponente seu Relatore, nec non R. P. Salvatore Natucci Fidei Promotore generali meque infrascripto Secretario, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum, cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servae Dei Mariae Dominicae Mazzarello in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 3 Maii a. D. 1936.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

n

PARISIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE A PROVIDENTIA, IN SAECULO EUGENIAE SMET, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM AUXILIATRICUM ANIMARUM IN PURGATORIO DEGENTIUM

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Eugenia Smet, vix septennis, dum olim cum aliis puellis in paterno liorto iucunde cursitabat, ex abrupto consistit, fit gravis aspectu, et « sçitisne, ait, quid mente revolvam? Si qua ex vobis in igneo carcere detineretur, nobisque datum esset eam uno verbo liberare, nonne continuo hoc diceremus? Plures animae purgatorio igne detinentur : ipse Deus, qui iuste eas punit, ut eas liberet precatiunculam a nobis expetit, nos vero hanc non facimus! »

Cogitatum hoc, quod miram puellulae fidem atque caritatem prodit, totam eius vitam informavit ut ex mox dicendis apparet.

Eugenia, Maria, Iosepha Smet Insulae in Gallia die 25 Martii mensis a. D. 1825 ex Henrico et Paulina Taverne de Montdhiver, christianis moribus ac pietate conspicuis, tertia inter sex liberos nata est, eodemque die baptizata. Anno 1834 sacro Chrismate fuit Unita, atque post annum sancta Eucharistica dape primitus refecta. Religiosarum a Sacro Corde Iesu alumna, in exemplum se gessit, miras praesertim ad pietatem progressiones faciens. Ad religiosam capessendam vitam se vocatam persentiens, eidem Sacri Cordis Instituto cooptari optabat; sed, Deo aliter de ea disponente, sensim sine sensu ad novum Institutum pro animabus piacularibus flammis addictis condendum, peculiari divinae providentiae consilio, adducta est. Equidem caritatis igne pro Dei gloria et proximorum bono exardescens, in eas animas solandas omnia sua studia, omnem operam, omnes industrias cogitationesque impendebat. Perpendens autem nullum in militanti Ecclesia religiosum Institutum adesse, cuius peculiaris finis esset animabus his .suffragari, ferventissimis fusis precibus atque adhibito prudentum virorum consilio, rem exequendam animosa suscepit. Praecipuum hortatorem habuit s. Ioannem Vianney, qui ei animum addens : *En opus,* ait, *a Deo diu vehementerque optatum.* Quapropter a. 1856 Lutetiam Parisiorum se contulit, ubi Archiepiscopi

Mariae Dominici Augusti Sibour benevola approbatione accepta, Instituti Sororum, quae Auxiliatrices animarum in Purgatorio degentium nuncupantur, prima fundamenta constituit.

Ob inconcussam vero fiduciam, qua divinae providentiae se iugiter commiserat, Mariae a Providentia nomen assumpsit. Cui rationi et alia non minoris ponderis est addenda. Adhuc enim puella cum esset, ipsius Dei *providentiam* se fieri velle dictitabat, eo scilicet animo, ut debitas divinae iustitiae poenas pro animabus purgatorii, quoad eius esset exsolvëns, eas sic expiatas divinae misericordiae glorificandas quasi dono traderet. Quod quum intelligeret quantopere Deo, miserentissimo Patri, acceptum foret, se totam animabus illis expiandis generose dedit, non modo precibus atque asperis sui castigationibus, seid et heroico virtutum omnium exercitio, atque praesertim omnigenis misericordiae operibus, erga egenos ac derelictos : ut dum mortalium miserias leniret. animabus purgatorii solamen afferret.

Quos salubérrimos atque Deo gratissimus fructus ut uberiores redderet atque firmaret, Instituto a se condito perennandos, in eodem caritatis spiritu, commendavit.

Hanc vero Famulae suae operam, quam Deus mature ei inspiraverat, et quam ipsa fideliter impleverat, benignissimus Dominus generosa magnificentia rependit. Eam enim dum crucis suae participem effecit, mira simul fortitudine ad crucem ferendam roboravit.

Equidem pauperiem, irrisiones, calumnias, derelictiones, corporis atroces cruciatus, animi angustias aliosque passa est labores et dolores, quae omnia non modo invicta patientia sustinuit, sed et grato animo accepit, se veluti hostiam pro animabus purgatorii Deo offerens. « Inter ea, quae peccatum non sunt, quinque, aiebat, ne evenirent verebar : A parentibus separari, religiosam familiam constituere, inopia ad eam alendam premi, alieno aere gravari, cancri morbo cruciari. Dei autem gratia quinque hisce aerumnis sum confecta».

Ad tantam virtutem assequendam plurimum eius conscientiae moderatores contulerunt, prudentia et sanctitate vitae praestantes, prae ceteris vero Servus Dei Petrus Olivaint e S. I. qui impiorum hominum ferro a. 1871 Parisiis occubuit.

Quam Deo accepta fuerit magnanima haec Famulae suae deditio, ipsa ostendit Instituti propagatio. Ea adhuc vivente, plures iam domus variis in locis, vel in Sinensi imperio, sunt constitutae.

Ab Apostolica Sede Institutum postea approbatum magis in dies florescit.

Sed iam Mariam a Providentia tot laboribus perfunctam virtutibus-

que nitentem aeternum manebat praemium. Cancri morbo, quo per biennium laboraverat, ad mortem adducta, spiritualibus filiabus suis caritatem enixe commendans, purissimam animam die 7 Februarii a. 1871 Deo reddidit, annum agens vix quadragesimum sextum.

Sanctitatis fama post eius obitum non deferbuit, praesertim ob gratias seu miracula eius interventione, ut ferunt, a Deo patrata. Quare, quum rerum adiuncta primum sivere, a. 1926 Parisiis et per rogatoriales litteras in Vicariatu Apostolico de Nan-King in Sinis Ordinaria'auctoritate super sanctitatis et miraculorum fama nec non super scriptis ac super cultu numquam exhibito processus sunt constructi. Scriptis Servae Dei perpensis, S. R. C. die 22 Maii 1935 decrevit : *Nihil obstare quominus ad ulteriora procedatur.*

Interim plures Postulatoriae Litterae Ssmo D. N. Papae porrectae sunt, ex quibus septem Emorum Cardinalium, quatuor Regalium Celsitudinum et ultra centum Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Generalium Moderatorum Religiosorum Ordinum seu Congregationum.

Omnibus itaque ad iuris normam comparatis, Illmo ac Rmo D. Francisco Xaverio Hertzog Prot. Ap. a. i. Postulatore instante, in Ordinariis S. R. C. comitiis die 28 Aprilis mensis h. a. ad aedes Vaticanas habitis, Emus ac Rmus D. Cardinalis Camillus Laurenti S. R. C. Praefectus, Causae Relator, dubium proposuit discutiendum : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Rmi PP., audita eiusdem Cardinalis relatione, nec non Officialium Praelatorum scriptis suffragiis, auditoque R. P. D. Salvatore Natucci Fidei Promotore Generali, omnibus mature perpensis, rescribendum censuerunt : *Affirmative,* seu *signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Ssmo placuerit.*

Facta autem subsignata die Ssmo D. N. a R. P. D. Fidei Promotore relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria Manu Commissionem Introductionis Causae Mariae a Providentia signare dignata est.

Datum Romae, die 5 Maii a. D. 1936.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. $ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM

DE MAGISTERIO A PONTIFICIO INSTITUTO MUSICAE SACRAE CONFERENDO

Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus, cum Pontificii Instituti Musicae Sacrae de Urbe naturam, finem ac studiorum rationem penitus perspecta habeat, auctoritate sibi a Ssmo D. N. Pio XI commissa, eidem Instituto potestatem tribuit *Magisterium* sive jin cantu gregoriano sive in compositione sacrorum concentuum sive in pulsandis organis conferendi, in munere docendi Doctoratui aequiparatum.

Quod Magisterium iis tantum conferri potest alumnis, qui Licentiam Iam sint assequuti atque, — ceteris omnibus absolutis, quae tum a Constitutione Apostolica « Deus scientiarum Dominus » et ab adnexis eidem ordinationibus, cum a Statutis Pontificii Instituti praescribuntur, excepta doctorali dissertatione, — peculiare dederint experimentum, ex quo de eorum idoneitate ac peritia theorico-practica vel in cantu gregoriano vel in compositione sacrorum concentuum vel in pulsandis organis rite constet.

Datum Romae, ex Aedibus S. Callisti, die xn Martii, in festo S. Gregorii M., anno MCMXXXVI.

C. Card. BISLETI,, *Praefectus.*

L. S S.

E. Ruffini, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 10 Ottobre 1936, Sua Santità ha ricevuto in Udienza solenne S. E. il Sig. Dott. NICOLA MARIO EUSEBIO DEL RIVERO Y ALONSO DE AGUILAR, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Cuba, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Lunedì, 12 Ottobre 1936, la medesima Santità Sua ha ricevuto in Udienza solenne S. E. il Sig. Dott. FRANCISCO A. FIGUEROA, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica del Guatemala, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO

Si rende noto che le domande di ammissione degli ecclesiastici allo Studio della Sacra Congregazione del Concilio, per la pratica giuridica amministrativa e catechistica, si ricevono nella Segreteria della stessa Sacra Congregazione del Concilio dal 20 Ottobre al 20 Novembre.

Roma, lo Ottobre 1936.

G. Bruno, *Segretario.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

4	*Aprile*	*1935.*	Monsig. Giacomo Gavassino, della diocesi di Iglesias.
21	*Maggio*	*1936.*	Monsig. Carlo Lino Perez, dell'archidiocesi di Lima.
»	»	»•	Monsig. Eloy Chiriboga, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Paolo Chavez-Aguilar, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Giacomo Martínez, della diocesi di Arequipa.

21 Maggio 1936. Monsig. Gregorio Martínez, della medesima diocesi.
4 Giugno » Monsig. Francesco Saverio della Pietà Rebello, del patriarcato di Goa.
2 Luglio » Monsig. Luigi Matachione, della diocesi di Sora.
» » » Monsig. Achille Doriguzzi, della diocesi di Lecce.
» » » Monsig. Vincenzo De Sanctis, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Oronzo Bello, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Antonino Gatarella, della diocesi di Agrigento.
9 » » Monsig. Germano Tribas, dell'archidiocesi di Udine.
» » » Monsig. Ilario Irnberciadori, della diocesi di Montalcino.
» » » Monsig. Marco Gambardella, dell'archidiocesi di Amalfi.
» » » Monsig. Felice Mansi, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Felice Casadei, della diocesi di Sarsina.
16 » » Monsig. Giovanni Marino Van der Tuijn, della diocesi di Haarlem.
» » » Monsig. Carlo Perico, della diocesi di Bergamo.
» » » Monsig. Guglielmo Diessl, della diocesi di Leitmeritz.
» » » Monsig. Roberto Najman, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Gennaro Jovane, dell'archidiocesi di Gaeta.
23 » » Monsig. Francesco Cornelii, dell'archidiocesi di Udine.
30 » » Monsig. Gino Lugli, della diocesi di Carpi.
1 Agosto » Monsig. Antonio Sabelli, dell'archidiocesi di Buenos Aires.
6 » » Monsig. Pacifico Ciabocco, dell'archidiocesi di Camerino.
» » » Monsig. Giuseppe De Lorenzi, della diocesi di Biella.
» » » Monsig. Valentino Elwes, dell'archidiocesi di Westminster.
3 Settembre » Monsig. Bartolomeo Pezzo, della diocesi di Verona.
» » » Monsig. Luigi Novak, dell'archidiocesi di Gorizia.
17 » » Monsig. Giuseppe Prandini, della diocesi di Carpi.
2 Ottobre » Monsig. Aurelio Fiorani (Roma).
7 » » Monsig. Umberto Mozzoni, della diocesi di Macerata.
8 » » Monsig. Giacomo Morelli, della diocesi suburbicaria di Palestrina.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:

13 Giugno 1936. Il sig. Furey Ellis, dell'archidiocesi di Filadelfia.
» » » Il sig. Matteo Me Closkey, della medesima archidiocesi.
» » » Il sig. Vincenzo Carroll, della medesima archidiocesi.
23 Luglio » Il Visconte Carlo de Curel, della diocesi di Limoges.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

2 Luglio 1936. Monsig. Giuseppe Tischberger, della diocesi di Linz.
9 » » Monsig. Stefano Kuthy, della diocesi di Alba Reale.
» » » Monsig. Luigi Rosa, della diocesi di Pon tremoli.

2	*Luglio*	*1936.*	**Monsig. Annibale Corradini, della medesima diocesi.**
»	»	»	**Monsig. Enrico Lorenzelli, della medesima diocesi.**
16	»	»	**Monsig. Leopoldo Punzi, dell'archidiocesi di Gaeta.**
»	»	»	**Monsig. Luigi Di Campo, della medesima archidiocesi.**
6	*Agosto*	»	**Monsig. Francesco Kaderabek, dell'archidiocesi di Praga.**
»	»	»	**Monsig. Luigi Tylinek, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Andrea Frank, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Francesco Trnka, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Venceslao Moeckl, della medesima archidiocesi.**
»	» .	»	**Monsig. Carlo Enzmann, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Giovanni Matejka, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Gustavo Verich, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Venceslao Tichy, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Giuseppe Svátek, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Francesco Rudolf, della medesima archidiocesi.**
3	*Settembre*	»	**Monsig. Francesco Ballaben, dell'archidiocesi di Gorizia.**
»	»	»	**Monsig. Angelo Tre visan, della medesima archidiocesi.**
»	»	»	**Monsig. Giuseppe Vodopivec, della medesima archidiocesi.**

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

3	*Settembre*	*1936.*	**Monsig. Ermanno Rosin, dell'archidiocesi di Gorizia.**
»	»	»	**Monsig. Desiderio Spagnul, della medesima archidiocesi.**

NECROLOGIO

5	*Agosto*	*1936.*	**Monsig. Salvio Huix Miralpeix, Vescovo di Lérida.**
31	»	»	**Monsig. Giovanni Battista Hierl, Vescovo tit. di Teuchira.**
3	*Ottobre*	»	**Monsig. Guglielmo Hayden, Arcivescovo di .Hobart.**
7	»	»	**Monsig. Giuseppe Thorman, Vescovo di Hexham e Newcastle.**
10	»	»	**Monsig. Giovanni Garigliano, Vescovo di Biella.**

An. et Vol. XXVIII 28 Octobris 1936 (Ser. II, v. III) - Num. 13

áCTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. XI

MOTUPROPRIO

DE PONTIFICIA ACADEMIA SCIENTIARUM

PIUS PP. XI

In multis solaeiis, quibus Dei benignitas Pontificatus Nostri cursum prosecuta est, illud etiam adnumerare libet, Nos videlicet eorum cernere potuisse non paucos, qui naturae secreta experiundo rimantur, mentium habitum propensionemque, ad religionem quod attinet, ita immutasse, ut animos alio iam intendisse videantur. Scientia, quae vera rerum cognitio sit, numquam christianae fidei veritatibus repugnat; immo etiam — ut qui scientiarum annales pervolutaverit, non fateri non poterit — quemadmodum Romani Pontifices unaque simul Ecclesia nullo non tempore doctorum hominum vestigationes, iis etiam in rebus quae experimentis cognoscuntur, provehendas curarunt, ita vicissim eiusmodi disciplinae ad tutandum caelestis veritatis thesaurum, eidem Ecclesiae creditum, viam munierunt. Quapropter, ut Vaticanum Concilium sollemniter docuit, <(non solum fides et ratio inter se dissidere numquam possunt, sed opem quoque sibi mutuam ferunt, cum recta ratio fidei fundamenta demonstret, eiusque lumine illustrata rerum divinarum scientiam excolat; fides vero rationem ab erroribus liberet ac tueatur, eamque multiplici cognitione instruat ».[1] Utique, proh dolor, per proxime revoluta tempora, eruditi homines interdum, qui paternam antea avitae religionis domum incoluerant, eam miserrime — quamvis reapse non addiscendae veritatis causa — « prodigi filii » instar dese-

[1] Sess. III, cap. IV.

ruerunt; atque etiam, superiore praesertim saeculo, humanae scientiae divinaeque revelationis vias rationesque sibi invicem adversari commenticio quodam modo ausuque temerario asseveratum est. Attamen praeiudicatae istiusmodi opiniones — quod quidem haud mediocri cum animi solacio fateri licet — iam ita obsoleverunt, ut nemo fere inveniatur unus, qui digne pervestigando in physicarum rerum inquisitionem incumbat, huiusque erroris adsertor ac vindex evadat.

Quin immo nolumus heic silentio praetermittere scientiarum cultores non paucos per Pontificatus Nostri decursum — quos inter non deerant, qui et summi in sua cuiusque disciplina haberentur, et maximis honoribus dignati essent — cum e longinquis etiam variisque nationibus peregre Romam petiissent, Conventus ad optima promovenda studia celebraturi, ad Nos coram adiisse, ut sua humanitatis officia Nobismet ipsis, vel illi potius auctoritati venerabundi déferrent, quam Apostolica haec Sedes per immerentem quoque Beati Petri Successorem perpetuo obtinet. Contigit etiam ut horum in numero nonnulli essent, qui, tametsi pretiosissimum catholicae fidei munus non adepti, consentaneum tamen ducerent hanc, quae Nostra est, veritatis Cathedram prona fronte vereri. Nec defuerunt qui, cum ad Nos suo suorumque nomine verba facerent, iure optimo edicere non dubitarent rerum omnium scientiam ad christianam fidem viam sternere ac communire; quod profecto magnum paterno animo Nostro gaudium indidit.

Quibus positis propitiis rerum temporumque adiunctis, « Pontificiam Academiam Scientiarum » ad nova potiunda incrementa promovere opportunum esse autumavimus.

Quattuor iuvenes, ut omnes norunt, in quibus Fridericus Cesi, die XVII mensis augusti, anno MDCIII, hac in alma Urbe « Lynceorum philosophorum Ordinem, seu Consessum, seu Academiam » condiderunt. Cuius quidem Fridericus Cesi, princeps delectus, per « Lynceographum » hoc esse Instituti propositum edixit ac definivit, nempe «rerum cognitionem et sapientiam non solum acquirere, recte pieque simul vivendo, sed et hominibus voce et scriptis absque ullius noxa pacifice pandere ». Varias deinceps hic doctorum virorum coetus, decursu aetatis, fortunae vices cepit : non semel ex antiquo splendore decidit, itemque non semel fuit ad pristinum decus restitutus; usque dum anno MDCCCXLVii decessor Noster im. r. Pius IX, nova instauratione peracta, non iam a privatis scientiarum cultoribus, sed a Romano ipso Pontifice et a publica eius auctoritate illum pendere decrevit. Quo ex tempore institutum idem « Pontificia Academia Novorum Lynceorum » cognominatum est, idque sibi proposuit ut graviorum disciplinarum studia

eorumque incrementa, data a sodalibus sollerter opera, promoveret. Ac mox alius decessor Noster s. m. Leo XIII, anno MDCCCLXXXVII, novas statuit normas, quibus huius coetus momentum gravitatemque foveret; idque per amantissimas litteras ad Venerabilem Fratrem Aloisium S. R. E. Card. Oreglia, Episcopum Praenestinum, eumdemque Academiae Patronum; in quibus haec, inter alia, scripsit : « Multa commendatione dignam censuimus et ab exordiis Pontificatus Nostri praecipua benignitate complexi sumus Pontificiam Academiam Novorum Lynceorum, cuius observantia et fides, tempore etiam difficili, se Nobis probavit ».

Iamvero Nos, cui quidem felices humanarum scientiarum processus tantopere cordi sunt, quique Apostolicae Sedis ac Vaticanae huius a Nobis constitutae Civitatis ornamenta ac decora in oculis f erimus, postquam Academiae huic Nostrae et opportunas opes ad sua incepta assequenda, et dignam sedem memoriisque insignem attribuimus, consentaneum omnino existimavimus eam prope funditus instaurare; idque hoc die facere libuit, quo die, ante annos xvn, summum a Deo accepimus beneficium, cum episcopali dignitate insigniti fuimus.

Hoc igitur consilio ducti, Nos, de Nostrae plenitudine potestatis, motu proprio, ac matura deliberatione Nostra, hoc studiorum domicilium ad novas normas redactum restauramus, idemque « Pontificiam Academiam Scientiarum » constituimus ac declaramus; itidemque Statuta, heic adiecta, eidem propria promulgamus, quibus in posterum et coetus ipse regatur, et quibus ii omnes, quorum res est, obtempèrent, obtemperationemque haberi iubeant.

Ut vero iam nunc huic Instituto dignitatem esse testemur excelso suo muneri parem, septuaginta illos egregios viros, qui Pontificiam Academiam efficiant, quique idcirco « Academici Pontificii » nuncupentur, Nosmet ipsi — et hac prima vice non modo auctoritate Nostra, sed directo etiam Nostraque sponte — nominamus. Ex variis nempe scientiarum cultoribus, qui satius singulis nationibus honori sint, summa equidem cura eos delegimus. Ad quem quidem faciendum delectum, ut laborum potissimum operumque gravitate ducti fuimus, quae in scientiarum emolumentum unusquisque pro sua parte contulisset, ita nominis etiam Nos moverunt laudes, quibus, omnium consensu ac plausu, in doctorum virorum ordine iidem fruerentur. Ab eis itaque Apostolica haec Sedes id auxilii ac decoris exspectat ac praestolatur, cuius hic veluti doctorum hominum Senatus, seu « Scientificus » Senatus, certum portendit auspicium. Neque idcirco nimii videamur, quod hunc optimarum disciplinarum coetum quasi Apostolicae Sedis in seien-

tiarum provincia Senatum nuncupaverimus; quidquid enim honoris a doctrinae cultoribus caelesti Numini tribuitur, id procul dubio, ut debitum humanae rationis obsequium Summae Veritati testatur, ita nobilem prae primis procreatori Deo observantiam praestat.

Nobis autem in votis exspectationeque est, fore ut Pontificii Academici, vel per hoc Nostrum suumque studiorum Institutum, ad scientiarum progressionem fovendam amplius excelsiusque procedant; ac nihil praeterea aliud petimus, quandoquidem hoc eximio proposito praeclaroque labore famulatus ille nititur servientium veritati, quem ab iisdem postulamus.

Qui vero in Academiae coetum, a Nobis in praesens restauratae, iam adlecti fuerunt, quique superioribus annis ad illius incrementa sedulo contulerunt, eis, grati Nostri animi causa, libenter damus ut, quoad huius vitae usura fruentur, quemadmodum antea ita et in posterum, Institutum hoc Nostrum vel qua honorarii, vel qua ordinarii, vel qua ((correspondentes », ut aiunt, Socii participent; atque adeo honoribus potiantur, quos per Statuta a Nobis promulgata iisdem dilargiti sumus.

Atque interea Pontificiis Academicis cunctisque Sociis, iisque omnibus, qui suam Academiae huic praebebunt operam, caelestia munera, ad labores cuiusque suos feliciter insumendos, impense a Deo precamur; quorum quidem munerum conciliatrix esto Apostolica Benedictio, quam tum iisdem singulis universis impertimus, tum in primis eorum Praesidi, dilecto nempe filio Augustino Gemelli O. F. M., ut divino fretus auxilio datas heic a Nobis normas ad rem deducere auspicato valeat.

Quaecumque vero a Nobis, hisce litteris motu proprio datis, statuta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, die xxvin mensis octobris, anno MDCCCCXXXVI, **Pontificatus Nostri quinto decimo.**

PIUS PP. XI

STATUTA

PONTIFICIAE ACADEMIAE SCIENTIARUM

STATUTA
PONTIFICIAE ACADEMIAE SCIENTIARUM

TITULUS I

Constitutio et finis

Art. I

Pontificia Academia Scientiarum hoc sibi assequendum proponit ut scientiarum physicarum, mathematicarum, naturalium studia, profectus historiamque foveat.

Art. II

Academia autem, ut quod sibi proponit attingat :

a) **excutit et disputât potissimas quaestiones ad scientias physicas, mathematicas, naturales spectantes ope Dissertationum, Notarum et Commentationum;**

b) **ipsamet studet scientificis inquisitionibus et investigationibus perficiendis, aut Institutis vel privatis hominibus opitulatur, ut eisdem incumbant;**

c) **operam dat scriptis de rebus scientificis edendis;**

d) **parat conferentias, congressus, celebrationes.**

TITULUS II

Ordinatio

§ 1 - *Academicorum ordo*

Art. III

Ad Academiam pertinent septuaginta « Pontificii Academici », quos ipsemet Romanus Pontifex deligit.

Ipso iure pro munere. « Pontificii Academici supranumerarii » sunt :

a) **Rector Speculae Astronomicae Vaticanae,**

b) **Praefectus Laboratori! Astrophysik Speculae Vaticanae,**

c) **Praefectus Bibliothecae Apostolicae Vaticanae,**

d) **Praefectus Tabularii Vaticani,**

e) **Rector Scientificus Musei Missionalis ethnologici.**

Hi ad Academiam pertinebunt, usque dum memorata munera servarmi.

Extra ordinem iis annumerari queunt « Pontificii Academici honorarii », quo titulo ii decorantur qui de Academia deque eius inceptis scientificis beneficiorum largitate praeclare meriti sunt.

Art. IV

Academiae Praeses Summo Pontifici eorum nomina praefert, ut Academicorum titulo honestentur, qui initis in Academia suffragiis ad normam art. XXIII favorabilis sententiae iudicium nacti sint.

Praeses autem hac de forma discedere potest, si quem Pontificis Maximi delectui proponat doctrinae fama insigniter clarum.

Academici ad vitae tempus manent, nisi de iis agatur, qui ad Academiam ex ipso suo munere pertinent.

Art. V

Academici intersunt sessionibus atque ibidem exhibent Dissertationes, Notas et Oommentationes; disceptant et suffragia ferunt; ius habent candidatorum nomina profitendi, nova investigationum argumenta proferendi, Bibliotheca ad praescriptas normas utendi.

Academici non residentes rogari possunt, ut scripto qualibet de re sententiam aperiant vel in enucleandis quaestionibus auxilia ferant, ubi eorum scientia praepolleat.

Omnes excipiunt Acta academica et Oommentationes de quibus in art. XXVIII.

Art. VI

Academici in singulis Academiae sessionibus et in publicis celebrationibus gestare possunt numisma, quod in adversa parte tiaram et claves verbis « Deus scientiarum Dominus » circumdatum habet, in memoriam scilicet Pii XI Pont. Max. ecclesiasticorum studiorum et ipsius Academiae Restitutoris; atque in aversa parte insculptum portat proprium Academici nomen olea lauroque redimitum.

Academici possunt consuete insigne gestare, quod minutam breviatamque adversam numismatis partem referat.

Iidem, cum habentur Capellae Pontificiae et peraguntur sollemnia, ubi ipse Pontifex Maximus interest, praefinitum in ecclesia locum tenent.

Pontificiorum Museorum et Pinacothecarum iisdem liber aditus patet.

§ 2 - *Academica munera*

Art. VII

Academiae Summus Pontifex ipse tutelam exercet.

Eandem moderantur et regunt :

1° Praeses,

2° Consilium Academicum,

3° Ab actis,

4° Praepositus rei nummariae,

5° Bibliothecarius,

6° Censores,

7° Probatores impensarum redituumque.

Art. VIII

Praeses creatur *motu proprio* a Summo Pontifice, a quo immediate pendet.

Munus tuetur quattuor annos, quibus exactis, confirmari potest ab eodem Summo Pontifice.

Praeses :

***a)* Academiam repraesentat;**

***b)* summam Instituti rerum gerit;**

c) convocat Consilium Academiae necnon sessiones, iisdemque praeest;

***d)* a Consilio statuta exsequitur.**

Si Praeses absit, potest aliquod Consilii membrum designare, ut suam vicem supplens sessionibus praesit, itemque Academicum quemlibet pro Consiliario impedito substituere. Valet etiam, si id opportunum aestimaverit, unum aut plures Academicos legare ad Academiae personam alicubi gerendam.

Art. IX

Consilium Academiae efformant :

Praeses pro tempore,

Praeses postremus, absoluto munere,

quinque Academici.

Academici Consilio cooptandi, latis a ceteris sociis favorabiliter suffragiis, a Summo Pontifice nominantur rogatu Praesidis.

Non possunt eligi nisi Academici residentes aut quasi residentes. In

munere perstant quattuor annos, quo exacto temporis spatio iterum eligi valent.

Ex iis quibus Consilium coalescit, designantur Ab actis, rei nummariae Praepositus, Bibliothecarius, duo Censores.

Consilium Academiae:

a) adiutricem operam navat Praesidi in Academia moderanda;

b) in sessionibus pertractanda parat et componit calendarium academicum;

c) Instituti patrimonium curat itemque administrationem gerit;

d) délibérât de ponendorum sumptuum redituumque aestimatione eorumque redditis rationibus, quae omnia praevie rei nummariae Praepositus apparat, eademque sollemni sessioni probanda subicit.

Deliberata vigent, si pleraque Consilii membra adfuerint et in eandem sententiam convenerint.

In paribus utrimque suffragiis Praesidis sententia praeponderat.

Consilium cogitur alternis mensibus et praeter ordinem, si necessitas impellat aut duo eius membra id petierint.

Art. X

Academicus Ab actis :

a) Academicorum elenchum digerit et servat ad Praesidis mandatum;

b) Ab actis est in Academiae Consilio;

c) Secretariae officiis in negotiis expediendis praeest.

Quodsi absit aut utcumque impediatur, Praeses quempiam Consilio cooptatum designat, ut eius vices gerat.

Art. XI

Rei nummariae Praepositus :

a) curat congruam rei oeconomicae administrationem et impensarum redituumque libros;

b) tuetur supellectilem Instituti, sive quae ad domum sive quae ad scientiam pertinet;

c) digerit ponendorum sumptum redituumque aestimationem, eorumque redditas rationes;

d) proventus exigit atque, cum suscepit perscriptionem Praesidis, ab Academico Ab actis ipso quoque subscriptam, pecunias solvit;

e) temperat cuncta quae ad aream nummariam attinent et ad rei oeconomicae dispensationem.

Art. XII

Bibliothecarius :

a) Bibliothecae praeficitur :

ö) vigilat ut Bibliothecae praescripta et normae serventur.

Art. XIII

Censores sub moderamine Praesidis :

a) cavent, ut cuncta in Academia ordinatim fluant;

b) prospiciunt Statutis atque Ordinationibus diligenter tuendis;

c) de Academicis adseiscendis praesentationes examinant et Consilio referunt.

Art. XIV

Academici impensarum redituumque probatores ab Academiae sociis deliguntur ex iis, qui nullam in Consilio partem! habeant.

Biennii spatio in munere persistunt et iterum eligi possunt.

Ii invigilant, ut rei oeconomicae administratio rite fiat et impensarum redituumque libri rite serventur; speculantur ponendorum sumptuum redituumque aestimationem eorumque redditas rationes, et impensas confirmant et Academiae referunt.

3 - *Opes*

Art. XV

Opes, quae Academiae praesto sunt, ut quod sibi proposuit assequi valeat, sunt :

a) dos a Pio XI Summo Pontifice tributa, cuius gestionem Administratio bonorum Apostolicae Sedis curat;

b) Instituti supellex, necnon instrumenta quae ad scientiam pertinent et libri;

c) munera et legata;

d) reditus, qui ex opera Instituti proveniunt.

Quotannis quinque centenae de reditibus excipiuntur, ut stabilis pecuniae provisus coacervetur.

TITULUS III

Actionis ratio

§ 1 - *Annus academicus et calendarium*

Art. XVI

Annus academicus init Calendis Novembris et desinit die xxxi mensis Iulii.

1° caerimonia in Sacello Paulino, ut Deo agantur grates Eiusque benedictio in Academiae labores petatur, pro Ecclesia et Summo Pontifice preces fundantur, pro Academicis vita functis piae supplicationes adhibeantur;

2° sollemni quadam sessione, ad quam ipse Summus Pontifex invitatur. Praeses superioris anni labores summatim breviterque illustrat ac novos inito anno obeundos delineat.

Art. XVII

In postrema Sessione anni academici Praeses calendarium venturi anni Academiae probandum producit. Hoc in Calendario, a Consilio confecto, dies sessionum, quae fixo certoque ordine fiunt, notantur.

§ 2 - *Sessiones Academiae*

Art. XVIII

Sessiones Academiae sunt ordinariae et extraordinariae, secretae et publicae.

Academia convenit in sessiones ordinarias diebus, qui in Calendario Academico constituti sunt.

Sessiones extraordinariae indicentur a Praeside, cum id necessarium aestimaverit. .

Art. XIX

In Sessionibus publicis :

a) Academicorum nova nomina et dignitates renuntiantur;

ö) exhibentur Dissertationes, Notae, Oommentationes scripta typis edita;

c) concursum exitus proclamantur et vieta praemia destinantur.

Academici, qui loci intervallo aut impedimento quovis prohibentur, quominus Sessionibus publicis intersint possunt alium Academicum designare, qui pro se Dissertationes legat, deferat Notas vel Commen-

tationes vel scripta typis mandata. Quodsi haec designatio facta non sit, consulat Praeses.

Academici possunt producere Dissertationes, Notas et Commentationes etiam eorum, qui Academiae extranei sunt, si haec memoratu digna esse videantur.

Academici Dissertationes, Notas, Commentationes possunt proprio sermone exarare, epitome tamen adiecta latine conficienda.

Art. XX

In Sessionibus secretis :

***a)* negotia expediuntur sueta et extraordinaria;**

***d)* adprobantur ponendorum sumptuum reddituumque aestimatio eorumque redditae rationes necnon impensae;**

c) examinatur et decernitur quidquid ad intimam Academiae vitam spectat;

***dj* tempora et argumenta harum sessionum a Praeside praefiniuntur.**

Art. XXI

De rebus deliberandis suffragia feruntur in Sessionibus secretis, postquam libera disceptatio habita est. Praeponderat sententia, quae maiorem suffragiorum partem assecuta est; quo autem victricia contingant suffragia, in primo scrutinio minus decem, et in secundo minus quinque esse non debent. Suffragiorum latio a Praeside proponitur; qui huiusmodi optatum respuere non potest in negotiis ordinariis, si tertia adstantium pars expostulant; differre tamen potest in rebus gravis momenti, de quibus opportunum censuerit Summae Auctoritatis exquiri sententiam.

In paribus utrimque suffragiis Praesidis sententia preponderat.

Suffragiorum latio secrete facienda, praescribitur, quoties deliberanda tangunt personas, dignitates, officiales, concursus aut id a tertia adstantium parte postulatur.

Art. XXII

Cum Academicis residentibus ordo argumentorum in Sessionibus pertractandorum tempestive communicandus est. Ii tenentur sessionibus interesse et nomen scribunt in pagella quadam, quae singulorum interventum ostendit.

Academici residentes, qui triennii spatio a sessionibus absint, si nullam excusationem attulerint, Academicorum dignitatem abnuere reputantur.

Art. XXIII

Ad novos Academicos nominandos, ita suffragia fiant :

Exactis duobus vacationis mensibus, eligejndoruni Academicorum praesentationes, quarum unaquaeque a duobus Academicis obsignatur, in epistola involucro clausa Praesidi afferuntur. Singulae habent expositionem, quae curriculum vitae et in disciplinis excolendis operositatem candidati demonstrat.

Praeses submittit eligendorum Academicorum praesentationes cum memoratis expositionibus antea censoribus ac deinde Consilio Academico. Consilium autem, iis perlectis, relationem conficit, quae cum omnibus Academicis communicari debet. Eligendorum Academicorum praesentationes quae a Consilio nec respuuntur, nec procrastinantur, Academiae in sessione itidem secreta non antea ineunda, quam mensis spatium defluxerit, suffragii tentamina sumunt.

Academici vero, qui longinquitatis causa interesse non valent, scripto suffragium mittere possunt.

Generatim pro quolibet Academicorum loco vacante tres viri suffragiis subeundis proponuntur, delecti ex eiusdem disciplinae cultoribus.

Quod si sententiae non convenerint, designatio committitur ad diem a Praeside statuendam.

Art. XXIV

Peculiares Ordinationes promulgabuntur ad interiorem Academiae vitam regendam.

§ 3 - *Scientificae investigationes, operositatis incitamenta, compensationes*

Art. XXV

Academia potest praemia ponere, concursus promovere, ex ipsis Academicis comitatus conventusque instituere ad peculiares scientificas investigationes.

Ea potest etiam labores et indagationes scientificas aggredi et fovere.

Art. XXVI

Academia potest conferre suis ipsis Academicis aut extraneis praemia, subsidia, honoraria, numismata.

Numerus, mensura, diuturnitas, modus harum tribuendarum rerum statuuntur ab Ordinationibus ad interiorem Academiae vitam regendam.

Academici nequeunt adire concursus, qui ab Academia indicuntur.

Art. XXVII

Academicis conferuntur honoraria pro praesentia et indemnitates, propterea quod Academiae vitam participant. Peculiares compensationes tribuuntur iis, qui singularia munera obierint.

Academicis Ab actis et Bibliothecario quotannis certa remuneratio tribuitur.

Qua ratione honoraria, compensationes, indemnitates solvenda sint, Ordinationes ad interiorem Academiae vitam regendam definiunt.

§ 4 - *Scripta typis edenda*

Art. XXVIII

Academia typis edit *Acta* et *Commentationes.*

Acta evulgantur per fascículos. Quibus autem interstitiis ii quotannis prodire debeant, Ordinationes ad interiorem Academiae vitam regendam praefiniunt. Acta autem referunt in sessionibus publicis disceptata, Dissertationes, Notas, elenchum voluminum quae dono data sunt, ac nuntios de Academiae vita.

Commentationes non praefinitis intervallis typis mandandae, continent scripta ad disciplinas spectantia, gravis quidem momenti, quae Academia edenda suscepit, necnon opera praemio coronata.

Art. XXIX

Academia praeterea de sua operositate refert ope *Annuarii* et *Nuntii radiophonici.*

Art. XXX

Academia, rogantibus Academicis in sessione secreta, potest sibi adsumere scripta typis edenda aut opitulari, ut haec ab aliis evulgentur, sive periodica sunt sive non sunt, dummodo eius finibus haec consona et attemperata esse videantur.

TITULUS IV

Praescripta postrema et transitoria

Art. XXXI

Academiae est Cancellaria, ad quam pertinent Secretaria, ministeria dispensationis oeconomicae et arcae nummariae.

Cancellariae praeficitur Cancellarius, a quo pendent omnes in Academiae ofiiciis cuiuslibet ordinis muneribus fungentes.

Condicio iuridica èt retributio cuiuslibet ordinis muneribus fungentium et Cancellariae leges ab Ordinationibus ad interiorem Academiae vitam regendam definiuntur.

Art. XXXII

Si Statutorum commata immutanda videantur, Academia, in sessione secreta, potest de bac opportunitate disceptare et vota conficere a Summo Pontifice probanda; eademque suo arbitrio nihil his legibus immutet.

Art. XXXIII

Ordinationes ad interiorem Academiae vitam regendam praeter normas his Statutis relatas alias quoque continent adiciendas, ut Academiae compositio et agendi ratio particulatim decernantur.

Hae Ordinationes peculiares praescriptiones etiam continent, quae ad Bibliothecam spectant.

Eaedem manant a Praeside, audito Academico Consilio.

Art. XXXIV

Socii Pontificiae Academiae Novorum Lynceorum, honorarii, ordinarii aut correspondentes, nisi nominentur Pontificii Academici, eundem retinent honoris gradum, scilicet honorariorum, ordinariorum vel correspondentium. Iidem excipient *Acta* et *Commentationes.* Privilegiis de quibus sermo est in aliñéis III et IV, art. VI horum Statutorum fruentur. Academiae Dissertationes legere et ad eam Notas et Commentationes mittere poterunt. Pariter concursus ab Academia cum praemiis institutos participare iisdem licet.

STATUTO
DELLA PONTIFICIA ACCADEMIA DELLE SCIENZE

TITOLO I

Costruzione e fine

Art. 1

La Pontificia Accademia delle Scienze ha per fine di promuovere lo studio ed il progresso delle scienze fisiche, matematiche e naturali e della loro storia.

Art. 2

Per il raggiungimento dei suoi fini, l'Accademia :

a) esamina e discute i più importanti problemi attinenti alla scienza mediante Comunicazioni o presentazione di Note e Memorie;

ö) promuove indagini e ricerche scientifiche ed aiuta ed assiste istituzioni e privati nella loro esecuzione;

c) cura pubblicazioni di carattere scientifico;

d) organizza conferenze, congressi e celebrazioni.

TITOLO II

Ordinamento

§ 1 - *Costituzione, Accademici*

Art. 3

L'Accademia si compone di settanta « Accademici Pontifici », i quali sono nominati dal Sommo Pontefice.

Sono inoltre di diritto, in ragione del loro ufficio, « Accademici Pontifici sopranumerarì » le seguenti persone :

I° II Direttore della Specola Vaticana,

2° Il Prefetto del Laboratorio Astrofisico della Specola Vaticana,

3° Il Prefetto della Biblioteca Apostolica Vaticana,

4° Il Prefetto dell'Archivio Segreto Vaticano,

5° Il Direttore Scientifico del Museo Missionario Etnologico.

Essi conservano la carica di Accademici durante il tempo in cui rivestono gli uffici anzidetti.

In via del tutto eccezionale, oltre i settanta Accademici sovraindicati, possono essere nominati «Accademici Pontifici Onorari» persone che abbiano acquistato singolari benemerenze aiutando l'Accademia e le sue imprese scientifiche.

Art. 1

Per la nomina degli Accademici il Presidente propone al Sommo Pontefice il nome di coloro che hanno ottenuto il voto favorevole dell'Accademia secondo la procedura di cui all'articolo 23.

Il Presidente può derogare da detta procedura per proporre la nomina di persona indicata dalla fama scientifica da essa raggiunta.

La nomina degli Accademici è vitalizia, salvo il prescritto dell'ultimo comma dell'art. 3.

Art. 5

Gli Accademici partecipano alle Tornate, vi fanno Comunicazioni o vi presentano Note e Memorie scientifiche; discutono e votano; hanno diritto di proporre nomine e soggetti di lavoro, nonché di usare della Biblioteca accademica secondo il Regolamento.

Gli Accademici non residenti potranno essere pregati di esprimere per iscritto il loro voto e di prestare la loro opera in questioni di loro speciale competenza.

Tutti ricevono gli *Atti* accademici e le *Memorie* in conformità al disposto dell'art. 28.

Art. 6

Gli Accademici possono portare nelle Tornate dell'Accademia e nelle pubbliche cerimonie una medaglia accademica che nel *recto* reca la tiara e le chiave contornate con le parole *Deus Scientiarum Dominus* a ricordare S. S. Pio XI, il Pontefice riformatore degli studi ecclesiastici superiori e della Accademia, nel *verso* il nome dell'Accademico circondato da un ramo di olivo e da uno di alloro.

Gli Accademici possono abitualmente portare un distintivo che in piccolo riproduce il *recto* della medaglia.

Gli Accademici hanno un posto riservato per assistere alle Cappelle Pontificie e alle cerimonie nelle quali interverrà il Sommo Pontefice.

Gli Accademici hanno libero accesso ai Musei e alle Gallerie Pontificie.

§ 2 — *Autorità Accademiche*

Art. 7

L'Accademia è posta sotto l'alta e diretta vigilanza del Sommo Pontefice.

La direzione ed il governo dell'Accademia spettano alle seguenti autorità :

1° Presidente,
2° Consiglio Accademico,
3° Segretario,
4° Tesoriere,
5° Bibliotecario,
6° Censori,
7° Revisori dei conti.

Art. 8

Il Presidente è nominato *motu proprio* dal Sommo Pontefice, dal quale direttamente dipende.

Dura in carica quattro anni e può essere riconfermato dallo stesso Sommo Pontefice.

Il Presidente :

a) ha la rappresentanza dell'Accademia;
b) ha la direzione di tutto l'andamento dell'Istituto;
c) convoca e presiede il Consiglio dell'Accademia e le Tornate;
d) dà esecuzione alle deliberazioni del Consiglio.

Il Presidente può farsi supplire nella Presidenza delle Tornate da altri Accademici membri del Consiglio e può deputare un Accademico a supplire un Consigliere impedito, ove non vi sia alcuna disposizione dello Statuto. Infine il Presidente può delegare, quando e come ritenga opportuno, uno o più Accademici a rappresentare l'Accademia.

Art. 9

Il Consiglio dell'Accademia è composto :

del Presidente,
del Presidente ultimamente uscito di carica,
di cinque Accademici.

Gli Accademici costituenti il Consiglio sono nominati dal Sommo Pontefice su proposta presentata dal Presidente in conformità del voto favorevole dell'Accademia.

A membri del Consiglio non possono essere eletti che Accademici residenti o quasi residenti. Durano in carica quattro anni e possono essere rieletti.

Fra gli Accademici componenti il Consiglio sono scelti il Segretario, il Tesoriere, il Bibliotecario, due Censori.

Il Consiglio dell'Accademia :

a) coadiuva il Presidente in tutto quanto concerne la direzione dell'Accademia;

b) prepara il piano dei lavori da svolgere nelle adunanze e compila il calendario accademico;

c) cura la gestione economica e patrimoniale dell'Istituto;

d) delibera sui bilanci preventivi e consuntivi preparati dal Tesoriere e li sottopone all'approvazione dell'Assemblea.

Le deliberazioni sono valide quando sia presente la maggioranza dei componenti e quando siano approvati dalla maggioranza dei presenti.

In caso di parità prevale il voto del Presidente.

Il Consiglio si convoca ordinariamente ogni bimestre e straordinariamente sempre che occorra o quando due dei suoi membri ne facciano domanda.

Art. 10

L'Accademico Segretario :

a) tiene e aggiorna l'elenco degli Accademici secondo le istruzioni del Presidente;

b) funge da Segretario del Consiglio;

c) sovraintende al funzionamento degli Uffici di Segreteria.

In caso di assenza o di impedimento dell'Accademico Segretario, il Presidente invita uno dei membri del Consiglio a farne le veci.

Art. 11

Il Tesoriere :

a) cura il regolare andamento amministrativo e contabile dell'Accademia;

b) ha in custodia la suppellettile scientifica e domestica dell'Istituto;

c) predispone i bilanci preventivi ed i conti consuntivi;

d) riscuote i proventi e, per mandato del Presidente, controfirmato dal Segretario, eseguisce i pagamenti;

e) sovraintende al servizio di economato e di cassa.

Art. 12

Il Bibliotecario :

***a)* ha la sovraintendenza della Biblioteca;**

&) vigila perchè ne sia osservato Io speciale Regolamento.

Art. 13

I Censori, sotto la direzione del Presidente :

***a)* esercitano la vigilanza sul regolare andamento delPAccademia;**

***b)* vigilano a che siano osservate le norme statuarie e regolamentari;**

c) esaminano le proposte per la nomina di nuovi Accademici e ne riferiscono al Consiglio.

Art. 14

Gli **Accademici revisori dei conti sono eletti dalla Accademia tra gli estranei al Consiglio Accademico.**

Durano in carica un biennio e possono essere rieletti.

Essi esercitano la vigilanza sull'andamento amministrativo e contabile dell'Istituto, esaminando i bilanci ed i conti, li vidimano e ne riferiscono all'Accademia.

§ 3 - *Mezzi*

Art. 15

I mezzi di cui l'Accademia dispone per il raggiungimento dei suoi fini sono :

***a)* una dotazione assegnata dal Sommo Pontefice, Pio XI, e data in gestione all'Amministrazione dei Beni della Santa Sede;**

***b)* il materiale scientifico e bibliografico e la suppellettile di proprietà dell'Istituto;**

***c)* eventuali doni e lasciti di Enti e privati;**

***d)* le entrate derivanti dall'attività dell'Istituto.**

Ogni anno verrà prelevato il cinque per cento sui redditi per costituire un fondo di riserva.

TITOLO III

Funzionamento

§ 1 - *Anno accademico e Galendario*

Art. 16

L'anno accademico comincia il 1° dicembre e finisce il 31 luglio.

Esso sarà iniziato :

I° con una funzione religiosa da celebrarsi nella Cappella Paolina per ottenere la benedizione di Dio sui lavori dell'Accademia, per ringraziar Lo, per pregare per la Chiesa e per il Sommo Pontefice e per suffragare gli Accademici defunti;

2° con una Tornata solenne alla quale verrà invitato il Sommo Pontefice. Il Presidente riassumerà in essa l'attività dell'Istituto nell'anno precedente e traccierà il piano dei lavori da svolgere nel corso del nuovo anno.

Art. 17

Nell'ultima Tornata di ogni anno accademico il Presidente propone all'approvazione dell'Accademia il Calendario per l'anno successivo. Nel Calendario, compilato dal Consiglio, sono stabilite le date di convocazione delle Tornate ordinarie.

§ 2 - *Tornate accademiche*

Art. 18

Le Tornate dell'Accademia sono ordinarie e straordinarie, pubbliche e segrete.

L'Accademia si aduna in Tornate ordinarie nelle date determinate dal Calendario accademico.

Le Tornate straordinarie sono indette dal Presidente ogni volta che lo ritenga necessario.

Art. 19

Nelle Tornate pubbliche :

a) è fatta la proclamazione dei nuovi Accademici e delie nuove Autorità accademiche;

b) sono fatte Comunicazioni e sono presentate Note, Memorie e pubblicazioni;

c) sono proclamate le assegnazioni dei premi e l'esito dei concorsi.

Gli Accademici che non possono, per la lontananza o per altro impe-

dimento, intervenire alle Tornate pubbliche possono designare un altro Accademico, affinchè in loro nome faccia Comunicazioni o presenti Note o Memorie o pubblicazioni. Ove manchi tale designazione provvede il Presidente.

Gli Accademici possono presentare anche Comunicazioni, Note e Memorie di estranei che si reputino degne.

È consentito per le Comunicazioni, le Note e le Memorie Puso della lingua propria dell'Accademico che le presenta; per tutte è richiesto un breve riassunto in latino.

Art. 20

Nelle Tornate segrete :

***a)* sono trattati gli affari di ordinaria e straordinaria amministrazione;**

ö) sono approvati i bilanci ed i conti;

***c)* è preso in esame ed è risoluto tutto quello che appartiene alia vita interna dell'Accademia;**

***d)* il tempo e l'oggetto eli queste Tornate sono fissati dal Presidente.**

Art. 21

Le votazioni hanno luogo soltanto nelle Tornate segrete; esse avranno luogo dopo libera discussione, a maggioranza degli Accademici presenti, che però non potranno essere meno di dieci in prima convocazione, e cinque in seconda. La votazione deve essere proposta dal Presidente; ma egli non può rifiutarla anche negli affari di ordinaria amministrazione, quando un terzo dei presenti la domandi; solo può differirla in questioni gravi, circa le quali ritiene prudente di conoscere prima il pensiero dell'Autorità Superiore.

In caso di parità prevale il voto del Presidente.

La votazione segreta è prescritta per ogni deliberazione che riguardi le persone, gli incarichi, gli impieghi e i concorsi ed ogni volta che un terzo dei presenti la domandi.

Art. 22

Agli Accademici residenti deve essere tempestivamente comunicato l'ordine del giorno delle Tornate, alle quali essi sono tenuti ad intervenire; gli intervenuti appongono la firma sul foglio di presenza.

Gli Accademici residenti che per tre anni di seguito siano rimasti assenti, senza giustificare la loro assenza, si considerano rinunciatari.

Art. 23

Le elezioni per le nomine ai posti di Accademici che si rendono vacanti sono fatte nel modo seguente.

Entro due mesi dalla vacanza, le proposte scritte, firmate ciascuna da due Accademici almeno, sono consegnate in busta chiusa al Presidente. Ciascuna di esse deve essere accompagnata da una nota che illustra il *curriculum vitae* e l'attività scientifica della persona proposta.

Il Presidente comunica le proposte e le note illustrative prima ai Censori e poi al Consiglio Accademico. Il Consiglio redige una relazione da comunicarsi a tutti gli Accademici. Le proposte che non siano respinte o sospese dal Consiglio Accademico vengono comunicate all'Accademia in Tornata segreta e si pongono ai voti in una successiva Tornata segreta, che non può aver luogo prima di un mese.

Gli Accademici, che per la lontananza non possono intervenire, possono mandare il loro voto per iscritto.

Di regola per ogni posto reso vacante vengono posti in votazione tre nomi, scelti fra i cultori di una stessa disciplina.

Ove l'accordo non sia raggiunto, la designazione è rimandata a tempo determinato dal Presidente.

Art. 24

Tutte le altre norme concernenti gli oggetti e lo svolgimento delle Tornate sono date dal Regolamento interno.

§ 3 - *Ricerche e incoraggiamenti*

Art. 25

L'Accademia può istituire premi, promuovere concorsi, costituire nel suo seno comitati e commissioni per lo studio di particolari argomenti scientifici.

Può altresì intraprendere o promuovere lavori e ricerche nei campo delle scienze.

Art. 26

L'Accademia conferisce ad Accademici e ad estranei all'Accademia premi, sussidi, assegni, medaglie.

Il numero, la misura, la durata, le modalità del conferimento sono stabilite dal Regolamento interno.

Gli Accademici non possono partecipare ai concorsi banditi dall'Accademia.

Art. 27

Agli Accademici sono assegnate medaglie di presenza ed indennità per la loro partecipazione alla normale attività dell'Accademia. Speciali compensi possono essere loro assegnati per particolari incarichi.

All'Accademico Segretario e all'Accademico Bibliotecario verrà conferito un compenso speciale annuo per la loro attività.

La misura di tali assegni, compensi ed indennità è stabilita nel Regolamento interno.

§ 4 - *Pubblicazioni*

Art. 28

L'Accademia pubblica *Atti* e *Memorie.*

Gli *Atti* escono in fascicoli, la periodicità dei quali verrà ogni anno determinata dal Regolamento interno. Essi contengono i verbali delle Tornate pubbliche, le comunicazioni e le note scientifiche, la lista delle pubblicazioni ricevute e le notizie riguardanti la vita accademica.

Le *Memorie* escono a liberi intervalli, comprendono gli scritti scientifici di una certa mole accolti dall'Accademia e i lavori premiati.

Art. 29

L'Accademia dà inoltre notizia della propria attività mediante *VAnnuario* ed il *Nuncms Radiophonicus.*

Art. 30

L'Accademia, su deliberazione degli Accademici in Tornata segreta, potrà patrocinare od anche assumersi pubblicazioni periodiche o no, rispondenti al suo fine.

TITOLO IV

Disposizioni finali e transitorie

Art. 31

L'Accademia ha una Cancelleria della quale fa parte l'Ufficio di segreteria, il servizio di economato e di cassa.

Alla Cancelleria è preposto un *Cancelliere,* alla dipendenza del quale è posto il personale di ogni categoria addetto agli uffici dell'Accademia.

Lo stato giuridico e il trattamento economico del personale di ogni categoria nonché le norme per il funzionamento della Cancelleria sono fissati dal Regolamento interno.

Art. 32

Qualora appaia necessaria qualche modificazione al presente Statuto, l'Accademia potrà, in Tornata segreta, studiarne l'opportunità ed approvare i termini nei quali presentare il proprio voto al Regnante Pontefice; essa non potrà introdurre di propria autorità alcuna modificazione.

Art. 33

Il Regolamento interno contiene, oltre alle norme a cui fa espresso riferimento il presente Statuto, ogni altra disposizione integrativa concernente l'ordinamento e il funzionamento dell'Accademia.

Una parte speciale del Regolamento interno disciplina il funzionamento della Biblioteca.

Il Regolamento è emanato dal Presidente udito il Consiglio Accademico.

Art. 34

I Soci della Pontificia Accademia dei Nuovi Lincei, onorari, ordinari e corrispondenti, se non vengono nominati Accademici Pontifici, conservano rispettivamente il loro grado di onorari, di ordinari e di corrispondenti. Essi riceveranno gli Atti e le Memorie Accademiche. Godranno dei privilegi di cui al comma 3° e 4° dell'art. 6 del presente Statuto. Essi potranno fare Comunicazioni e presentare Note e Memorie proprie. Potranno partecipare ai concorsi e ai premi banditi dall'Accademia.

ELENCO DEGLI ACCADEMICI

I

ACCADEMICI PONTIFICI ONORARI

Eíño e Revmo Signor Cardinale Gaetano Bisleti, Prefetto della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.

Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, Segretario di Stato di Sua Santità.

Emo e Revmo Signor Cardinale Francesco Marchetti Selvaggiani, Vicario Generale di Sua Santità.

S. A. Ema il Principe Chigi Albani della Rovere D. Ludovico, Gran Maestro del S. M. O. di Malta.

Prof. Dott. Pietro De Sanctis.

II

ACCADEMICI PONTIFICI

1. **Abderhalden Emil, professor der Physiologie an der Universität, Halle a. Saale (Germania).**
2. **Arnaldi Ugo, professore di Analisi matematica e Geometria analitica nella Università, Roma (Italia).**
3. **Armellini Giuseppe, professore di Astronomia nella Università e Direttore dell'Osservatorio Astronomico, Roma (Italia).**
4. **Barrois Charles, professeur de Géologie à l'Université, Lille (Francia).**
5. **Bianchi Emilio, professore di Astronomia e Geodesia nella Università e Direttore dell'Osservatorio Astronomico, Milano (Italia).**
6. **Birkhoff: George David, professor of Mathematics in the Harvard university, Cambridge, Mass. (U. S. A.).**
7. **Bjerknes V. E. K., professor i Mekanik og Fysisk matematik ved universitetet, Oslo (Norvegia).**
8. **Bohr Niels, professor i Fysik ved Universitetet, Kopenagen (Danimarca).**

9. Boldrini Marcello, professore di Statistica metodologica nella Università Cattolica del Sacro Onore, Milano (Italia).

10. Bottazzi Filippo, professore di Fisiologia nella Università, Napoli (Italia).

11. Branly Edouard, professeur de Physique à l'Ecole Supérieure des Sciences de l'Institut Catholique, Paris (Francia).

12. Buytendijk F. I. J., hoogleeraar in Physiologie aan de Universiteit, Groningen (Olanda).

13. Caratheodory Constantin, professor der Mathematik an der Universität, München (Germania).

14. Carrel Alexis, professor of Biology in the Rockefeiler Institute for Medical Research, New York (U. S. A.).

15. Castellani Conte Aldo, professore di Clinica delle malattie tropicali e subtropicali nella Università, Roma (Italia).

16. Colonnetti Gustavo, professore di Scienza delle costruzioni e di Meccanica analitica e granea nell'Istituto Superiore di Ingegneria, Torino (Italia).

17. Crocco Gaetano Arturo, professore di Aeronautica generale nella Università, Roma (Italia).

18. Cuenot Lucien, professeur de Zoologie à l'Université, Nancy (Francia).

.19. Dal Piaz Giorgio, professore di Geologia nella Università, Padova (Italia).

20. Debye Peter, direkter des Kaiser Wilhelm Institut für Physik, Berlin-Dahlem (Germania).

21. De Filippi Filippo, membro del Comitato nazionale per la Geografia nel Consiglio Nazionale delle Ricerche, Roma (Italia).

22. de la Vallée Poussin Charles, professeur de Mathématique à l'Université Catholique, Louvain (Belgio).

23. Fauvel Pierre, professeur de Zoologie à l'Université Catholique de l'Ouest, Angers (Francia).

24. Gemelli P. Agostino, O. F. M., professore di Psicologia applicata nella Università Cattolica del Sacro Cuore, Milano (Italia).

25. Gherzi P. Ernesto, S. J., directeur de l'Observatoire magnétique, météorologique et séismologique, Zi-ka-wei, Shanghai (Cina).

261 Ghigi Alessandro, professore di Zoologia generale nella Università, Bologna (Italia).

27. Gilson Gustave, professeur de Zoologie à l'Université Catholique, Louvain (Belgio).

28. Giordani Francesco, professore di Chimica generale nella Università, Napoli (Italia).

29. Giorgi Giovanni, professore di Comunicazioni elettriche nella Università, Eoma (Italia).

30. Godlewski Emil, profesor Embriologji i biologji na Uniwersytecie, Krakow (Polonia).

31. Gola Giuseppe, professore di Botanica nella Università, Padova . (Italia).

32. Grégoire Victor, professeur de Botanique à l'Université Catholique, Louvain (Belgio).

33. Guidi Camillo, professore emerito di Scienza delle costruzioni e Teoria dei Ponti nell'Istituto Superiore di Ingegneria, Torino (Italia).

34. Guthnick Paul, professor der Astronomie und direktor der Universität Sternwarte, Berlin-Neubabelsberg (Germania).

35. Houssay Bernardo, catedrático de fisiologia en la Universidad Nacional, Buenos Aires (Argentina).

36. Keesom Wilhelmus Hendrikus, hoogleeraar in Natuurkunde aan de Universiteit, Leiden (Olanda).

37. Lemaitre Rev. Georges, professeur de Méthodologie mathématique et d'Histoire des sciences physiques et mathématiques à l'Université Catholique, Louvain (Belgio).

38. Lepri Marchese Giuseppe, libero docente di Zoologia nella Università e Direttore del Museo Civico Zoologico, Roma (Italia).

39. Levi-Civita Tullio, professore di Meccanica razionale nella Università, Roma (Italia).

40. Lombardi Luigi, professore di Elettrotecnica nella Università, Roma (Italia).

41. Luigioni Paolo, Conservatore del Museo Civico di Zoologia, Roma (Italia).

42. Marconi Marchese Guglielmo, professore di Onde elettromagnetiche nella Università, Roma (Italia).

43. Mendes Correa Augusto, professor de Antropologia na Universidade, Porto (Portogallo).

44. Michotte van den Berch Albert, professeur de Psychologie expérimentale à l'Université Catholique, Louvain (Belgio).

45. Millikan Robert Andrews, director of the Norman Bridge Laboratory of Physics in the Californian Institute of Technology, Pasadena, Calif. (U. S. A.).

46. Morgan Thomas Hunt, Chairman of the Division of Biology and Director of the William G. Kerckhoff Laboratories of the Biological Sciences, in the Californian Institute of Technology, Pasadena, Calif. (Ü. S. A.).

47. Nobile Umberto, professore di Costruzioni aeronautiche nella Università, Napoli (Italia).

48. Noyons A. K. M., hoogleeraar in Physiologie aan de Universiteit, Utrecht (Olanda).

49. Panetti Modesto, professore di Meccanica applicata e Costruzioni nell'Istituto Superiore di Ingegneria, Torino (Italia).

50. Parravano Nicola, professore di Chimica generale nella Università, Roma (Italia).

51. Pensa Antonio, professore di Anatomia umana sistematica ed Embriologia nella Università, Pavia (Italia).

52. Petritsch Ernst Felix, professor der Elektrische Fernmeldetechnik an der Technischen Hochschule, Wien (Austria).

53. Picard Emile, secrétaire perpétuel de l'Académie des Sciences de l'Institut de France, Paris (Francia).

54. Pistoiesi Enrico, professore di Meccanica applicata alle macchine nella Università, Pisa (Italia).

55. Planck Max, professor der theoretischen Physik an der Universität, Berlin (Germania).

56. Rasetti Franco, professore di Spettroscopia nella Università, Roma (Italia).

57. Rondoni Pietro, professore di Patologia generale e sperimentale nella Università, Milano (Italia).

58. Rutherford of Nelson Lord E., professor of Experimental Physics in the University, Cambridge (Inghilterra).

59. Schrödinger Erwin, professor der theoretischen Physik an der Universität, Graz (Austria).

60. Sherrington Oharies, professor of Physiology in the University, Oxford (Inghilterra).

61. Silvestri Filippo, professore di Zoologia generale e agraria nell'Istituto Superiore Agrario e Direttore della Stazione Zoologica, Portici (Italia).

62. Speri Sperti George, director of the Institutum Divi Thomae in the Athenaeum of Ohio, Cincinnati, Ohio (U. S. A.).

63. Taylor Hugh Stott, professor of Chemistry in the university, Princeton, N. J. (U. S. A.).

61. Toniolo Renato, professore di Geografia generale nella Università, Bologna (Italia).

65. Tschermak-Seysenegg Armin, professor der Physiologie an der deutsche Universität, Prag (Cecoslovacchia).

66. Vallauri Gian Carlo, professore di Elettrotecnica nell'Istituto Superiore di Ingegneria, Torino (Italia).

67. Vercelli Francesco, direttore dell'Istituto Geofísico del Comitato Talassografico, Trieste (Italia).

68. Volterra Vito, già professore di Fisica matematica e Meccanica celeste nella Università, Roma (Italia).

69. Whittaker Edmond, professor of Mathematics in the University, Edinburgh (Inghilterra).

70. Zeeman Pieter, hoogleeraar in Natuurkunde aan de Universiteit, Amsterdam (Olanda).

III

ACCADEMICI PONTIFICI SOPRANNUMERARI

1. Albareda P. Don Anselmo O. S. B., prefetto della Biblioteca Apostolica Vaticana.

2. Gatterer P. Aloys S. J., prefetto del Laboratorio Astrofisico della Specola Vaticana.

3. Mercati Mons. Angelo, prefetto dell'Archivio Segreto Vaticano.

4. Schmidt P. Wilhelm S. V. D., direttore scientifico del Museo Missionario etnologico.

5. Stein P. Johann S. J., direttore della Specola Vaticana.

CONSIGLIO ACCADEMICO

Presidente:

Prof. P. Agostino Gemelli, O. P. M.

Consiglieri:

Prof. Giuseppe Armellini, con ufficio di Segretario.

Marchese Prof. Giuseppe Lepri, con ufficio di Tesoriere.

P. Don Anselmo Albareda, O. S. B., con ufficio di Bibliotecario.

Prof. Emilio Bianchi, con ufficio di Censore.

Prof. Filippo Bottazzi, con ufficio di Censore.

An. et yol. XXVIII 25 Novembris 1936 (Ser. II, v. III) - Num. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE HAINAN

MISSIO SUI IURIS « DE HAINAN » IN SINIS AD PRAEFECTURAE APOSTOLICAE GRADUM ET DIGNITATEM PROVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Valde decet ad potiorem Praefecturae Apostolicae gradum illas provehi Missiones, in quibus christiana religio prosperum susceperit incrementum. Aucta namque Missionum dignitate, Evangelii praeconum opera et facilior evadetur et salubriores in dies fructus erit allatura. Cum itaque Missio sui iuris de Hainau, in Sinis, anno millesimo nongentesimo vigesimo nono condita et Societati Sacrorum Cordium Iesu et Mariae, vulgo *de Piepús* nuncupatae, concredita, quamquam fidelibus nondum frequentior, progressus tamen habuerit pro peculiaribus quae obstarent difficultatibus satis grandes, qui et indefessam apostolicam Missionalium operam luculenter demonstrent et spem praebeant multo maioris fructum illorum incrementi, Nos, attentis dilecti filii praefatae Societatis Moderatoris Generalis Nobis oblatis precibus atque voto venerabilis Fratris Marii Zànin, Archiepiscopi titularis Traianopolitani in Rhodope, Delegati Apostolici in Sinis, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide

praepositorum consilio, omnibus perpensis, Missionem illam ad Praefecturae Apostolicae gradum et dignitatem provehere statuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Missionem sui iuris *de Hainau,* iisdem servatis nomine ac limitibus, in Apostolicam Praefecturam suprema Nostra auctoritate evehimus, erigimus et constituimus, eamque praedictae Societati Sacrorum Cordium Iesu et Mariae *de Picpus,* etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concreditam volumus. Novae autem huic Praefecturae Apostolicae de Hainan eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque iugiter adstrktgimus iisdem oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen notarii publici subscriptis ac sigillo cuiuslibet viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Nostris Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die vigesima quinta mensis Maii, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton.* Aposta
Alfridus Vitali, *Protonotarius Apostolicus,*

Loco £ß Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LV, n. 11. - Al. Trussardi.

II

DE BRÖKEN-HILL ET DE VICTORIA FALLS

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE « BROKEN-HILL » DIVIDITUR ET PRAEFECTURA APOSTOLICA DE « VICTORIA FALLS » ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo in Rhodesiae Septentrionalis regionibus melius aptiusque christiano nomini propagando consuli possit, valde opportunum reique maxime accommodatum aestimamus latissimum Praefecturae Apostolicae de Broken-Hill in illis regionibus extantis territorium dividere et novam ibidem erigere Praefecturam. Quare de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, Nos, omnibus mature perpensis, et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, ab illa quam supra memoravimus, Praefectura Apostolica de *Broken-Hill* totam regionem separamus, quae *Barotseland* nuncupatur, quaeque districtus *Balovale, Lealui, Senanga, Maneoya, Kalabo* et *Sesheke* complectitur, cum adnexo districtu de *Livingstone.* Territorium autem ita seiunctum in novam Praefecturam Apostolicam sub nomine de *Victoria Falls* erigimus et constituimus et illam Missionalibus ex Ordine Fratrum Minorum Capucinorum, qui iam ibidem sedulo adlaborant, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, tenore praesentium committimus. Novae idcirco huic Praefecturae Apostolicae eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam divisionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc atten-

tare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die vigesima quinta Maii, Pontificatus Nostri .anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apost.*
Vincentius Bianchi-Oagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco © Plumbi

Reg. in Conc. Ap., Yol. LV, n. 10. - **Al. Trussardi.**

III

DE LAOHOKOW

EX VICARIATU APOSTOLICO ((DE LAOHOKOW » TERRITORII PARS DISMEMBRATUR ET EX EA NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA ((DE SIANGYANG » NUNCUPANDA, CLERI INDIGENAE CURIS COMMITTENDA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sollicito studio ea omnia procurare debemus, quae ad catholicam religionem inter infideles propagandam utilia et opportuna videntur. Ad quod facilius assequendum valde prodest, si qua Missio tam late pateat ut ab uno, vel vigilantissimo, Pastore regi nequeat, territorii partem ex ea seiungere et novam exinde Missionem condere alterius Antistitis curis concredendam. Quum autem indigenae sacerdotes absque dubio aptiores sint quam exteri ad Evangelii semen in civium animis serendum, huic Apostolicae Sedi maxime est in votis indigenae clero, quantum fieri possit, enascentes Ecclesias committere, illas praecipue, in quibus Deo auctore, christiana religio notabiles assequuta sit progressus. Libenter itaque, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, excipiendas duximus preces, quibus venerabilis Frater Vicarius Apostolicus Vicariatus de Laohokow, Ordinis Fratrum Minorum curis traditi, eiusdem Ordinis Ministro Generali consentiente, et approbante venerabili Fratre

Mario Zanin, Archiepiscopo Traianopolitano in Rhodope, Delegato Apostolico in Sinis, a Nobis expostulavit, ut e sui Vicariatus territorio pars distraheretur, operibus missionalibus et fidelium frequentia insignior, et in Praefecturam Apostolicam erigeretur, clero indigenae concredendam. Quapropter Nos, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, e Vicariatu Apostolico de Laohokow territorii partem separamus quattuor complectentem civiles subpraefecturas *de Siangyang, Tsaoyang, Jcheng, Nanchang,* et illam in novam erigimus Praefecturam Apostolicam, quam ab urbe *Siangyang,* eiusdem Praefecturae principe, de *Siangyang* nuncupandam volumus. Hanc autem Praefecturam clero indigenae, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, per easdem praesentes Litteras committimus, certam foventes spem id in maiorem Missionis prosperitatem cessurum. Eidem igitur Praefecturae Apostolicae *de Siangyang* eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obJigationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica: dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die vigesima quinta mensis Maii, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apost.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ¡3j Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LV, n. 88. - **Al. Trussardi.**

IV

DE KASSAI ET DE TSHUMBE

VICARIATUS APOSTOLICUS ((DE KASSAI » SUPERIORE DISMEMBRATUR ET NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA •« DE TSHUMBE » ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad evangelici verbi semen latius inter infideles populos proferendum non parum certo iuvat apta Missionum circumscriptio. Quum itaque Vicariatus Apostolicus de *Kassai Superiore* in Congo Belgico nimio patere territorio videatur, ut ab uno tantum dominici gregis Pastore regi possit, quam maxime opportunam et perutilem duximus eiusdem Vicariatus divisionem et alterius ibidem Missionis erectionem. Quamobrem, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ab Apostolici, quem supra diximus, Vicariatus de Kassai Superiore territorio totam regionem *Bátetelas,* inter *Sankura* et *Loman i* flumina positam, Missionalium stationes de *Tshumbe, Lubefu, Lodja* atque *Kotato-Kombe* complectentem, seiungimus et separamus eamdemque in novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam de *Tshumbe* nuncupandam. Illam autem Missionalium Congregationis Clericorum Excalceatorum Ss. Crucis et Passionis D. N. I. C. curis, qui in regione ipsa iam sollerti studio adlaborant, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, tenore praesentium concredimus. Novae idcirco huic Praefecturae Apostolicae de Tshumbe eiusdemque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini

autem hanc paginam divisionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die vigesima quinta mensis Maii, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apost.*
Alfridus Vitali, *Protonotarius Apostolicus*

Loco £& Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LV, n. 12. - Al. Trussardi.

V

INSULARUM SUNDAE MINORUM

INSULARUM SUNDAE MINORUM VICARIATUS DISMEMBRATUR ET NOVUS VICARIATUS APOSTOLICUS « DE TIMOR NEERLANDICA)) ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM *REI* MEMORIAM

Ad Christi Evangelium magis ac magis per orbem propagandum procul dubio prodesse videtur latissima interdum Vicariatuum Apostolicorum territoria in partes dividere et novos exinde Vicariatus erigere aliorumque apostolicis Praesulum curis illos concredere. Quum itaque venerabilis Frater Henricus Leven, Episcopus titularis Arcensis in Armenia et Vicarius Apostolicus Insularum Sundae Minorum, preces Nobis porrexerit, ut Vicariatus sibi concrediti territorium in duas divideretur partes, quarum altera in novum erigeretur Vicariatum Apostolicum, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Christiano Nomini propagando praepositorum consilio, considerantes illud non parum iuvare posse tum christianae plebi aptius regendae, tum fidei inter infideles facilius propagandae, omnibus mature perpensis, oblatis Nobis precibus lubentissime annuere censuimus. Qua-

propter, suppleto quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua* interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, ex *Insularum ßundae Minorum* Vicariatu Apostolico *Timor* insulae partem, ad Neerlandicam Nationem spectantem, nec non insulas *Boti, Savoe, Alor* et *Pantar* una cum parvulis insulis et scopulis sub harum insularum dicione exstantibus seiungimus et novum proinde Vicariatum Apostolicum, *de Timor Neerlandica* nuncupandum, erigimus et constituimus, ipsumque Missionalium Societatis Verbi Divini curis, qui iam ab anno millesimo nongentesimo duodecimo Evangelium magno cum fructu illic praedicant, ad Sanctae Sedis tamen beneplacitum, commissum volumus. Novo igitur huic Vicariatui Apostolico *de Timor Neerlandica* eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia et facultates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Vicarii iure communi fruuntur et gaudent eosdemque omnibus pariter adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, notarii tamen publici subscriptione et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die vigesima quinta mensis Maii, Pontificatus Nostri anno quiaatodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, ***Decanus Collegii Proton. Apost.***
Vincentius Bianchi-Oagliesi, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco fcg Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LV, n. 9. - **Al. Trussardi.**

VI

DE LÜANFU ET DE KIANGCHOW

E VICARIATU APOSTOLICO «DE LUANFU» TERRITORII PARS DISMEMBRATUR ET EX EA NOVA ERIGITUR ET CONSTITUITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA «DE KIANGCHOW» NUNCUPANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad Christi Evangelium amplius inter infideles provehendum plurimum sane iuvat latissima plerumque Missionum territoria dividere novasque erigere et constituere aliis praesulibus committendas. Quum itaque dilectus filius Ordinis Fratrum Minorum Minister Generalis et venerabilis Frater Vicarius Apostolicus de Luanfu ab hac Apostolica Sede consentienti animo postulaverint, ut ex amplissimo huius Vicariatus territorio pars distraheretur eaque in novam Praefecturam Apostolicam erigeretur, sedulis eiusdem Fratrum Minorum Ordinis missionalibus concredendam, quibus Vicariatus de Luanfu iam est concreditus, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, praehabito favorabili voto venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi titularis Traianopolitani in Rhodope, Delegati Apostolici in Sinis, considerantes hoc ad expeditiorem christiani nominis in regione illa diffusionem certo esse collaturum, omnibus mature perpensis, oblatis Nobis precibus annuendum censuimus. Quapropter Nos, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, e Vicariatus de Luanfu territorio viginti duas has civiles subpraefecturas separamus et seiungimus, videlicet : *de Kiangchow,* quae etiam *Sinkien* appellatur, *Yuankü, Wensi, Tsishan, Eotsin, Küwo, Fencheng, Siangning, Kishien, Yicheng, Ishih, Wanchüan, Yungho, Juicheng, Yüsiang, lÂntsin, Yungtsi. Pinglu, Hiashien, Anyishien, Siehshien,* et *Kiangshien.* Territorium vero ita circumscriptum in novam Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus eamque ab urbis principis in ea exstantis nomine *de Kiangchow* appellandam decernimus, et apostolicis praefati Ordinis Fratrum Minorum curis, ad Sanctae tamen Sedis beneplacitum, commissam volumus ac tenore praesentium committimus. Novae idcirco huic Praefecturae Apo-

stolicae de Kiangchow eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam divisionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die vigesima quinta mensis Maii, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ludovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*
Vincentius Bianchi-Oagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco S& Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LV, n. 3^. - Al. Trussardi.

VII

DE MARAÑON

1 >R AEFECTÚR A APOSTOLICA DE SANCTO GABRIELE A VIRGINE PERDÓNENTE DE MARAÑON IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo in regionibus, Missionalium curis adhuc concreditis, aeternae christifidelium saluti salubrius ac facilius prospiciatur, sane opportunum videtur Praefecturas Apostolicas ad potiorem Vicariatus extollere gradum si res catholica notabile in illis consecuta sit incrementum. Cum itaque venerabilis Frater Archiepiscopus Limanus ab hac Apostolica Sede expostulaverit ut Praefectura Apostolica de Sancto Gabriele a Virgine Per dolente de Marañon, in Republica Peruviana, anno millesimo nongentesimo vigesimo secundo condita et Congregationi Clericorum Excalceatorum Ss. Crucis et Passionis D. N. I. C. concredita, ob incrementum praecipue quod christiana religio postremis hisce annis, Deo favente, fecerit, in Vicariatum erigeretur; cumque ipse perillustris vir illius Reipublicae Praeses idem a Nobis postulaverit, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, oblatis precibus annuendum censuimus. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, suprema Nostra auctoritate, Apostolicam quam supra diximus Praefecturam de Sancto Gabriele a Virgine Perdolente de Marañon, iisdem servatis nomine et limitibus, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem extollimus, erigimus et constituimus; eumque praefatae Congregationis Clericorum Excalceatorum Ss. Crucis et Passionis D. N. I. G. Missionariis, qui in regione illa tanto hucusque studio adlaboraverunt, etiam in posterum, ad Nostrum tamen et S. Sedis beneplacitum, commissum volumus. Huic igitur novo Vicariatui de S. Gabriele a Virgine Perdolente de Marañon, eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent; eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime

obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Eomae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die tertia mensis Iunii, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, ***Decanus Collegii Protonot. Apost.***
Vincentius Bianchi-Cagliesi, ***Protonotarius Apostolicus****

Loco £8 Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LV, n. 8. **- Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

SANCTUARIUM B. MARIAE V. PERDOLENTIS, IN THIERENBAC, INTRA FINES DIOB-CESIS ARGENTINENSIS, TITULO AC DIGNITATE BASILICAE MINORIS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Compertum habemus in « Thierenbach », Alsatiae Superioris intra fines et dioecesis Argentinensis, sanctuarium insigne exstare Virginis Perdolentis, quod fertur suum habuisse peregrinationibus exordium saeculo nono sub auspiciis monachorum ex Ordine Sancti Benedicti. Ad Beatam Virginem Mariam de Thierenbach, cuius vetusta Imago in sanctuario ipso servatur, fideles Superioris Alsatiae, instantibus morbis bellisque, religiosis et civilibus perturbationibus saevientibus, continenti pietate ac fiducia iugiter se verterunt hodieque recurrunt; at idem ad Sanctuarium frequentes etiam turmae peregrinorum Virginis opem implorantium non modo ex tota Alsatia sed e dissitis quoque regionibus confluunt. Praesertim vero neo-

presbyteri ac missionarii regionis vocationem suam sacerdotalem committunt B. Virgini de Thierenbach, ita ut in missionibus etiam transmarinis dilectum Sanctuarium in mente habeant. Sacrum ipsum aedificium, iterum atque iterum reaedificatum, ac picturis exornatum nuperrime denuo instauratum est atque ampliatum et plane cultui ac venerationi respondet quibus christifideles Deiparam Virginem Perdolentem prosecuti sunt atque prosequuntur. Haec animo repetentes, cum hodiernus Bector piae peregrinationum stationis ad Beatam Mariam Virginem in « Thierenbach » Nos enixis precibus rogaverit ut ad perennandomi quoque lubilei anni Redemptionis Nostrae memoriam, memoratum antiquitate, veneratione fidelium gratiisque receptis perinlustre Sanctuarium ad Basilicae minoris gradum evehere dignemur; Nos optatis hisce annuendum ultro libenterque censemus. Quae cum ita sint, audito quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctuarium in honorem Beatae Mariae Virginis Perdolentis Deo dicatum in loco « Thierenbach », dioecesis Argentinensis intra fines, titulo ac dignitate Basilicae minoris iuribus privilegiisque rite competentibus adnexis condecoramus atque augemus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVI m. Maii an. MCMXXXVI, pontificatus Nostri decimo quinto.

E. Card. PACELLI, ***a secretis Status.***

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. ALEXANDRUM TIT. S. AUGUSTINI S. R. E. PRESB. CARDINALEM; KAKOWSKI, ARCHIEPISCOPUM VARSAVIENSEM, APPETENTE NATALI QUINQUAGESIMO SACERDOTII EIUS.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Laetus profecto ac faustus nuper ad aures Nostras nuntius pervenit, diem tibi iam iamque instare, quo dena lustra ab inito sacerdotio feliciter implebis. Praeclarae enim istius archidioecesis populus, auspice quidem clero, ut libenter audivimus, singulari laetitia gestiens in eo sane est, ut publica ac sollemnia obsequii amorisque filialis testimonia tibi in hanc prodat faustitatem. Et merito, quandoquidem tam ampla est atque excelsa dignitas sacerdotii eiusque in omnibus partibus muneribusque perfunctio, ut numquam satis superque dilaudari celebrarique possit. Pia igitur ac fervida vota, quae a Capitulo Metropolitanae Varsaviensis, tamquam nobilissimo totius gregis interprete, Nobis recens delata sunt, ut Nostra, auctoritate et participatione sacri eventus celebritatem augeamus, non modo libenti animo excepimus, verum etiam paterna laude commendationeque honestamus. Omnia namque honoris et gratulationis signa, quae tibi proxime boni isti fideles palam atque in luce profitebuntur, sicut gratos in Pastorem animos luculenter ostendent, ita pariter in sacerdotalem ipsam dignitatem atque Ecclesiae utilitatem gloriamque redundabunt. Hac profecto sacri eventus celebratione mirifice incensi, filii tui maiore studio et flagrantiore veneratione res divinas sacrorumque administrorum praecepta prosequentur. Qua fidem firma spe suaviter affecti, tibi, Dilecte Fili Noster, de proxima faustitate vehementer gratulamur, et iucundo animo caelestium donorum solaciorumquë copiam a Domino adprecamur. Quo vero auspicati iubilaei sollemnia in maiorem cedant animarum profectum, tibi ultro facultatem tribuimus, ut, constituta die, post Sacrum pontificali ritu peractum adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenam iisdem proponens veniam, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Denique tibi omnia laeta ac secunda ominantes, Deum instanti prece rogamus, ut ipse quam diutissime incolumis Ecclesiae serveris ac pastoralibus fructibus perfmaris. Quorum interea conciliatrix ac praenuntia sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, Episcopis Auxiliaribus tuis,

itemque clero et populo tibi concredito summa in Domino caritate impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXI mensis Maii, in Ascensione Domini, anno MDCCCCXXXVI., **Pontificatus Nostri quinto decimo.**

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. EMMANUELEM TIT. SS. MARCELLINI ET PETRI S. R. E. PRESB. CARDINALEM GONÇALVES CEREJEIRA, PATRIARCHAM OLISIPONENSEM, QUEM LEGATUM CONIMBRIAM MITTIT AD SOLLEMNIA SAECULARIA S. ELISABETH-

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster salutem et Apostolicam Benedictionem. — Perutile sane istic susceptum est consilium, ut cuncti boni Lusitaniae fideles,, animis precibusque coniunctis, sextum sollemniter celebrent saeculum, ex quo sancta Elisabeth vidua, inclyta Lusitanorum regina, ex terrestri solio ad regna caelestia translata est. Haec enim mulier, tot virtutum exemplar, ob flagrantissimum praesertim pacis atque caritatis studium, tantopere enituit, ut merito ei nomen « pacis et patriae Mater » in libris liturgicis tribueretur. Ab ipso nempe natali die, quo, uti constat, dissensiones avi patrisque auspicato sublatae sunt, usque ad gloriosum obitum, qui ei supervenit in itinere ad reconciliandos filium et generum reges suscepto, semper animorum consensioni, potissimum inter civitatum moderatores, naviter incubuit. Quid vero de mira eius erga pauperes ac miseros caritate et misericordia dicendum? In comperto est enim quanta industria ac sollicitudine pecunias indigentibus partiendas curaverit, quot templa, monasteria ac pia conlegia condiderit, quantum operae et sollertiae in sublevandas publicas privatasque mortalium calamitates contulerit. Hoc profecto domesticum et praeclarum amoris concordiaeque studii exemplum congruentissime fidelibus istis imitandum hodie proponitur, quando patria vestra, sicut universus terrarum orbis, tot angustiis et difficultatibus premitur, quando populi fere omnes, dum per innumeras pactiones conventionesque foedus aniicitiamque inter sese persequuntur, magis in dies magisque alii de aliis suspicantur, et, multiplicatis annorum apparatibus, infandam bellorum confiagrationem sibi ipsis minitari videntur. Quapropter Nos, qui nihil sane potius habemus, quam ut populorum aerumnae mitigentur eorumque extinguantur dissensiones, sacra sollemnia, quae proxime in honorem sanctae Elisabeths

Lusitanoriim reginae, Conimbriae peragentur, ubi eius reliquiae religiosissime asservantur, paterna Nostra auctoritate ac participatione adaugere exoptamus. Votis autem Venerabilis Fratris Episcopi Conimbricensis benigne annuentes, Te, Dilecte Fili Noster, qui et Patriarchali polies dignitate et Romanae purpurae splendore praefulges, Legatum Nostrum deligimus ac renuntiamus, ut, Nostram ipsam gerens personam, sacris ritibus et caeremoniis, quae Conimbriae in honorem sanctae Elisabeth, Lusitanorum Patronae, propediem celebrabuntur, Nostro nomine atque auctoritate praesideas. Ex hac autem sexies saeculari recordatione id sane futurum sperare iuvat, ut quam plurimi istic fideles caritate Dei proximique intime exardescant, et, conspirantibus omnium mentibus inceptisque, ad commune bonum patriae humanique generis curam operamque impendant. Quo vero uberior Dei gloria animarumque fructus exinde efflorescat, tibi damus, ut sollemni Sacro peracto, Benedictionem Nostro nomine adstantibus impertías, plenariam eisdem admissorum veniam proponens, consuetis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Divinorum interea conciliatrix munerum itemque peculiaris dilectionis Nostrae testis Apostolica sit Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, egregio Episcopo Conimbricensi ceterisque sacrorum Antistitibus, nec non iis omnibus qui saecularibus sollemnibus intererunt, amantissime in Domino largimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXIV mensis Iunii, in festo Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae, anno MDCCCCXXXVI, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

e

III

AD EMUM P. D. SEBASTIANUM TIT. SS. BONIFACII ET ALEXII S. R. E. PRESB. CARDINALEM LEME DA SILVEIRA CINTRA, ARCHIEPISCOPUM S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII, QUEM MITTIT LEGATUM AD CONVENTUM EUCHARISTICUM EX OMNIBUS BRASILIAE GENTIBUS IN BELLOHORIZONTINA URBE CELEBRANDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Singulari animi laetitia haud ita pridem intelleximus, Congressum Eucharisticum ex omnibus Brasiliae gentibus in praeclara Bellohorizontina urbe summa industria ac magnificentia apparari. Ipsum autem argumentum, quod in sacris coetibus agitandum proponitur, id est « Eucha-

ristia et Actio Catholica », peropportunum Nobis visum est atque hisce temporibus maxime accommodatum. Manifestae enim sunt multiplices relationes, quae inter catholicorum actionem atque Augustum Sacramentum intercedunt. Eiusmodi sane actio, quae laicorum apostolatus •congruenter dicitur, exspostulat in primis intimam coniunctionem tum laicorum cum sacra Episcoporum hierarchia, tum inter laicos ipsos, piorum operum laborumque socios; nulla vero arctior coniunctio haberi potest, quam quae « sacramento unitatis » confirmatur. Nonne, secundum illam Apostoli sententiam, « unum corpus sumus omnes, qui de uno pane participamus » (I Cor., X, 17)? Praeterea eadem Catholica Actio, quum potissimum salutem animarum sempiternam prosequatur, vires quidem exigit naturam excedentes, supernisque omnino indiget auxiliis; qjuare caelestia haec adiumenta comparanda sunt atque haurienda non tantummodo e rivulis, sed ex ipso fonte « aquae salientis in vitam aeternam » (Ioan., IV, 14), a divino nempe Redemptore, qui, sacris velis abditus, semetipsum ideo fidelibus largitur, ut iidem « vitam habeant et abundantius habeant » (Ioan., X, 10). Atque illud quoque est animadvertendum, quod Actionis Catholicae apostoli, ut primi quondam Christi athletae, ad fovendum proximorum bonum parati sint oportet labores omne genus atque insectationes adire ac perpeti, et, si opus fuerit, gloriosae etiam occumbere morti. Iamvero undenam constantiam ac robur praeclari Christi martyres, nisi ex divina Eucharistia, omni tempore sumpserunt? Hoc roborati fidei sacramento, quod est simul sacrificium, quotquot sunt Actionis Catholicae socii ac praecones, prisca exempla Ignatii Antiocheni et Cypriani Carthaginensis, si res ferat, hac quoque aetate renovabunt et hostiae Christi praeclare efiicientur. Nihil est igitur ad Actionem Catholicam promovendam magis idoneum, quam fidem pietatemque erga sacrum Christi Corpus omni studio atque ope adaugere, simulque nulla vicissim ratio efficacior expeditiorque Actione ipsa Catholica invenitur ad cultum eucharisticum in populo christiano impensius provehendum. Nos autem, quibus nihil est antiquius, quam ut Cor Christi eucharisticum, « fornax ardens caritatis », ubique veneretur summeque diligatur, nihilque magis est curae quam ut Actio Catholica latissime diffundatur solidissimeque confirmetur, hanc sollemnem Congressionem Eucharisticam, quae in Brasilia proxime peragetur, non solum paterno animo commendamus probamusque, verum etiam praesentia quadam Nostra participare exoptamus. Te itaque, Dilecte Fili Noster, qui istam nobilissimam Metropolitanam Sedem moderaris, atque, amplissimo Senatui Nostro adscriptus, Romanae purpurae splendore praefulges, Legatum Nostrum deligimus ac renuntiamus, ut, Nostram gerens

personam, Conventui Eucharistico, qui in Rellohorizontina urbe ineunte Septembri mense celebrabitur, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideat. Minime vero dubitamus, quin eiusmodi praenobile munus tu sis, pro eximia tua erga Eucharistiam pietate, libentissime utiliterque obiturus. Cuius quidem secundi exitus Congressionis praenuntia ac peculiaris dilectionis Nostrae testis atque interpres esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, egregio Archiepiscopo Bellohorizontino iisque universis, qui Conventui Eucharistico intererunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die xxvn mensis Iulii, anno MDCCCCXXXVI, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

6 Octobris 1936. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Macrensi in Rhodope praefecit R. P. Antonium a Montevideo, O. F. M. Cap., in saeculo xllfridum Barbieri, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Ioannis Francisci Aragone, Archiepiscopi Montisvidei.

12 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Pactensi R. D. Angelum Ficarra, Vicarium Generalem dioecesis Agrigentinae.

28 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Oleastrensi R. D. Laurentium Basoli, canonicum parochum Ecclesiae cathedralis Octeriensis.

12 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Castri Maris Exc. P. D. Fridericum Emanuel, hactenus Episcopum Philomeliensem.

— Cathedrali Ecclesiae Adriensi R. D. Guidonem Mazzocco, archipresbyterum parochum oppidi Conselve, dioecesis Patavinae.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XI, successivis decretis S. C. pro Ecclesia Orientali, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore providere dignatus est, nimirum :

21 Iulii 1936. — Titulari episcopali Ecclesiae Pisitanae praefecit R. P. Aloysium Marinoni, ex Ordine Fratrum Minorum Capuecinorum. quem constituit Vicarium Apostolicum Erythreae.

2Jf Iulii. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Coloniensi in Armenia R. D. Petrum Kedidjian armeni ritus, alterum Vicarium Patriarchatus Ciliciae Armenorum.**

29 Augusti. — **Metropolitanae Ecclesiae Pagarasiensi et Albae luliensi Runienorum Exc. P. D. Alexandrum Mcolescu, hactenus Episcopum Lugosiensem Rumenorum.**

— Cathedrali Ecclesiae Lugosiensi Rumenorum R. D. Iohannem Balan, Antistitem Urbanum, canonicum Ecclesiae metropolitanae Fagarasiensis et Albae luliensis.

1 Septembris. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Amastrianensi R. *D.* Ephrem Mikary, Vicarium Exc. P. *D.* Patriarchae Antiocheni Syrorum pro regione Magni Libani.**

II

NOMINATIO

Decreto die 3 Iulii a. 1936 dato, Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali renunciavit ad nutum S. Sedis, R. D. Iacobum Medweckyi, Antistitem Urbanum et Archidiaconum cathedralis Ecclesiae Stanislaopolitanae Ruthenorum, ***Administratorem Apostolicum pro fidelibus ritus byzantino-rutheni in Lemhowszczyzna.***

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

NOMINATIONES

Sacra Congregatio de Propaganda Fide, successivis datis decretis, ad suum beneplacitum renunciavit :

Ï6 Septembris 1986. — **R. P. Hyacinthum M. D'Avila, O. P.,** ***Praefectum Apostolicum de Canelos.***

— R. P. Iosephum Nepote-Pus, ex Instituto Missionum a Consolata, ***Praefectum Apostolicum de Meru.***

n

DESIGNATIONES PRO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, pro appellatione Revmus Ordinarius Praefecturae Apostolicae de Kiangchow designavit Tribunal Vicariatus Apostolici de Taiyüanfu. Quam designationem Ssmus approbavit in Audientia diei 27 Iulii 1936.

Item Vicarius Apostolicus de Thai-Binh designavit ad eundem effectum Tribunal Vicarii Apostolici de Hai-Phong, approbante Ssmo in Audientia diei 28 Augusti 1936.

Similiter Vicarius Apostolicus Rabaulensis designavit Tribunal Vicariatus Apostolici Novae Guineae Orientalis : quam designationem Ssmus ratam habuit in Audientia diei 28 Septembris 1936.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

LUCEN, IN ITALIA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI HELENAE GUERRA, FUNDATRICIS OBLATARUM SPIRITUS SANCTI, VULGO SORORUM S. ZITAE.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Lucae, in nobilissima Etruriae urbe, non pauci seu nati sunt, seu mortalem vitam complevere, qui in virtutum christianarum exercitio insignes extiterunt. Equidem B. Ioannes Leonardi, ut antiquioris aevi memorias praetereamus, Ven. Caesar Franciotti, Ven. Io. B. Cioni atque, nostro propior tempori, B. Gemma Galgani, electissimum caritatis exemplar, candidissimumque puritatis lilium, Lucensem civitatem fulgida sanctitatis gloria illustrarunt. His iure merito adiicienda videtur Helena Guerra, *Oblatorum Spiritus Sancti,* vulgo *Sororum S. Zitae,* fundatrix.

Die 23 Iunii a. D. 1835 Lucae ea nata est, eodemque die baptizata.

acceptis nominibus Mariae Helenae Antoniae. Parentes habuit Antonium et Faustinam Franceschi, pietate et censu praestantes. Sub sancta horum disciplina, matris praesertim, Helena ad omnem pietatem instituta, innocenti pueritia floruit. Die 5 Iunii a. 1843 sacro Chrismate fuit inuncta, sequentique anno ad sacram eucharisticam mensam primitus accessit. Exinde in deliciis habebat, quam frequentius sibi datum foret, caelesti cibo refici, longasqne moras in oratione protrahere.

Ferventi praedita ingenio, non sine divinae providentiae consilio, humaniora studia magno cum profectu excoluit, latinas praesertim litteras, quae ei postea usui mirabiliter fuere, ut ex divinis Scripturis et ex Patribus eam sacram eruditionem hauriret, quam in suis scriptis copiose derivavit.

Adhuc puella in virtutum omnium exercitio maxime enitebat. Parentibus obedientissima, a puerilibus nugis aliena, piae unioni Filiarum Mariae adiecta, aequales christianam catechesim edocere, easque ad pietatem impellere miro animarum zelo satagebat. Quod ut uberius obtineret, normas quasdam eisdem tradens servandas, consociationem constituit, cui nomen ***a Spiritualibus amicitiis.***

Verum ad maiora patranda Deus eam comparaverat.

Die 9 Decembris mensis a. D. 1872 ipsa nonnullaeque e suae Piae Unionis sodalibus, regulas quas conscripserat sectando, communem vitam ad instar religiosarum agere coeperunt. Decem post annos paternae hereditatis sumptibus domo coempta, ab Archiepiscopo Nicolao Ghilardi die 4 Novembris religiosis vestibus ipsa sodalesque fuerunt indutae religiosisque votis Deo primitus se mancipavere. Quae nova religiosa familia, iuris dioecesani, ***Sororum a S. Zita*** **titulum humilitatis amore selegit. Sancta enim Zita, Virgo Lucensis, in humili famulatus conditione ad sanctitatis culmen pervenit. Christiana puellarum educatio, peculiarisque Sancti Spiritus cultus novensili Instituto est praestitutus finis. Regulas ipsa dedit, quas Archiepiscopus idem probavit, atque a. 1889 Dei Famula prioresque sodales perpetua vota nuncupaverunt. Anno autem 1911 Apostolica Sedes decretum, quod laudis vocant, Instituto concessit.**

Quantum ad propagandam erga Spiritum Paraclitum religionem ipsa adlaboraverit, praeter ea quae verbo et actione peregit, plura quae scripsit opuscula evidenter comprobant. Quin immo, reverentes quidem, sed adeo instantes Leoni XIII preces ipsa porrexit, ut sapientissimus hic Pontifex, re probata, eaque ad se advocata, Apostolicas sub anulo Piscatoris litteras a. 1895 ediderit, a. vero 1897 insignem epistolam encyclicam ***Divinam illud munus*** **omnibus locorum Ordinariis conscripsérit,**

in qua nonnulis de Sanctissima Trinitate praelibatis, pressius de Spiritu Sancto magnifico disseruit eloquio, precesque novendiales in sollemnitatis Pentecostes praeparationem, in perpetuum, in omnibus, curialibus saltem, templis effundendas indixit.

Quae merita Famulae Dei, signaculo Crucis suae Dominus probavit et auxit. Equidem *Qui vult venire post me abneget semetipsum, tollat crucem suam et sequatur me,* docet Dominus, et : *Omnes qui pie vivere volunt in Christo Iesu persecutionem patientur,* dicit Apostolus *(2 Tim.,* 3, 12). Quapropter, quum Famula Dei praeclara virtutum omnium dedisset specimina, necesse fuit ut per tribulationum ignem veluti aurum probaretur : sicque, crucis pondere quidem sed et honore decorata, divinum Magistrum cominus sequi digna fieret. Itaque quum e generalis Moderatricis munere, quasi inepta depulsa fuisset, eam aerumnam Dei voluntati pio fortique animo penitus obsequens cum gaudio excepit.

Reliquo omni vitae spatio altius in Deum caritate conscendit, donec Sabbato Sancto, die 11 Aprilis a. D. 1914, octogenaria, subito correpta morbo, purissimum spiritum Deo pientissime reddidit.

Lucenses cives summis laudibus eam demortuam extulerunt, frequentesque ad eius exuvias invisendas pie accesserunt. Quae sanctitatis fama non solum non deferbuit, sed mirifice est aucta, uti nonnullis annis post, in eius cadaveris e caemeterio ad urbanum Sororum sacellum translatione manifesto apparuit, quum ad eam honestandam et clerus et populus, immo et ipsi publici magistratus frequentissimi convenerunt.

Quare factum est, ut sexdecim post annos, a felici eius obitu, Lucensi in Curia Ordinaria Inquisitio peracta fuerit, seu super sanctitatis fama, seu super scriptis et Urbanianis decretis de cultu Servae Dei non exhibito. Interim plures Postulatoriae litterae ad Beatissimum Patrem pro Causae Introductione fuere porrectae. Instante autem Riño P. Carolo Miccinelli S. L, Causae huius Postulatore legitime constituto, Sacra Rituum Congregatio, scriptis perpensis, die 22 Maii 1935 decrevit nihil obstare quominus ad ulteriora procedi quiret. Die autem 28 Aprilis anni huius Emus ac RECLUS D. Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Ostiens. et Albanen., Causae Ponens seu Relator, in Ordinario Sacrae eiusdem Congregationis coetu Dubium proposuit disceptandum : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Rmi PP. Cardinales, audita Emi Ponentis relatione, auditis Officialium Praelatorum suffragiis, nec non R. P. D. Salvatore Natucci, Generali Fidei Promotore, respondere censuerunt; *Affirmative* seu *signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem subsignata die Ssmo D.-N. Pio Papae XI ab eodem Generali Promotore relatione, Sanctitas Sua, Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem Introductionis Causae Servae Dei Helenae Guerra signare dignata est.

Datum Romae, die 5 Maii a. D. 1936.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L, SS S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

PARISIEN.

CANONIZATIONIS B. CATHARINAE LABOURÉ VIRGINIS, E SOCIETATE PUELLARUM A CARITATE.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio reassumptionis Causae Canonizationis B. Catharinae Lahouré, Virginis, in casu et ad effectum de quo agitur.

Humillimam B. Catharinam Labouré, quae dum viveret, in Christo abscondita, *secretum Regis* occultare sategit, quaeque die vigésimo octavo Maii mensis anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo tertio, a Ssmo D. N. Pio Papa XI, beatorum catalogo fuit adscripta, novis patratis signis, Deus magis magisque exaltare velle videtur. -

Quapropter Rmus D. Iosephus Scognamillo, Congregationis Missionis generalis Procurator, idemque Postulator generalis, vota quoque depromens tum Superioris Generalis Congregationis Missionis, cum Superiorissae Societatis Puellarum a Caritate, Ssmum D. N. Pium Pp. XI suppliciter est deprecatas, ut Canonizationis Causa resumeretur. Itaque in Ordinario Sacrorum Rituum coetu die 26 Maii mensis, anni huius, habito, Emus ac Rmus D. Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit discutiendum : *An signanda sit Commissio Reassumptionis Causae praedictae Beatae, in casu et ad effectum de quo agitur.* Emi ac Rmi DD. Cardinales, sacris tuendis ritibus praepositi, audita eiusdem Cardinalis relatione, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, attentis postulatoriis litteris quatuor S. R. E. Cardinalium, nonnullorumque Archiepiscoporum atque Episcoporum, ceterisque perpensis, rescribere censuerunt : *Afftr-*

mative, seu Signandam esse Commissionem Reassumptionis Causae Canonizationis B. Catharinae Labouré, si Ssmo placuerit.

Facta autem subsignata die Ssmo D. N. Pio Pp. XI per infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua Eescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria Manu signare dignata est Commissionem Reassumptionis Causae Canonizationis eiusdem B. Catharinae Labouré.

Datum Romae, die 27 Maii a. D. 1936.

C. Card. LAURENTI, ***Praefectus.***

L. © S.

A. Carinci, ***Secretarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, ¥ì Ottobre 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si e adunatala •Sacra Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revßii Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi facenti parte della medesima S. Congregazione hanno discusso sulle virtù esercitate in grado eroico dal Ven. Servo di Dio Giovanni Claudio Colin, sacerdote e fondatore della Società di Maria.

Martedì, 3 Novembre 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *preparatoria,* con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Revmi Prelati Officiali e dei Revmi Consultori teologi, per discutere sulla eroicità delle virtù della Serva di Dio Paola Elisabetta Cerioli, ved. Busecchi Tassis, fondatrice dell'Istituto della Sacra Famiglia.

Martedì, 17 Novembre 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata Ja Sacra Congregazione dei Riti *ordinaria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali facenti parte della stessa Sacra Congregazione hanno discusso sui seguenti argomenti:

1. Introduzione della Causa di Beatificazione o Dichiarazione del Martirio dei Servi di Dio Raffaele Captier, sacerdote professo della Congregazione di S. Domenico per l'educazione della gioventù, e 12 compagni martiri.

. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Adolfo Petit, sacerdote professo della Compagnia di Gesù.

III. Concessione dell'Ufficio in onore dei Beati G. Cornelio, Ugone Gree e compagni martiri.

IV. Revisione degli scritti : *a)* della Serva di Dio Maria Goretti, vergine e martire; 6) del Servo di Dio Domenico del Ssmo Sacramento, dell'Ordine della Ssma Trinità; c) della Serva di Dio Eleonora Ramírez de Montalvo, fondatrice delle Ancelle della Ssöia Trinità e della divina Incarnazione; *d)* della Serva di Dio Margarita Ebner, religiosa professa dell'Ordine di S. Domenico.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

24 Agosto 1936. **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Nicola Canali,** ***Protettore dell'Istituto delle Piccole Suore dell'Operaio*** **(Lilla).**

7 Settembre » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi,** ***Protettore dell'Istituto delle Suore di S. Maria di Oregon.***

12 » » **L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione,** ***Protettore della Lega Intemazionale « Pro Pontifice et Ecclesia ».***

17 » » **Monsig. Luigi Traglia,** ***Prelato uditore della Sacra Romana Rota.***

24 » » **Monsig. Pietro Coffano, Monsig. Giovanni Battista Montini, Monsig. Giulio Barbetta, Monsig. Marco Martini, Monsig. Aristodemo Polci, Monsig. Amleto Tondini, Monsig. Giuseppe Graneris e Monsig. Vittorio Bartoccetti,** ***Prelati Referendari del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

Assistenti di Soglio Pontificio:

10 Marzo 1936. **S. E. Revma Monsig. Leopoldo Precari, Arcivescovo di Olomouc.**

23 Luglio » **S. E. Revma Monsig. Giovanni Francesco Braga, Arcivescovo tit. di Soteropoli.**

25 » » **S. E. Revma Monsig. Giuseppe Americo Orzali, Arcivescovo di S. Giovanni di Cuyo.**

7 Settembre » **S. E. Revma Monsig. Gesù Maria Echavarria, Vescovo di Saltillo.**

9 » » **S. E. Monsig. Noè Giuseppe Tacconi, Vescovo tit. di Arado. Vicario Apostolico di Kaifengfu.**

16 » * **S. E. Revma Monsig. Giulio Hossu, Vescovo di Cluj-Gherla.**

21 » » **S. E. Revma Monsig. Giuseppe Venturi, Arcivescovo di Chieti.**

28 » » **S. E. Revma Monsig. Giacomo Vilanova y Melendez, Vescovo di Sant'Anna.**

Protonotari Apostolici **ad instar participantium:**

3 Febbraio 1936. **Monsig. Francesco Tilmann, della diocesi di Treviri.**

22 » » **Monsig. Adolfo èelbicky, della diocesi di Leitmeritz.**

» » » **Monsig. Francesco Serafico Riemer, della diocesi di Passavia.**

'' 2 Giugno » **Monsig. Giuseppe Szydzik, della diocesi di Culma.**

13 Giugno 1936. Monsig. Francesco Giusto Rarkowski, dell'Ordinariato Castrense di Germania.
17 » » Monsig. Francesco Mesik Vajda, della diocesi di Neosolio.
26 Agosto » Monsig. Silvio Sabbadini, della diocesi di Carpi.
5 Settembre » Monsig. Giovanni Ligas, dell'archidiocesi di Cagliari.

Prelati Domestici di S. S. :

10 Giugno 1936. Monsig. Giovanni Guevara, della diocesi di Arequipa.
20 Luglio » Monsig. Arnoldo Francken, della diocesi di Münster.
» Monsig. Angelo De Marco, della diocesi di Aquino.
» » Monsig. Efrem Forni, dell'archidiocesi di Milano.
24 » Monsig. Giovanni Michele Byrne, dell'archidiocesi di San Francisco.
» Monsig. Giovanni Guglielmo Brockhage, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Timoteo Callaghan, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Edmondo Alfonso Mulcahy, della diocesi di Port Augusta.
19 Agosto » Monsig. Umberto Oriani, dell'archidiocesi di Milano.
26 » » Monsig. Edmondo Forti, della diocesi di Carpi.
» » » Monsig. Ernesto Zanoli, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tommaso d'Aquino Barreto, del Patriarcato delle Indie Orientali.
27 » Monsig. Rodolfo Ragats, della diocesi di Giavarino.
» » Monsig. Pietro Rizzardini, della diocesi di Belluno.
28 » Monsig. Giulio Pantalli, della diocesi di Todi.
3 Settembre Monsig. Mario Barbareschi, dell'archidiocesi di Milano.
8 » Monsig. Edoardo Benedetto Jordan, della diocesi diScranton.
10 Monsig. Tommaso M. Coghlan, della diocesi di Sioux City.
23 » Monsig. Amleto Tondini, della diocesi di Forlì.
» » Monsig. Giuseppe Graneris, della diocesi di Mondovì.
» » Monsig. Vittorio Bartoccetti, della diocesi di Fano.
26 » Monsig. Enrico Rampai, della diocesi di Marsiglia.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

11 Agosto 1936. A S. E. Amhed Ziwer Pacha (Egitto).
3 Settembre » A S. E. il sig. dott. Luigi Federzoni, Presidente del Senato del Regno d'Italia.

La Commenda con Plcwca dell'Ordine Piano:

27 Luglio 1936. Al sig. dott. ing. Luigi Velani (Italia).

La Commenda dell'Ordine Piano :

2 Settembre 1936. Al sig. Barone Giovanni Di Giura (Italia).

II Cavalierato dell'Ordine Piano:

11 Agosto 1936. Al N. H. avv. Paolo Calieri Gamondi, della diocesi di Alessandria.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

27 Luglio 1936. Al sig. dott. ing. Luigi Gigli (Italia).
» » » Al sig. dott. ing. Luigi Maccallini (Italia).
7 Agosto » Al sig. dott. ing. Giovanni Battista Forziati (Italia).
10 » » Al sig. Enrico Gii Fortoul, Consigliere della Legazione del Venezuela presso la Santa Sede.
18 » » Al sig. Carlo Szendy, dell'archidiocesi di Strigonia.
3 Settembre » Al sig. ing. Camillo Tizzano, dell'archidiocesi di Napoli.
10 » » Al sig. dott. Ivo Bagli (Italia).
» » » Al sig. dott. Raffaele Formosa (Italia).
» » » Al sig. dott. Costanzo Scarella (Italia).
» » » Al sig. dott. Claudio Cortini (Italia).
11 » » A S. E. il sig. Antonio C. Gonzalez, Ministro degli Stati Uniti d'America a Quito.
17 » » Al sig. Vittorio dei Baroni Pire! de Bihain, dell'Amministrazione Apostolica di Merk.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 Luglio 1936. Al sig. Barone Luigi De Villani (Italia).
» » » Al sig. dott. Stanislao Barberi (Italia).
» » » Al sig. Edmondo De Terbócz (Ungheria).
7 Agosto » Al sig. ing. Benedetto Tommasi (Italia).
20 » » Al sig. avv. Paolo Canonica, dell'archidiocesi di Torino.
23 » » Al sig. prof. Giorgio Lully (Roma).
25 » » Al sig. Giorgio Mac Lean (Perù).
3 Settembre » Al sig. ing. Valerico Maggiorotti, della diocesi di Avellino.

La Commenda dell''Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

25 Agosto 1936. Al sig. Tenente Colonnello Alessandro Villalobos (Perù).
10 Settembre » Al sig. Maggiore Luigi Rubbi (Italia).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

15 Dicembre 1933. Al sig. Emmanuele Ynchausti, dell'archidiocesi di Manila.
7 Agosto 1936. Al sig. Egidio Sella (Italia).
U » » Al sig. avv. Pio Occella, della diocesi di Alessandria.
25 » » Al sig. Giuseppe Vega Centeno (Perù).
27 » » Al sig. rag. Claudio Marzorati, della diocesi di Bergamo.
12 Settembre » Al sig. Luigi Mortamet, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Al sig. Giorgio Curtelin, della medesima archidiocesi.
17 » » Al sig. Alfredo Somville (Belgio).
»• » » Al sig. Giovanni Boon (Belgio).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

16 Luglio 1936. Al sig. Ovidio Menicucci, Capitano Aiutante Maggiore in I[a] nel Corpo della Guardia Palatina d'onore.
» » » Al sig. Guido Gamberucci, Capitano nel Corpo della Guardia Palatina d'onore.
25 Agosto » Al sig. Capitano Giovanni Aurinoto (Perù).
» » Al sig. Capitano Augusto Escobar (Perù).

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

1 Agosto 1936. A S. E. il Generale Guglielmo Zehner, Segretario di Stato nel Ministero della Difesa in Austria.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

7 Agosto 1936. Al sig. ing. Giuseppe Pini (Italia).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

26 Luglio 1936. Al sig. dott. Goffredo Pentinaca (Italia).
» » » Al sig. Edmondo De Mikecz (Ungheria).
29 » » Al sig. dott. Francesco Kassab, del Vicariato Apostolico dell'Egitto.
7 Agosto Al sig. ing. Giovanni Benetti (Italia).
11 » » Al sig. Felice Goldaniga, della diocesi di Lodi.
» » » Al sig. Francesco Stewart (Argentina).
29 » Al sig. Mario Dotti, dell'archidiocesi di Ferrara.
3 Settembre » Al sig. geometra Giovanni De Feo, della diocesi di Avellino.
4 » » Al sig. Giuseppe Villani, dell'archidiocesi di Modena.
8 » » Al sig. Angelo Marson, della diocesi di Ceneda.
10 » » Al sig. Ernesto Olivieri (Italia).
» » » Al sig. Guglielmo Bongiorno (Italia).
16 » » Ai sig. Mario Guastini, dell'archidiocesi di San Paolo del Brasile.
19 » Al sig. rag. Angelo Del Grosso, dell'archidiocesi di Milano.

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

7 Agosto 1936. Al sig. Bernardo Jon Tonion (Italia).
10 » » Al sig. Francesco De Costantin de Ghateauneuf (Francia).
19 » » Al sig. Francesco M augeri, della diocesi di Acireale.
» » » At sig. Mattia Pretelli, dell'archidiocesi di Urbino.
20 » » Al sig. Francesco Peters, della diocesi di Bois-le-Duc.
25 » » Al sig. Umberto Mammoli, della diocesi di Todi.
11 Settembre » Al sig. prof. Luigi Tien, del Vicariato Apostolico di Kaifengfu.
14 » » AI sig. Giovanni Dorff, dell'Amministrazione Apostolica dell'Estonia.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il S. Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

23 Ottobre 1936. Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Francesco Marmaggi e Luigi Maglione, *Membri della Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti.*

6 Novembre » L'Illmo e Revmo Monsig. Pio Paschini, Rettore Magnifico del Pontificio Ateneo del Seminario Romano, i Revmi P. Mariano Cordovani, O. P., Maestro del Sacro Palazzo Apostolico, P. Agostino Gemelli, O. F. M., Rettore Magnifico dell'Università Cattolica dei S. Cuore in Milano, P. Agostino Bea, S. I., Rettore del Pontificio Istituto Biblico, P. Domenico Palermo Lazzarini, S. L, e P. Cornelio Damen, C. SS. R., Decano della Facoltà di Teologia neirAteneo del Pontificio Collegio Urbane- « de Propaganda Fide », *Consultori della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

15 » » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Federico Tedeschini,, Carlo Salotti, Federico Cattani e Massimo Massimi, *Membri della Commissione Pontificia per l'interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico**

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

19 Marzo 1936. Monsig. Ferdinando Bremer, dell'archidiocesi di Colonia.
2 Aprile » Monsig. Giorgio Meixner, dell'archidiocesi di Bamberga.
7 Maggio » Monsig. Carlo Hold, della diocesi di S. Ippolito.
14 Monsig. Ruperto Wilhem, della diocesi di Secovia.
Monsig. Francesco Stradner, della medesima diocesi.
6 Agosto » Monsig. Giovanni Battista De Martin, della diocesi di Belluno.
Monsig. Antonio Pullié, della medesima diocesi.
Monsig. Giuseppe Pollazón, della medesima diocesi.
Monsig. Pietro Tizian i, della diocesi di Fel tre.
Monsig. Giorgio Tollardo, della medesima diocesi.
27 » Monsig. Basilio Hopko, della diocesi di Preâov.
» » Monsig. Emerico Szedlák, della medesima diocesi.
10 Settembre Monsig. Enrico Noltsch, dell'archidiocesi di Vienna.
24 » Monsig. Giuseppe a Pace Garcia, della diocesi di Chihuahua.,
1 Ottobre Monsig. Paolo Sántha, dell'archidiocesi di Strigonia.
» » Monsig. Eugenio Gunda, della medesima archidiocesi.
2 » Monsig. Pietro Pfister, dell'archidiocesi di Besançon.
Monsig;. Giuseppe de Andrade Lima, dell'archidiocesi di Bahia.
» Monsig. Giovanni Mackintosh Tilney Barton, dell'archidiocesi di Westminster.
14 » Monsig. Giacomo Passoni, dell'archidiocesi di Milano.
» A Monsig. Giuseppe Orsenigo, della medesima archidiocesi....
15 » Monsig. Luigi Donarini, della diocesi di Crema.

29 Ottobre 1936. **Monsig. Marino Di Mario, della diocesi di Civita Castellana.**
» » » **Monsig. Giuseppe Cermenati, dell'archidiocesi di Milano.**
» » » **Monsig. Giulio Gaio, della diocesi di Feltre.**
3 Novembre » **Monsig. Roberto Sposetti, della diocesi di Tuscania.**
» » » **Monsig. Dino Francesco Saini, della diocesi di Città della Pieve.**
5 » » **Monsig. Guido Miraglio, della diocesi di Acqui.**
» » » **Monsig. Alessandro Thea, della medesima diocesi.**

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:

16 Luglio 1936. **Il Conte Vincenzo Negri, dell'archidiocesi di Milano.**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

16 Aprile 1936. **Monsig. Simone Kummer, della diocesi di Aquisgrana.**
7 Maggio » **Monsig. Antonio Wagner, della diocesi di S. Ippolito.**
27 Agosto » **Monsig. Gerardo Chirichella, della diocesi di Campagna.**
24 Settembre » **Monsig. Augusto Corradi, dell'archidiocesi di Modena.**
» » » **Monsig. Salvatore Uranga, della diocesi di Chihuahua.**
» » » **Monsig. Baudelio Pelayo, della medesima diocesi.**
» » » **Monsig. Francesco Espino, della medesima diocesi.**

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

27 Agosto 1936. **Monsig. Michele Szabados, della diocesi di Presov.**
1 Ottobre » **Monsig. Paolo Polgár, dell'archidiocesi di Strigonia.**

Cappellano d'onore extra Urbem *di S. S.:*

16 Luglio 1936. **Monsig. Vittore Wurzer, dell'archidiocesi di Trento.**

NECROLOGIO

17 Ottobre 1936. **Monsig. Giuseppe Ambuli!, Vescovo di Basilea e Lugano.**
30 » » **Monsig. Giovanni Scheifes, Vescovo tit. di Cestro.**
13 Novembre » **Monsig. Giovanni Mauri, Vescovo tit. di Famagosta.**
15 » » **Monsig. Salvatore Meo, Vescovo tit. di Melone.**
16 » » **Emo Signor Card. LUIGI GIUSEPPE MAURIN, Arcivescovo di Lione.**

An. et vol. XXVIII 20 Decembris 1936 (Ser. II, v. III) - Num. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

S. DIDACI

DIOECESIS ANGELORUM S. DIDACI'DISMEMBRATUR ET NOVA ERIGITUR « S. DIDACI » DIÓCESIS. DECERNITUR INSUPER UT DIOECESI ANGELORUM S. DIDACI NOMEN « ANGELORUM » SOLUMMODO IN POSTERUM SIT.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad spirituale christianae plebis regimen et pastorale ministerium salubrius ac facilius exercendum quam maxime confert Ecclesiarum in orbe circumscriptionum mutatio, si rerum temporumque adiuncta id exigant. Quum itaque dioecesis Angelorum S. Didaci nimia territorii amplitudine pateat, valde opportunum visum est eam dividere et alteram constituere dioecesim. Quapropter, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum consilio, ac praehabito venerabilis Fratris Hamleti Ioannis Cicognani, Archiepiscopi titularis Laodicensis in Phrygia et Delegati Apostolici in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus favorabili voto, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae potestatis plenitudine, a Dioecesi Angelorum S. Didaci eam separamus territorii partem civiles comitatus *S. Didaci,*

Imperial, Riverside et *S. Bernardini* complectentem, atque ex ea novam ac distinctam erigimus Dioecesim, erectamque per praesentes declaramus, ipsamque a S. Didaci urbe, *Sancti Didaci* nuncupari volumus et decernimus, coarctatis proinde finibus Dioecesis Angelorum S. Didaci, cui posthac nomen *Angelorum* solummodo erit. Novae Dioecesis sedem in urbe S. Didaci statuimus, quam propterea urbem ad civitatis episcopalis fastigium extollimus eique concedimus iura et privilegia quibus ceterae episcopales civitates pollent; Episcopi vero cathedram in paroeciali ecclesia S. Ioseph, in eadem urbe exstante, figimus, quam igitur ad Cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem extollimus, eique eiusque pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, privilegia, honores, insignia, gratias et praerogativas quibus ceterae cathedrales Ecclesiae earumque Praesules iure communi gaudent et fruuntur, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus. Hanc S. Didaci Dioecesim suffraganeam constituimus Ecclesiae Angelorum, quam aliis Nostris Litteris hac ipsa die datis in Metropolitanam evehimus et constituimus; Episcopos propterea S. Didaci metropolitico iuri Antistitum Ecclesiae Angelorum subiicimus. Quod vero attinet ad dioecesis S. Didaci regimen, administrationem, dotationem, itemque fidelium iura et onera, aliaque id genus, servanda iubemus quae hac de re sacri canones, nec non Concilium plenarium Baltimorense tertium praescribunt. Quod vero ad clerum praecipue attinet, decernimus ut simul ac huius Dioecesis erectio ad exsecutionem mandata fuerit, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime exstant. Usquedum insuper in Cathedrali Canonicorum Capitulum constituatur volumus ut Dioecesani Consultores ad iuris tramitem seligantur et adhibeantur. Mandamus denique ut documenta et acta quae novam Dioecesim respiciunt, quamprimum fieri possit, ab Archidioecesis Angelorum Cancellaria tradantur Curiae episcopali S. Didaci ut in eius archivo religiose asserventur. Quibus itaque dispositis et statutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda quem supra diximus venerabilem Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus Delegatum Apostolicum, deligimus, eique propterea tribuimus facultates ad id necessarias et opportunas etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto eidem onere ad S. Congregationem Consistorialem intra sex menses, ab his Litteris datis computandos, authenticum exemplar peractae exsecutionis actorum transmittendi. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri 5n ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus

adhibeatur fides quae hisce Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet, alio substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, quibus omnibus, etiam speciali mentione dignis, per praesentes derogamus. Nemini ergo liceat hanc paginam dismembrationis, erectionis, subiectionis, decreti, concessionis, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis ergo ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die decimaprima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
Cancellarius 8. R. E. 8. C. Consistorialis a Secretis.

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus,*
Ludovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco gj Plumbi

Reg. in Cano. Ap., Vol. LV, n. 44 - **Al.. Trussardi.**

II

ANGELORUM ET ALIARUM

DIOECESIS ANGELORUM AD METROPOLITANAE ECCLESIAE GRADUM EVEHITUR, EIDEMQUE CATHEDRALES ECCLESIAE S. DIDACI, MONTEREYENSIS-FRESNENSIS ET TUCSONENSIS SUFFRAGANEAE CONSTITUUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nimis amplas ecclesiasticas provincias dividere et aliter circumscribere, novasque exinde provincias constituere, quotiens id temporum locorumque adiuncta requirant, omni studio curare debemus. Quam supremi Nostri muneris partem modo exigere videtur nonnullarum dioecesium suffraganearum tam S. Francisci in California, quam S. Fidei in America Septentrionali provinciarum utilitas atque spirituale fidelium ibidem commorantium bonum.

Quapropter, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum consilio, audito quoque venerabili Fratre Amleto Ioanne Cicognani, Archiepiscopo titulari Laodicensi in Phrygia, in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus Delegato Apostolico, omnibus mature perpensis et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, ea quae sequuntur apostolicae potestatis plenitudine statuimus ac decernimus.

Primo quidem dioecesim Angelorum, e cuius territorii parte aliis Nostris Litteris hac ipsa die datis nova S. Didaci dioecesis efformata est, a provincia ecclesiastica S. Francisci in California separamus ac seiungimus, ipsamque, a metropolitico iure Archiepiscopi S. Francisci in California avulsam, in Archidioecesim constituimus. Cathedralem propterea Angelorum ad Metropolitanae Ecclesiae gradum et dignitatem extollimus, eique igitur eiusque pro tempore Archiepiscopis omnia concedimus iura, insignia, privilegia et honores, quibus ceterae Metropolitanae Ecclesiae earumque Antistites ad iuris communis tramitem fruuntur et gaudent; praecipue vero Archiepiscopis Angelorum ius tribuimus Crucem intra fines suae provinciae ante se ferendi et Pallio iuxta lyturgicas leges utendi, postquam illud in Sacro Consistorio rite expostulatum et obtentum fuerit. Item ipsam Metropolitanam Ecclesiam Angelorum eiusque

Archiepiscopos iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae Metropolitanae Ecclesiae earumque Antistites adstringuntur. Deinde ab eadem provincia ecclesiastica S. Francisci in California dioecesim Montereyensem-Fresnensem, et a provincia S. Fidei in America Septentrionali dioecesim Tucsonensem separamus et a sui cuiusque Archiepiscopi metropolitico iure eximimus.

Has autem Cathedrales Ecclesias una cum Ecclesia S. Didaci, hae ipsa die, ut iam diximus, erecta, suffraganeas constituimus novae Metropolitanae Ecclesiae Angelorum, earumque igitur Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi Angelorum subiicimus. Quae nova provincia ecclesiastica a suae metropolitanae sedis denominatione *Angelorum* nuncupanda erit. Ad quae omnia ut supra disposita exsecutioni mandanda quem supra memoravimus venerabilem Fratrem Delegatum Apostolicum in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus deligimus, eique necessarias et opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, et onus imponimus ad S. Congregationem Consistorialem intra sex menses ab his Litteris datis computandos authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis.

Volumus autem et mandamus ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel onici o constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce Litteris tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam Nostram dismembrationis, evectionis, subiectionis, mandati, statuti, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu

temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die decima prima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI *Cancellarius S. R. E.*

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI *8. C. Consistorialis a Secretis.*

Alphonsus Carinci, ***Protonotarius Apostolicus***
Vincentius Bianchi Cagliesi, ***Protonot.^ Apost.***

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., vol. LV, *n.* 53. — Al. Trussardi.

EPISTOLAE

I

AD EMUM P. D. FRANCISCUM TIT. S. CAECÏLIAE S. R. E. PRESB. CARDINALEM MARMAGGI, QUEM LEGATUM SUUM MITTIT AD CONCILIUM UNIVERSAE' POLONIAE EPISCOPORUM, CZESTOCHOVIAE PERAGENDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quod iam pridem erat in votis, Concilium Poloniae universae Episcoporum, exeunte mense Augusto, apud insigne sanctuarium Marianum Czestochoviense peragetur. Cuius quidem sacrae celebrationis nuntius maxima Nos affecit laetitia. Haec enim augusta admodum Congressio sacrorum omnis ritus Antistitum, qui, in tam multis dissitisque Reipublicae ditionibus versantur, tam varias vicissitudines tamque diversa rerum discrimina experti, nedum opportuna ac perutilis, sed necessaria prorsus videbatur, ut negotia maximi momenti amice prudenterque perpenderentur, et, singulis cuiusque consiliis in unum conlatis, quaedam communis norma ac ratio in pascendis gregibus proponeretur. Plurimum sane conferunt ad animarum bonum in qualibet natione provehendum et Praesulum voluntatum conspiratio et legum praeceptorumque concordia. Id vero Nobis inter cetera singulariter perplacuit, in proximo Concilio Plenario non solum quemdam esse statuendum modum, quo ecclesiastica disciplina aequabiliter, quantum poterit, in tota Poloniae Republica moderanda sit, sed studium quoque operamque esse conferenda, ut Catholica, ipsa laicorum Actio magis magisque in omnes dioeceses proferatur, impensioreque vi atque efficacia publicos privatasque mores attingat perfi-

ciatque. ita enim, omni disceptatione arnota atque firmissime solidata animorum viriumque coniunctione inter Ecclesiasticam Hierarchiam et christifideles intercedente omnium bonorum consilia atque incepta tum religiosae tum civili utilitati potius consulere poterunt. Quum autem ex iuris praescripto Concilium Plenarium Nobis per Legatum Nostrum, qui eidem quoque praesideat, convocandum sit, hoc ius periucunde obeuntes, te, Dilecte Fili Noster, qui, ob Apostolici Nuntii, munus in Polonia egregie persolutum, ad amplissimum Patrum purpuratorum Ordinem a Nobis nuper adlectus es, quique nobilissimam Polonorum gentem tantopere Nobiscum diligis devinctamque caritate habes, per has Litteras Legatum Nostrum eligimus ac renuntiamus, ut Concilio Episcoporum Plenario, qui, Augusto mense ad exitum vertente, Czestochoviae celebrabitur, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Ipsa autem sedes, ad habendos coetus delecta ac praestituta, iam magnam Nobis spem uberrimorum fructuum portendit. Illud enim Mariale templum, tanta populi christiani veneratione celebratum, tam Nobis, sicut tibi, notum ac dilectum, in Nostram memoriam revocat priscum sacrum coenaculum, in quo primi Christi Apostoli « omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum... Maria matre Iesu » ***{Act. Ap.,*** I, 14). Ita profecto, Pastoribus praeeuntibus, greges quoque fidelium erunt « cor unum et anima una». Hanc vero christianam civium concordiam, quam saepissime inculcavimus, nunc, te interprete, Dilecte Fili Noster, iterum iterumque commendamus, impensiusque suademus, ut plane conantibus ex omni ordine bonis viris, eisque qui Reipublicae moderantur bene faventibus, pristina nobilissima istius gentis decora augeantur et avitae fidei laudes ac promerita amplificentur, praesertim nunc temporis, cum in Europa sanctissimae religioni nostrae et paci sociali obscurae et graves minae incumbunt. Quae quidem Nos, dum pro paterna ac studiosa in Poloniae populum caritate ferventi prece a Domino expostulamus, tibi, Dilecte Fili Noster, cunctisque ex omni ritu Archiepiscopis et Episcopis, universisque cleris et fidelibus cuique concreditis Apostolicam Benedictionem, unitatis ac prosperitatis auspicem, amantissime impertimus atque ad augendam legationis tuae dignitatem atque praestantiam ultro facultatem facimus, ut quo volueris die, cum sacra sollemnia alicubi peragentur, Nostro nomine Nostraque potestate, admissorum venia proposita, adstantibus benedicas.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die prima mensis Augusti, anno MDCCCCXXXVI, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. DONATUM, EPISCOPUM SABINENSEM ET MANDELENSEM, S. R. E. CARDINALEM SBARRETTI, SACRI CONLEGII SUBDECANUM, EUMDEMQUE SUPREMI TRIBUNALIS SANCTI OFFICII SECRETARIUM, OCTOGESIMUM AETATIS ANNUM EXPLETURUM.

PIUS PP. XI

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quemadmodum ii, qui altissimos montes conscendunt, aliquando sistunt, ubi latior circa prospectus gratiorque porrigitur, ut, requiete et visu refecti, alacriores inde ad summa fastigia contendant, ita homini in terris peregrinanti, diuturnum aevi cursum industriose emenso, iucundum sane est paullisper requiescere, susceptosque respicere labores, ut ex conscientia bene actae vitae novos sumat animos ad maiora et altiora persequenda. Hoc profecto tibi nunc contingit, Venerabilis Frater Noster, qui sexdecim a natali die lustra feliciter explens, tot, Deo favente, egregie utiliterque facta suavi memoria repetere vales. Etenim ab ipso iuventutis flore usque ad istam venerandam viridemque senectam, nullo non tempore catholicae Ecclesiae ipsique Sedi Apostolicae sollertem operam navasti. In Pontificio quidem Athenaeo Collegii Urbani inque Romana Congregatione de Propaganda Fide, prima sacrae militiae arma studiose exacuisti. Peracto deinde apud Apostolicam Washingtoniensem Delegationem Auditoris munere, dioecesi Sancti Christophori de Habana et biennio post Delegationi Apostolicae Canadiensi praepositus, pastoralem industriam ac sollicitudinem in latiore campo explicare potuisti, ita ut, in Urbem vocatus, munera a secretis in Sacra de Religiosis Congregatione et postea Assessoris in supremo Tribunali Sancti Ofiicii suscipere meritus sis. Quibus muneribus sedula navitate perfunctus, a Benedicto Pp. XV, fel. rec. Decessore Nostro, ad amplissimum Ecclesiae Senatum cooptatus et Sacrae Concilii Congregationi praefectus es. Eiusmodi novis existimationis et benevolentiae Pontificis testimoniis iuvenili quodam ardore obsecundasti, cleri populique fidelis disciplinam et catecheticam adulescentium institutionem singulari cura fovendo ac provehendo. Alia denique gravissima officia Nos Ipsimet tibi demandavimus, munus videlicet a Secretis in Nostro Tribunali Sancti Ofiicii et pastorale regimen dioecesis suburbicariae Sabinensis et Mandelensis, ubi profecto flagrans tuum religionis animarumque salutis studium enitere non desiit, immo vero clariore in dies luce refulsit. Illud tibi potissimum tribuitur laudi, con-

dendis novis ecclesiis paroeciisqne itemque Seminarii sedibus instaurandis atque amplificandis te provida pastoris sollertia patrisque largitate consuluisse. Huc accedit, quod in ipso oppido, ubi vitale lumen primo adspexisti, pia caritatis instituta ac publica opera civibus perutilia tuam liberalitatem ac munificentiain minime desideravere. Iure igitur optimo amici ac fideles tui in istius eventus faustitatem tecum collaetari omniumque bonorum Datori meritas gratias persolvere gestiunt. Cui quidem communi laetitiae Nos cumulum addere cupientes, atque octogesimi natalis tui celebrationem paterno animo participantes, tibi, Venerabilis Frater Noster, gratulationes et vota libentissime pandimus, superna dona ac solacia a Deo gratissima adprecantes. Quo autem ex ista faustitate maiorem fructuum copiam fideles percipiant, tibi ultro potestatem facimus, ut, quo volueris die, post Sacrum sollemniter peractum adstanti populo nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenam admissorum veniam eidem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Coelestium interea gratiarum in auspicium inque peculiaris dilectionis Nostrae testimonium accipe Apostolicam Benedictionem, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, tuis propinquis, amicis, laborumque sociis et universo gregi tibi commisso peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXV mensis Octobris, in festo Domini Nostri Iesu Christi Regis, anno MDCCOCXXXVI, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS, CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore providere dignatus est, nimirum :

3f Octobris 1936. **— Cathedrali Ecclesiae Sancti Didaci, nuper erectae, praefecit R. D. Carolum Buddy, parochum Ecclesiae cathedralis S. Iosephi.**

1Í6 *Novembris.* **— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Sidetanae R. D. Fridericum Lunardi, Nuntium Apostolicum in Republica Boliviana.**

19 Novembris. **— Titulari episcopali Ecclesiae Selensi R. D. Dominicum Ettorre, Suum cubicularium secretum supra numerum et canonicum Capituli cathedralis Spoleitani, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi P. D. Donati Episcopi Sabinensis et Mandelensis S. R. E. Cardinalis Sbarretti.**

23 Novembris. **— Cathedrali Ecclesiae Nucerinae Paganorum Exc. P. D. Theodoricum De Angelis, hactenus Episcopum Uxentinum.**

27 Novembris. **— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Hadrianopolitanae R. P. Eduardum Profittlich,** S. **L, Administratorem Apostolicum Estoniae.**

28 Novembris. **— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Philippopolitanae in Thracia Exc. P. D. Ioannem Raphaelem Rodic, hactenus Archiepiscopum Bellogradensem et Administratorem Apostolicum B&natus Iugoslavi.**

— Archiepiscopali Ecclesiae Bellogradensi R. D. **Iosephum Ujcic, Professorem Theologiae in Universitate Labacensi.**

7 Decembris. **— Cathedrali Ecclesiae Bugellensi ¡R. D. Carolum Rossi, canonicum Capituli collegialis Ssmae Trinitatis in civitate Taurinensi.**

9 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Bisun*fcinae Exc. P. D. Mauritium Dubourg, hactenus Episcopum Massiliensem.

12 Decembris. Metropolitanae Ecclesiae Monctonensi, nuper erectae, Exc. P. D. Arthurum Melanson, hactenus Episcopum Gravelburgensem.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Mocissenae Exc. P. D. Ioannem Hugonem Mac Donald, hactenus Episcopum Victoriensem in insula *Vancouver,* quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Henrici 0'Leary, Archiepiscopi Edmontonensis.

II

DESIGNATIO ORDINARII PRO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594 § 2 Codicis Iuris Canonici, Archiepiscopus Saltensis designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Tucumanensis.

Quam designationem Sacra Congregatio Consistorialis die 26 Novembris 1936 adprobavit.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, 27 Novembre 1936, Sua Santità ha ricevuto in solenne Udienza Sua Altezza Serenissima l'Ammiraglio NICOLA HORTHY DE NAGIBANYA, Reggente del Regno di Ungheria, e la Consorte di Lui, Sua Altezza Serenissima la Signora MARIA HORTHY.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 24 Novembre 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Guglielmo Giuseppe Chaminade, sacerdote secolare, fondatore della Società di Maria e dell'Istituto delle Figlie di Maria Immacolata.

Martedì, 15 Dicembre 1936, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sul martirio dei Servi di Dio Gregorio Grassi, Vescovo di Ortosia, Antonio Fantosati, Vescovo di Adras, Francesco Fogolla, Vescovo di Bagi, dell'Ordine dei Frati Minori, e XXVI Compagni, uccisi, come si asserisce, in odio alla fede.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

25 Novembre 1936. I Revmi D. Fedele de Stotzingen, Abate Primate dei Benedettini e P. Bertrando Kurtscheid, dell'Ordine dei Frati Minori, *Consultori della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

' *30 Novèmbre 1936.* Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Francesco Marmaggi e Luigi Maglione, *Membri della Sacra Congregazione del Concilio.*

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

12 Agosto 1936. S. E. Revma Monsig. Giuseppe Fietta, Arcivescovo tit. di Sardica, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Argentina.*

14 Settembre » S. E. Revma Monsig. Maurilio Silvani, Arcivescovo tit. di Lepanto, *Nunzio Apostolico nella Repubblica di Haiti e nella Repubblica Dominicana.*

30 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore della Congregazione delle Suore della Dottrina Cristiana di Nancy.*

17 Ottobre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore dell'Istituto della Sacra Famiglia di Amiens.*

26 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore della Congregazione delle Suore, Serve di Maria Ssma Addolorata* (Firenze).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi, *Protettore dell'Istituto delle Suore di S. Giuseppe di Carondelet* (St. Louis, Missouri).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore dell'Istituto « Soeurs de la Croix » di Chavanod* (Annecy).

1 Novembre » Il Revmo P. Michelangelo Tellina, dell'Ordine degli Eremitani di S. Agostino, *Sotto-Promotore Generale della Fede e Assessore della S. Congregazione dei Riti.*

7 » » L'Em.0 e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore della Congregazione delle Suore della Misericordia del Terz'Ordine di San Francesco* (Olomouc).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore della Congregazione delle Religiose Francescane dell'Immacolata Concezione* (Lons-le-Saunier, Diocesi di St Claude).

» » » L'Emo e Revino Signor Cardinale Alessio Ascalesi, *Protettore dell'Istituto delle Figlie di Nostra Signora del S. Cuore* (Arzano, archidiocesi di Napoli).

12 » » L'Ululo e Revmo Monsig. Giuseppe Latini, *Commendatore di S. Spirito.*

16 Novembre 1936. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Nicola Canali, *Protettore delle Suore dell'Istituto del Santo Bambino Gesù (Holy Child Jesus)* (Roma).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Carità del Sacro Cuore di Gesù* (Angers).

Assistenti al Soglio Pontificio :

2 Luglio 1936. S. E. Revma Monsig. Giovanni Battista Pelt, Vescovo di Metz.

28 Ottobre » S j E. Revma Monsig. Patrizio Morrisroe, Vescovo di Achonry.

» » » S. E. Revma Monsig. Gabriele Breynat, Vescovo tit. di Adramittio, Vicario Apostolico di Mackenzie.

7 Novembre » S. E. Revma Monsig. Giulio Girard, Vescovo tit. di Bulla Regia, Vicario Apostolico del Delta del Nilo.

Protonotario Apostolico ad instar participantium :

28 Ottobre 1936. Monsig. Mario Pistocchi, della diocesi di Forlì. <

Prelati Domestici di S. S. :

17 Novembre 1935. Monsig. Enrico Martel, della diocesi di Pembroke.

» » » Monsig. Pietro Biernacki, della medesima diocesi.

31 Luglio 1936. Monsig. Adalberto Jaross, della diocesi di Alba Julia.

» » » Monsig. Angelo Villaruz, della diocesi di Lipa.

» » » Monsig. Antonio Osorio Pereira, della medesima diocesi.

» » » Monsig. Cirillo Castillo, della medesima diocesi.

» » » Monsig. Bartolomeo Ellaga, della medesima diocesi.

29 Agosto » Monsig. Giacomo Cahalan, della diocesi di Detroit.

» » » Monsig. Alessandro J. Grudzinski, della medesima diocesi.

4 Settembre » Monsig. Giuseppe Orrù, dell'archidiocesi di Cagliari.

» » » Monsig. Giuseppe Uras, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Mario Più, della medesima archidiocesi.

20 Ottobre » Monsig. Giuseppe Alfredo Myrand, dell'archidiocesi di Ottawa.

» » » Monsig. Michele Chamberland, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Giuseppe Ercole Touchette, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Tommaso Patrizio Fay, della medesima archidiocesi.

21 » » Monsig. Igino Valdemarin, dell'archidiocesi di Gorizia.

25 » » Monsig. Rocco Briscese, della diocesi di Venosa.

» » » Monsig. Giacomo Giovanni Giuseppe Noordman, della diocesi di Haarlem.

27 Ottobre 1936. Monsig. Luigi Lafon, della diocesi di Périgueux.
» » » Monsig. Raoul Dupin de Saint Gyr, della medesima diocesi.
3 Novembre » Monsig. Vincenzo Padovani, dell'archidiocesi di Bologna.
» » » Monsig. Luigi Gonzaga De Moura, della diocesi di Campinas.
» » » Monsig. Luigi Douterlungne, della diocesi di Tournay.
» » » Monsig. Ronaldo Arbuthnot Knox, dell'archidiocesi di Westminster.
12 » » Monsig. Giuseppe Francesco Me intyre, dell'archidiocesi di New York.
» » » Monsig. Tommaso J. Me Donnei, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Alfredo Mariano De Souza, dell'archidiocesi di San Francisco.
6 Dicembre » Monsig. Giuseppe M. Steifes, della diocesi di Grand Rapids.
» » » Monsig. Raimondo Enrico Baker, della medesima diocesi.

ONORIFICENZE

, Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

L'Ordine dello Speron d'Oro:

27 Novembre 1936. A Sua Altezza Serenissima Nicola Horthy de Nagibánya, Reggente del Regno d'Ungheria.

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

27 Novembre 1936. A S. E. il Signor Colomanno Darányi de Pusztszentgyörgy e Tetétlen, Presidente del Consiglio dei Ministri nel Regno d'Ungheria.

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

1 Agosto 1936. Al sig. Timoleone Di Bonneval (Francia).

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

8 Ottobre 1936. A S. E. il sig. Generale Raffaele Leonida Trujillo Molina, Presidente della Repubblica Dominicana.

La Placca dell'Ordine di San Silvestro Papa:

27 Novembre 1936. Al sig. Stefano Csáky (Ungheria).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

27 Novembre 1936. Al sig. Colonnello « vitéz» Nicola Koos de Béke (Ungheria).

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

21 Giugno	
» »	**Monsig. Messias Bragança, della medesima diocesi.**
17 Settembre	**Monsig. Giovanni Bochenek, della diocesi di Tarnovia.**
»	**Monsig. Alessandro Rogóz, della medesima diocesi.**
» »	**Monsig. Monsig. Andrea Cerniak, della "medesima diocesi.**
5 Novembre	**Monsig. Carlo Brolis, della diocesi di Como.**
» »	**Monsig. Bartolomeo Pellegrini, della medesima diocesi.**
» »	**Monsig. Francesco Nobilomo, della diocesi di Alife.**
19 »	**Monsig. Tarquinio Mosconi, della diocesi di Piacenza.**
21 »	**Monsig. Remo Riccioni, della diocesi di Orvieto.**
>> »	**Monsig. Paolo Igino Cecchetti, dell'archidiocesi di Fermo.**
» »	**Monsig. Mario Ginnetti, della diocesi suburb. di Velletri.**
» »	**Monsig. Francesco Tinello, della diocesi di Squillace.**
»	**Monsig. Giuseppe Canovai (Roma).**
» »	**Monsig. Giuseppe Sandri (Roma).**
26 »	**Monsig. Giovanni Perrone, della diocesi di Lecce.**
» »	**Monsig. Vittorio Masera, della diocesi di Ugento.**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

5 Novembre 1936.	**Monsig. Francesco Schunk, della diocesi di Cinque Chiese.**
» » »	**Monsig. Desiderio Riedlinger, della medesima diocesi.**
» » »	**Monsig. Luigi Rausz, della medesima diocesi.**
» » »	**Monsig. Giovanni Tihanyi, della medesima diocesi.**

NECROLOGIO

26 Novembre 1936.	**Monsig. Costanzo Castrale, Vescovo tit. di Gaza.**
1 Dicembre »	**Monsig. Adeodato Wittner, Vescovo tit. di Mileto.**
8 » »	**Monsig. Domenico Mezzadri, Vescovo di Chioggia.**
15 » »	**Monsig. Tommaso 0' Doherty, Vescovo di Galway e Kilmacduagh.**
16 » »	**Monsig. Giuseppe Palica, Arcivescovo tit. di Filippi.**
17 » »	**Monsig. Giovanni Fossa, Vescovo di Fiesole.**
18 » »	**Monsig. Luigi Bondini, Arcivescovo tit. di Perge.**

An. et Vol. XXVIII   31 Decembris 1936   (Ser. II, v. III) - Num. 16

ACTA APOSTOÜCAEIEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

I

INDEX GENERALIS ACTORUM

(AN. et VOL. XXVIIi — SER. II, v. III)

I. - ACTA PII PP. XI

II. - ACTA SS. CONGREGATIONUM

* Ad inquirendum commodum haec sit distincta recensio:

PP. Cardinalibus concreditae Protectoriae: 115, 150, 180, 212, 213, 276, 311, 312, 385, 479 497 498.

PP. Cardinales dati SS. Consiliis: S. C. Consistoriali, 246; S. C. Orientali, 85,179, 246, 276 ¿ S. C. de Sacramentis, 85, 246, 483; S. C Concilii, 246, 497; S. C. de Religiosis, 246; S. C. de Propaganda Fide, 84, 246; S. C. Rituum, 179, 246; S. C. Caeremoniali, 114, 246, 312; S. C. pro Negotiis eccl. extraord., 246; S. C. de Seminariis, 212, 246; S. C. Rev. Fabricae S. Petri, 115; Commiss. Pont. ad Codicis canones interpretandos, 483; Commiss. Pont. a Codice orientali,- 115, 275, 386; Administrationi Pont. Bonorum S Sedis, 84; Pont. Commiss, de Re Biblica, 246; Bibliotecae Apostolicae Vat. et Archivo S. R. E., 246; in Signatura Ap., 212, 312.

Consultores deputati: S. S. C. S. Ofiicii, 84, 179; S. C. Consistoriali, 115; S. C Orientali, 85,180, 246; S. C. Concilii, 115; S. C. de Religiosis, 84,115; S. C. Rituum, 2J2; S. C pro Negotiis eccl. extraord., 84; Commiss. Pont. ad Codicis canones interpretandos, 212; S. C. de Seminariis, 483, 496.

Officiales renunciati: S. C. de Sacramentis, 85; S. C. de Propaganda Fide, 84; S. C. Rituum, 114, 497; in Signatura Ap., 212, 479; in Nuntiaturis, 311, 497; in Officiis et Cappella Palatii, 311, 497; S R. Rotae, 276, 479; S. C. de Seminariis, 275, 276; S. C. Rev. Fabricae S. Petri, 386; Administrationi Pont. Bonorum S. Sedis, 84.

Episcopi Adsistentes Solio: 85, 115, 150, 180, 213, 277, 312, 479, 498.
Vice Camerarius S. R. E., 180.
Protonotarii Apostolici de numero particip., 180, 277.
Protonotarii Apostolici ad instar particip.: 85, 116, 150, 213, 277, 385, 479, 498.
Praelati Domestici: 86, 116, 150, 213, 277, 386, 480, 498.
Cubicularii secreti supra numerum: 87, 118. 151, 183, 215, 247, 280, 418, 483, 500.
Cubicularii honoris in habitu: 88, 119, 152, 184, 247, 280, 419, 484, 500.
Cubicularii honoris ab ense ei lacerna de numero: 152.
Cubicularii secreti ab ense et lacerna s. n.: 88, 119, 151, 184, 216, 247, 419, 484.
Cubicularii honoris ab ense et lacerna s. n. : 88, 119, 152, 184, 216, 248.
Cappellani secreti hon.: 88, 119, 152, 184, 248, 420, 484.
Cappellani honoris extra Urbem: 88, 248, 484.
Ex Militia Aurata: 499.

Ex Ordine Piano: Gran Croci, 116, 180, 480, 499; Placca, 86, 180; Commendatori con placca,. 116, 180, 278, 480; Commendatori, 116, 181, 214, 278, 387, 480; Cavalieri, 86, 214, 481.

Ex Ordine S. Gregorii Magni: Gran Croci, ci. civ., 116, 181, 214, 278, 499; cl. mil., 117,181, 214, 499; Placca, ci. civ., 86, 278; Commendatori con placca, ci. civ., 117, 181, 214, 278, 387 , 481; el. mil., 117, 181, 317; Commendatori ci. civ., 117, 181, 214, 278, 387, 481; cl. mil., 117, 181, 214, 387, 4SI ; Cavalieri, ci. civ., 86, 117, 182, 214, 278, 387, 481; cl. mil., 482.

Ee Ordine S. Silvestri Papae: Gran Croci, 86, 118, 182, 215, 279, 388, 482; Placca, 499; Commendatori con Diacci, 118. 215, 432, 499; Commendatori, 118, 182, 215, 279, 388, 482; Cavalieri, 87, 118, 183, 215, 279, 388, 482.

II

INDEX DOCUMENTORUM

CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

I. - ACTA P I I PP. XI

I - LITTERAE ENCYCLICAE

II - EPISTULA ENCYCLICA

III - LITTERAE DECRETALES'

IV - MOTU PROPRIO

V - CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

VI - LITTEEAE APOSTOLICAE

VII - EPISTULAE

VIII-SACRA CONSISTORIA

IX - SERMO

IL - ACTA SS. CONGREGATIONUM

I - SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

II - SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

III-SACRA CONGREGATIO CONCILII

IV-SACRA CONGREGATIO RITUUM

V - SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

VI - S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

VII-S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

VIII - S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

III. - ACTA TRIBUNALIUM

I - SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

II — SACRA ROMANA ROTA

IV. - ACTA OFFICIORUM

I-PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

1

II - S. E. E. PATRUM CARDINALIUM COMMISSIO

-SQ»-

APPENDIX

VICARIATUS URBIS

ra

ÍNDICES NOMINUM

INDEX NOMINUM PERSONABTJM

(omittuntur nomina actis subscripta)

P

N

T

II. - UO)EX NOMINUM DIOECESIUM

TICABIA.TUUM, ETC.

III. - INDEX NOMINUM RELIGIONUM

O

IV

INDEX RERUM ANALYTICUS

VIGESIMUM OCTAVUM VOLUMEN
COMMENTARII OFFICIALIS « ACTA APOSTOLICAE SEDIS
ABSOLVITUR DIE XXXI DECEMBRIS MDCCCCXXXVI
TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

Anno TUI Città del Vaticano, sabato 20 giugno 1936 Num. %

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI

DELLO STATO

DELLA CITTA • DEL VATICANO

Pontificato di S. S. PIO XI - Anno XV

N. LVII. - Ordinanza del Governatore dello Stato relativa alla emissione di una serie di francobolli commemorativi dell'Esposizione mondiale della stampa cattolica 1936.

20 giugno 1936

IL GOVERNATORE DELLO STATO

Visto l'art. 5 capov. 1, della legge fondamentale dello Stato, 7 giugno 1929, n.'1, nonché gli articoli 2 e 20 lett. *c),* n. 5 della legge 7 giugno 1929, n. 2, sulle fonti del diritto;

Vista l'ordinanza 30 giugno 1929, n. 8, relativa al servizio postale;

Udito il parere del Consigliere generale dello Stato;

ORDINA

Art. 1. - E autorizzata l'emissione di una serie di otto specie di francobolli commemorativi dell'Esposizione mondiale della stampa cattolica 1936, da valere pel pagamento delle tasse relative alle corrispondenze impostate nel territorio dello Stato.

Art. 2. - Il valore dei singoli francobolli di cui all'articolo precedente, sarà rispettivamente di centesimi 5, 10, 25, 50, 75 e 80 e di lire 1,25 e 5.

Art. 3. - I francobolli saranno stampati in rotocalco con le seguenti caratteristiche :

a) Nella parte superiore dei francobolli è posta la dicitura « Poste Vaticane » e, nella parte inferiore, su tre righe, la iscrizione : « Esposizione Mondiale della Stampa Cattolica 1936».

Gli otto valori, delle dimensioni di mm. 38x21,5, esclusi i margini, hanno i seguenti colori: cent. 5, grigio verde; cent. 10, nero bluastro; cent. 25, verde; cent. 50, viola malva; cent. 75, rosso; cent. 80, bistro; lire 1,25, bleu; lire 5, seppia.

1)) I valori da cent. .5 e 50 rappresentano un volo di colombe che una campaña, mossa al suono, scuote e lancia nello spazio. La vignetta reca in alto, a sinistra, la indicazione : « CENT. » e, in basso, a destra, il valore del francobollo.

c) I valori da cent. 10 e 75 rappresentano la facciata di una cattedrale gotico-bizantina sulla quale si apre un messale che, a sua volta, poggia su fasci di giornali e di riviste. La vignetta reca in alto, a sinistra, la indicazione « CENT. » e, a destra, il valore del francobollo.

d) I valori da cent. 25 e 80 rappresentano S. Giovanni Bosco in atteggiamento di preghiera. La vignetta reca in alto, a sinistra, la indicazione « CENT. » e, a destra, il valore del francobollo.

e) I valori da lire 1,25 e 5 rappresentano S. Francesco di Sales, Patrono dei giornalisti. La vignetta reca in alto, a sinistra, la indicazione « L » e, a destra, il valore del francobollo.

Art. 4. - I francobolli di cui agli articoli precedenti, avranno corso dalla entrata in vigore della presente ordinanza.

Art. 5. - La presente ordinanza sarà pubblicata, oltre che nei modi ordinari, mediante affissione alla porta degli Uffici del Governatorato e nel Cortile di S. Damaso, ed entrerà in vigore nello stesso giorno della sua pubblicazione.

Città del Vaticano, venti giugno millenovecento trentasei.

IL GOVERNATORE
C. SERAFINI